7
10-B
60

7
4 H
57

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

7-10-B-60.

7-10-E-44

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNALES RERVM ANGLICARVM, ET HIBERnicarum regnante ELIZABETHA,

AD

ANNVM SALVTIS M. D. LXXXIX.

GVILIELMO CAMBDENO AVTHORE.

ITEM EIVSDEM AVTHORIS BRITANNIA.

Siue Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, & Inſularum adiacentium, ex intima antiquitate, Chorographica deſcriptio.



Francofurti ad Mœnum, curantibus Rulandijs, Typis IOANNIS BRINGERI, 1616.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LECTORI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ANte annos octodecim, Guilielmus Cecilius Baro Burghleius, Summus Angliæ Theſaurarius, mihi ne cogitanti quidem, primùm ſua, deinde Regia tabularia aperuit; atque inde primordia regni Elizabethæ *filo Hiſtorico contexere iuſsit. Neſcio, quo conſilio, niſi dum ille proſperæ Reginæ famæ conſuleret, vt induſtriæ etiam meæ hoc in genere præludium videret. Obſecundaui, nec inuitus quidem, ne optimæ Principis memoriæ, eius expectationi, &* Veritati, *quæ mihi vtriuſque inſtar, defuiſſe viderer. Illam enim ſubterfugientem, & ſeſe occultantem, aut ibi, aut nullibi, deprehendere ſperaui.*

Primo autem limine, implicatiſſima difficultas quodammodo abſterruit. In condenſas enim omnis generis ſcriptorum, & inſtrumentorum ſtrues, pro temporum ratione ſatis digeſtas, pro

argumentorum varietate confuſiſſimas incidi. In quibus excutiendis, dum puluere obſitus, totus deſudo; materiamque idoneam ſedulò quæſitam, ſed expectato rarius inuentam, conueho; & ille viuere deſiit, & induſtria mea admodum deferbuit. Poſtquàm Incomparabilis etiam illa Princeps cœleſtem animam cœlo reddiderat, ſpe auidiſſima aliquandiu expectaui, non ſolùm, ſi quis, ſed etiam ſi aliquis è tanto eruditorum numero, qui eius beneficio, & opibus & otio abundant, hanc debitam gratiam, meritamque rependeret. Sed cùm certò comperiſſem, aliis, qui optimè poterant, per grauiora negotia non licuiſſe; alios, neſcio quibus de cauſis, etiam deprecando ſpecioſè recuſaſſe: ad intermiſſum ſtudium denuò me accinxi, & acrius, quàm anteà, incubui. Omnia vndique ad ſcribendum ſubſidia conquiſiui, Regum & Magnatum Diplomata, Literas, Conſultationes in Regio Conſiſtorio, Legatorum documenta, & Epiſtolas ſedulò volui, & reuolui: Parlamentaria Diaria, Actus & Statuta *percurri, & ſingula Edicta perlegi. Quorum omnium longè plurima, Clariſſimo viro* Roberto Cottono, Equiti Aurato, & Baronetto, *qui rei Hiſtoricæ & Antiquariæ lectiſſimam ſupellectilem magnis impenſis,*

penſis, & fœlici induſtria ſibi comparauit, vt debeo: (Lumen enim maximum mihi libentiſſimè de lumine accendit ſuo) ita, Lector, *ſi te hac in parte iuuero, aut delectauero, eidem gratias meritiſſimè referre debes.*

Mea etiam ipſius ſcrinia excuſſi, qui, etiamſi Venerandæ Antiquitatis admirator, recentium tamen non incurioſus, multa vidi, obſeruaui, à maioribus, atque fide dignis qui rebus gerendis interfuerunt, & partium vtrinque, in hoc Religionis *diſcidio, ſtudioſis accepi. Quæ ſingula iudicij mei (quantulumcunque eſt) ſtatêra examinaui, ne quando fallaci credulitate ad falſa propenderem.* Veritatis *enim ſtudium mihi ad hoc opus aggrediendum, vt ſolus ſtimulus; ita & ſcopus vnicus. Quam* Hiſtoriæ *detrahere, nihil aliud eſt, quàm pulcherrimo animāti oculos effodere, & pro ſalubri ſucco, Lectorum animis venenū propinare.*

Quæ Veritatis *igitur lumini obſtruere ſolēt, amoliri ſtatui ſingula.* Inſcitiam, *& quæ inde exiſtunt,* Dubietatem *&* Falſitatem *incorruptæ fidei ſplendore ex monumentis illis omni exceptione maioribus, quantū poſſum, diſpuli; & forteàn, non minorem inde rerum illarum notitiam, quàm qui in* Repub. *diu multumq; verſatus, mihi*

 com-

comparaui. Præiudicium *vitaui, quandoqui-
dem iudicium tollit; & mentes cùm in* Religione,
tùm in Repub. *ita perſtringit; vt perinde ac oculi
glaucomate obſeſſi, nihil clarè intueantur.* Peri-
culum *non metui, ne quidem ab iis, qui præſent
potentia ſuccedentis æui memoriam extingui poſ-
ſe opinantur. Et meminerint, quotquot in ſcripto-
res veri cultores ſæuierunt, ſibi dedecus, illis gloriã
accumulaſſe.* Spes Lucelli *tranſuerſum nõ egit,
Hiſtoriæ dignitatẽ promercalem habere, mihi (cui
cum compoſita paupertate ſemper bene convenit)
ſordidum viſum, & ſeruile.* Suſpicioni gratiæ,
aut ſimultatis *locum reliqui nullum. Qui enim
mihi memorandi, vix vnus & alter beneficio, in-
iuria ne vnus cognitus; vt inter* obnoxios, *vel*
infenſos *non habear. Superſtites vix breui elo-
gio memoraui. Patriæ hoſtes inſectando, boni ciuis
laudem cum mali Hiſtorici nota aucupari, ridicu-
lum exiſtimaui. Hæc curaui, vt quod Polybius
iuſſit,* ſoli *Veritati* litarem. *Nec* παῤῥησίαν, *inge-
nuam illam cum modeſtia loquendi libertatẽ Hi-
ſtorico dignam aliquis, vt ſpero, in me deſiderabit.
Illam, quæ cum obtrectandi malignitate falſam
libertatis ſpeciem induit, & propitiis auribus v-
bique excipitur, ex animo deteſtor.* Manifeſta

non

nõ reticui, dubia *molliùs ſum interpretatus*, occultiora *non indagaui*. Abditos Principum ſenſus (*inquit magnus ille Hiſtoriarum Anteſignanus*,) & ſi quod occultiùs parãt, exquirere illicitum; anceps, nec ideò aſſequare. *Atque cum Halycarnaſſæo curioſulis ſuccenſeo, qui plura quàm legibus permiſſum, quærere, aut cognoſcere volunt.*

Ad cætera quod ſpectat. Quamuis me minimè lateat πολεμικὰ *&* πολιτικὰ *maximè propria eſſe Hiſtoriæ, Eccleſiaſtica tamen nec potui, nec ſanè debui prætermittere.* (*Inter* Religionem *enim*, *&* Rempub *diuortium eſſe nõ poteſt*) *Sed cùm Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ ſcriptor hæc ſuo ſibi iure vẽdicet, ego non niſi leui, & quaſi pendenti quidem manu attigi. Cùm ex Hiſtoriæ lege & dignitate ſit*, per negotiorum celſitudines diſcurrere, non minutias indagare, *minutiis non inſtiti. Minutula tamen ſunt, quæ ſi nõ hunc, alium ſcire iuuet.* Circumſtantias *verò haudquaquã omiſi, vt non modò rerum euentus, ſed rationes etiam, cauſæq; noſcerentur. Illud Polybij mihi perplacet.* Si tollas ex Hiſtoria *Quare*, *Quomodo*, *Quo Fine*, quidq; fuerit actum, & an ex ratione res geſta ſucceſſerit; quicquid re-

liquum eſt, ludicrum magis erit, quàm documentum. Et in præſens quidem oblectet, in poſterum non proſit. Iudicium *affectibus nō tradidi, dum ſedato animo ſcribens, aliorum potiùs exquiſiui; nec meum ferè vſquam, ne aliud quidem agens, interpoſui; cùm an Hiſtorico liceat, controuertatur. Suum cuique pro captu per me liberum eſto. Orationes, niſi ipſiſſimas, vel in pauciora redactas non admiſcui, multò minùs finxi. Sententiolas rariùs adſperſi; nec obſeruationibus illis, quas Græci* ἐπιστάσεις *appoſitè vocant, narrationes exornaui, dum occultè animum erudire ſategi. Digreſſiones vitaui.* Verba formalia *adhibui.* Topographica, *&* Genealogica *non neglexi: nec* Chronologica; *temporum ſeriem quantum fieri potuit, ſequutus; annum à Calend. Ian. vt noſtri Chronographi olim ſoliti, exorſus.*

Annalium *nomine inſcripſi, quòd quæque in ſuum annum retulerim, quòd* res illuſtres *Annalibus* mandandas, *Tacitus docuerit;* & eorū munus eſſe præcipuum, ne virtutes ſileātur, vtq; ex prauè dictis factiſq; ex poſteritate, & infamia metus proponatur. *Imò etiam, quòd in* Annalibus *aridius & cōtractius ſcri-*

ſcribendi genus, quale hoc meum, maximè requiratur.

His initiis animum ad ſcribendum appuli, hoc conſilio porrò perrexi, & in his concinnandis, limandis, & perpoliendis, omne ſubciſiuæ induſtriæ curriculum conficere: atq; ſupremis tabulis, ampliſſimo viro Iacobo Auguſto Thuano, qui hiſtoriam ſui temporis ſumma fidei, & modeſtiæ laude inchoauit, legare deſtinaui. Ne quod exteri ſolēt, ille mihi cum primis charus, in rebus noſtris, tanquam hoſpes in Repub. aliena, peregrinaretur.

Ecce autem, hoc conſilium, neſcio quo fato, mihi præreptum, & magna pars eorum ante aliquot annos ad eum tranſmiſſa, dum adhuc primis lineamentis adumbrati, & vix inchoati iacerent, lituris & lacunis deformati, ſegmentis hinc inde aſſutis, mendis, vt tumultuante calamo exciderunt, ſcatentes; & à librario peſſime accepti. Ex his ille Tomo ſuæ Hiſtoriæ Vndecimo, & Duodecimo, paucula demendo, mutando, addendo, ſed recto ſane cum iudicio inter-polata, intexuit. Cùm autem ille pro ſuſcepti operis ratione (Vniuerſa'em enim ſui temporis Hiſtoriam aggreſſus) pauca Anglica & Hibernica *decerpſerit, plurima quæ noſtros cognoſcere iuuet,*

& forſan interſit, prætermiſerit: & ego rerum noſtrarum notitiam ab exteris non ſine conuitio efflagitari audiuerim; humeros oneri aliquandiu ſubductos iterum appoſui, totos relegi, recognoui, plurima áddidi, & aliquem orationis cultum adhibui, ſed ſine conquiſitis verborum lenocinijs. Satis enim mihi videtur, ſi tanquam tabulam dilutioribus coloribus minùs eleganter pictam, bono lumine collocauero.

An publici tamen iuris facerem, inter ancipites curas ſuſpenſo animo hæſitaui. Verum enimuerò Iudicia, Prę iudicia, Odium, Obtrectatio, *quæ ſigna efferre, & claßicum canere præuideo, non tantum deterruerunt: quantum* Veri ſtudium, Patriæ charitas, *&* Principis illius memoria *(quæ apud Anglos grata & ſancta eſſe debeat) contra eos excitârunt, qui cùm fidem in* Patriam, & Principem *exuerint; tàm huius exiſtimationem, quàm illius gloriam atterere famoſis apud exteros libellis, ex animis maleuolentia ſuffuſis, non deſiſtunt; & nunc, quod non dißimulant, improbitatis ſuæ monumentum iuſto volumine poſteris ſunt prodituri. Nihil ego malim quàm me mei ſimilem eſſe, & illos ſui.* Suum cuique decus rependet poſteritas. *Quod*

argumenti ſublimitas poſtulat, dolens fateor, non præſtiti: operam verò quam potui, ſanè lubens impendi. Mihi, vt in alijs, ita in his nequaquam ſatisfeci. Satis ſuperque tamen habebo, ſi ex propenſa voluntate memoriam rerum conſeruandi, vera narrandi, & animos ad probitatem, aut prudentiam erudiendi, inter minutos magnarum rerum ſcriptores locum tantiſper inuenero.

QVICQVID SIT

DEO, PATRIÆ, ET POSTERIS, ad Veritatis Aram Dedico, Conſecroq:

APPARATVS.

Elizabethæ genus paternum.

ELIZABETHÆ Angliæ Reginæ genus paternum verè Regium erat, illa enim Regis *Henrici VIII.* filia, *Henrici VII.* neptis, *Edvvardi IV.* proneptis; maternum impar quidem, nobile tamen, & multis magniſque affinitatibus per Angliam & Hiberniã diffuſum. Abauus erat *Galfredus Bolenus*, claris in Norfolcia natalibus, Prætor Vrbis Lõdini, An. M.CCCC. LVII. eodemque tempore Equeſtri dignitate ornatus. Vir integer, ea exiſtimatione, vt *Thomas* Baro *Hoo*, & *Haſtings*, ex Ordine *Georgiano*, filiam & hæredum vnam illi in vxorem dederit, ea opulentia, vt filias in ſplendidas familias *Cheneiorum*, *Heidonorum*, & *Forteſcuorum* elocauerit, filio lautum patrimonium reliquerit; & mille libras monetæ Anglicæ egenis in Vrbe Londino, & ducẽtas in Norfolcia erogandas legauerit. Huic natus *Guilielmus Bolenus*; inter octodecim lectiſſimos Equites Balnei ad inaugurationẽ Regis *Richardi III.* adſcitus, cui *Thomas* Comes Ormondiæ (qui ea dignatione apud Angliæ Reges fuit, vt ſolus ex Hiberniæ Proceribus, ſedem & ſuffragium in Comitiis Parlamẽtariis Angliæ, & ſupra Angliæ quidem Barones habuerit) filiam & hęredum alteram connubio iunxit. Ex hac ille (præter filias

Maternum.

Schel-

Scheltono, Calthropo, Clero, & *Sackvillo,* opibus & genere conſpicuis enuptas, liberoſque alios) genuit *Thomam Bolenum*, quem iuuenem *Thomas Hovvardus* Comes Surriæ, qui poſteà Dux Norfolciæ, bellica laude celeberrimus, in generum delegit, data *Elizabetha* filia in matrimonium: & *Henricus VIII.* vna & altera ampliſſima legatione perfunctum, primùm Aulæ Regiæ Quæſtorem, Ordinis *Georgiani* Equitem, & Vicecomitem Rochfordium, deinde Comitem Wiltoniæ & Ormondiæ, priuatique Sigilli Cuſtodem conſtituit. Ille, inter alios liberos, *Annam Bolenam* procreauit, quæ tenella in Galliam miſſa, famulabatur primùm *Mariæ* Anglicæ *Ludouici XII.* deinde *Claudiæ* Britannicæ *Franciſci I.* vxori; eaque defuncta, *Margaretæ Alencoliæ,* quæ enaſcenti Proteſtantium Religioni cū primis in Gallia fauit. In Angliam reuerſam, & inter honoratas Reginæ Virgines admiſſam, iam ad viginti duos annos natā, *Henricus annum XXXVIII.* agens, ob formam venuſtam & modeſtiam Gallica feſtiuitate temperatam efflictim deperiit. Cùm verò pudicitiam expugnare non potuiſſet, in vxorem ſpe prolis maſculæ ambiuit.

Anna Bolena nata M.D.VII.

A Rege vxorem repudiaturo amata.

Iam antea, vt rem paulò altiùs repetā, ille *Catharinam* coniugem, fœminam moribus ſanctiſſimis, & Hiſpanica grauitate; ſed ſæpiùs abortientem, & quæ filiam vnicam ſuperititem habuit *Mariam*, faſtidire poſt XVII. annos, cœperat; idque artibus *Thomæ VVolſæi* Cardinalis, qui iam in faſtigio potentiæ apud Regem, ſui quodam-

dammodo erat impotens. Ille.n. *Carolo V.* Imper. *Catharinæ* è ſorore nepoti infenſior quòd Archiepiſcopatum Toletanũ negaſſet, & ad Papatum aſpiranti non fauiſſet; Galloq; in *Caroli* inuidiam adeò iam deuotus, vt vxorem è Gallia *Henrico* deſtinaret; Regi in ſuas cupiditates prono ſcrupulum iniјci curauit, nuptias illas cũ *Catharina*, quæ priùs fuerat *Arthuri* fratris ipſius vxor, lege diuina eſſe prohibitas, licèt *Iulius II.* P.R. diſpenſaſſet. Poſteà ipſe in aures inculcauit, quàm grauiter in Deum commiſiſſet *Catharinam* ducendo, quanto peccato volutaret illam retinendo; Excommunicationis ſententiã incurriſſe, Deumq; in has tam iniuſtas nuptias irã effudiſſe, qui prolem maſculam ſemel atq; iterum ſuſceptam, ſupereſſe noluit: nec aliud quidquã expectari poſſe, quàm vt funeſta illa bella nuperrimè conſopita, nouis cladibus reſuſcitarentur, niſi de legitimo regni hærede certò conſtiterit. Illam igitur repudiãdam, vt omnis ſcrupulus Regi ex animo tolleretur, eiuſque animæ tot annos inceſtu pollutæ, & ſimul Regni ſaluti ex certa legitimæ prolis ſucceſſione conſuleretur.

Repudii cauſa.

Ad P P. relata.

Hinc Rex *Clementi VII.* Pontifici Rom. ſupplicat, vt delegaret qui de cauſa cognoſcerent, vtq; vel diſpenſatio *Iulij* P P. ſacrarum literarum authoritate confirmaretur, vel ipſe ab *Excommunicationis ſententia abſolueretur, & matrimonium ipſum nullum, & inualidum fuiſſe, ipſique licere cum quacunque alia muliere (alio non obſtante Canone) matrimoniũ contrahere, declararetur.* Delegauit ille *Wolſæũ*, & Cardina-

dinalem *Campegium*, cui & Bullam clam tradidit; in qua Regis *votis fauorabiliter annuens quantum cum Deo potuit, ſingula concedit ſi contingat matrimonium cum* Catharina *aliàs contractum nullum fuiſſe, & eſſe declarari:* Verùm hanc Bullam, prout res Imperatoris in Italia ſuccederent, vel celandam, vel publicandam. Agitabantur iam paſſim quæſtiones, An iure diuino liceat fratri relictam fratris accipere in vxorem? Si hoc iure diuino vetitum, an Papali interueniente diſpenſatione non poſſit fieri licitum. Cùm autem huiuſmodi matrimonium, Sacroſanctis vtriuſque Teſtamenti legibus aduerſari, etiamſi Pontificis Rom. acceſſerit diſpenſatio, plures Orbis Chriſtiani Academiæ virique doctiſſimi ſuis ſuffragiis comprobaſſent: Rex in amorem *Annæ Bolenæ* exardere cœpit, ſimulque Cardinalis (incæpti ſerò pænitens) ira incitatus, clandeſtinò effecit vt Pontifex Rom. Academiarum ſententias Pontificia authoritate cõfirmare abnueret, & cauſa Romæ, & in Anglia de die in diem ampliando protraheretur. Cardinalis enim à *Bolena* quæ doctrinæ Euangelicæ addicta faſtum ipſius pompa pleniſſimum oderat, timebat; itidem & Pontifex ab Imperatore iam in Italia præpotente, qui *Catharinæ* materteræ cauſam acerrimè defendebat. Nec Pontifex *Henricum* irritare volebat, qui ipſum iãpridem à Cæſarianis captum ſua opera & pecunia liberauerat. *Henricus*, etſi hinc animus ira æſtuaret, occultauit tamen, & primùm ipſe aſſiduè & humilimè per legatos & literas, deinde præſules & pro-

In Academiis agitata.

Ampliando dilata.

Rex vt expediretur rogat.

& proceres Angliæ per libellum ſupplicem chirographis ſuis ſubſignatum demiſſis precibus ad *Pontificis pedes aduoluti obſecrarunt, vt Apoſtolica authoritate firmaretur* (ipſorum verbis vtor) *quod duæ Academiæ Angliæ, quod Academia Pariſienſis, quod multæ aliæ Academiæ, quod doctiſſimi & integerrimi viri domi foriſq; verum eſſe affirmarant, ac pro vero defendere tam verbo quàm calamo paratiſſimi erant. Infælicitatem autem ſingularem eſſe, ſi à ſede Apoſtolica hoc ille Princeps non obtineret, cuius ſolius ope ſua ſtat ſedi Apoſtolicæ authoritas à multis impetita, quibus partim ferro, partim calamo, partim voce atque authoritate ſæpius reſtitit, & tamen ſolus illius authoritatis beneficio non frueretur. Vt frueretur, iterum atque iterum obteſtati ſunt, ne inteſtina bella de iure ſucceſſionis denuò recrudeſcerent.*

Præſules etiam & proceres.

Præſules etiam veriti ne Pontifex regnum Interdicto, aut Regem excommunicatione innodaret, ſuis ſeorſim literis triſte inter *Alexandrum III.* Pontificem Romanum, & *Henricum II.* Angliæ Regem diſſidium in memoriam reuocarũt, & inter alia rationum momenta, his ipſiſſimis ferè verbis, quibus *Gilbertus* Epiſcopus Londinenſis tunc temporis vſus erat, infimis eum precibus admonuerunt. *Zelum veſtrum accenſum vt ad tempus intra fines modeſtiæ cohibeatis, ſubmiſſiſſime ſupplicamus: ne vel Interdicti ſentẽtiam, vel vltimum illud præciſionis elogium proferendo, Eccleſias innumeras ſubuerti miſere patiamini, & tam regem ipſum, quàm innumeros cum eo populos, à veſtra, quod abſit, obedientia irreuocabiliter auertatis. Melius eſt, membrum capiti cohærere, vel ſaucium, quàm à corpore proijci, iam præciſum. Redeunt ad ſa-*

Et Præſules ſeorſim.

ad ſanitatem ſaucia; vix corpori coaleſcunt iam præciſa. Adducit deſperationem præciſio, cũ ſanet vulnus ſæpiſſime caute medicantis operatio. Vnde ſi placet, conſultius eſt, vt ſanando vulneri, ſi quod eſt, ad præſens operam detis, quam Eccleſiæ Dei partem nobiliſſimam præcidendo, quæ turbata ſunt hoc tempore, longè ſuprà quam poſſit exprimi, perturbetis. Sanguis regius tunc ſcit demum vinci, cum vicerit. Nec erubeſcit cedere cum ſuperauerit. Manſuetudine leniendus eſt, monitis & patientia ſuperandus. Quid enim ſi iacturam quandam temporalium infert vel exhibita, vel in tempus exhibenda adhuc etiam patientia? Numquid non ſeueritati retrahendum eſt, cùm ſtrages imminet populorum? Numquid non in mare multa iactanda ſunt, cùm iam ſpondet interitum confuſio fœda maris & fluctuum? Verùm cùm hæc ſurdis aurib. Pontifex & Cardinales per quinque plus minus annos negligerent, ægerrimè ferentes Pontificiam in diſpenſando poteſtatem in quæſtionem deuocari, Regemque Romam citandum cenſerent; perpulerunt Principem animi pleniſſimũ, proteruia Eccleſiaſticorum quorundam domi irritatum; qui pro cauſæ æquitate iniquiſſimè, pro Regia dignitate indigniſſimè, & pro meritis in Eccleſiam Rom. ingratiſſimè ſecum agi exiſtimauit: vt vno ferè eodemq; tempore *Catharinam* repudiaret; W*olſæum* Cardinalem bonis exueret, Epiſcopos, quòd Legatinam eius authoritatem in Regiæ præeminentiæ fraudem agnouerant, ingente pecunia mulctaret, Pontificis Romani authoritatem profligaret, titulum *Supremi Capitis Eccleſiæ Anglicanæ ſub Chriſto* à Synodo, & Angliæ Academiis delatum admitteret. *Annam Bolenam*

Rex neglectus, Pontifici Rom. renunciat.

Digitized by Google

trabea honoraria indutam, ſertoque aureo redimitam honore Marchioniſſæ Pembrochiæ *cum aſſenſu procerum Regni ob generis nobilitatẽ, virtutumq; meritum*(ita ſe habent verba) exornaret, in vxorẽ duceret, Reginamque ſacrari iuberet; *Clemente VII.* fruſtra indignante, *matrimonium prius validum & Canonicum eſſe* decernente, & Regem *maioris excommunicationis pœnam incurriſſe*, pronuntiante.

Elizabetha nata.

Ex his nuptijs eſt nata *Elizabetha* Greevvici ad Tamiſim die *VII.* Septembris M.D.*XXXIII.* Mox verò nuptiæ illæ cum *Catharina* contractæ, irritæ, & inceſtuoſæ: hæ cum *Anna* licitæ, & ex iure diuino, Parlamentaria authoritate iudicantur. *Elizabetha*, ſi maſcula Regi ſoboles defuerit, regni hæres declaratur, & in Regis fidem, & hęredum ex *Anna* à ſingulis iuratur. Cumq; *Paulus* Tertius in has nuptias denuo Romæ pronunciare ſtatueret, & domi Virgo ſacra in Cantio à religioſis ſubornata quaſi diuino furore percita, in eaſdem atq; Regẽ multa effutiret, titulus *Supremi Capitis Eccleſiæ Anglicanæ, cum omnimoda authoritate errores, hæreſes & abuſus in eadem reformandi*, Regi à regni Ordinibus defertur, & iuſiurãdum illud in fidem hæredum Regis ex *Anna* confirmatur. Anno tamen tertio vix exacto, ille in amores, ſuſpiciones, iram, cædem, & ſanguinem proiectus, vt nouo *Ianæ Seimoræ* amori viam patefaceret, *Annam* quæ abortum maſculum fecerat, violati thori ex leui ſuſpicione inſimulatam in iudicium vocat. Illa obiecta ita diluit vt multitudini adſtanti innocens circumuenta videretur, Pares tamen damnarunt. Dnaãta Regi per nũtiũ belle & feſtiuè ſingulares gratias

Regni hæres declarata.

Holy Maide of Kent.

Authoritas in Eccleſiaſticis Regi delata.

gratias decumulatis in eā beneficijs egit, ꝗ gene re min⁹ illuſtri ad illuſtrem Marchioniſſæ dignitatē, conſortis honorē, & Reginæ celſitudinē euexerit: ꝗquè longe maximū, cum in terris ſubli mius euehere nō poſſit, in cœlū, vbi æterna inter innocentes gloria fruatur, extollere iā voluerit. Supplicium placide & Chriſtianè ſubiit, proſpe ra quæq; regi cōprecādo, & inimicis ignoſcēdo.

Anna ob-truncita.

Iana poſtridie nupta.

Ille poſtridie *Ianam* in vxorem ducit, nuptias cū *Anna* non minus ꝗ cum *Catharina* plane illicitas & irritas Parlamentaria authoritate declarat, earum filias *Mariam* & *Elizabetham* inde eſſe illegitimas, & regni ſucceſſione excludendas. Illa *Edvvardum* qui patri in regno ſucceſſit, ex vtero exciſum enixa, ſtatim perijt. Rex de vxoris morte parum ſolicitus nouis amoribus & in Italia & in Gallia, vt ſibi amicos conciliaret, ſtatim vacat. Animi tamen ambiguus & ad ſingula pauidus, dū à Pōtificijs ob rebelliones excitatas timet, ex nobilioribus ne ſeditiones cōmouerent, aut exteris hoſtib. ſe coniungerent, alios leuiculis de cauſis, alios inauditos capite truncat. Religioſos ob peruicaciā in Pontificia poteſtate aſſerenda pro ditorum ſupplicio crebrius afficit, & ex auaritia, Monaſteria maiora, vt antea minora, venerandæ vetuſtatis & maieſtatis pleniſſima diruit, opeſq; tot annos congeſtas diripit, cauſis ex humanæ fragilitatis vitijs, & ſolutiore vita quæſitis. Simulque Proteſtantes vt Hæreticos comburit ex lege, quam vocarunt, *ſex Articulorum*, contra eos qui Romanæ Eccleſiæ doctrinā de Tranſubſtātiatiōe, vna in Sacramēto Euchariſtiæ ſpecie,

Maria & Elizabetha illegitimæ declaratæ.

Iana in partu obiit.

Rex in Pontificios, Lutheranos, & Monaſteria ſæuit.

Legem 6. articulorum ſancit.

 Sacerdo-

Sacerdotũ cælibatu, Votis, Miſſa priuata, & Au-
riculari Cõfeſſione impugnarunt. Adeo vt vno
eodemq; loco & tẽpore in Põtificios laqueo & di
laniatione, & in Proteſtãtes viuicõburio ſæuire-
tur. Vnde cũ domi terribilis & foras tyrannicus
haberetur, primum reiectus à Maria Lotharinga
Ducis Guiſii filia, q̃ *Iacobo* Scotorum Regi nepo-
ti riualis factus ambiuit, deinde à Chriſtiana Da-
nica Duciſſa Mediolanenſi *Caroli V.* nepte ægrè
Annam Cliuenſem, dum Proteſtantium in Germa-

Annam Cliuenſem ducit, & repudiat.

nia amicitiæ ſe applicaret, in vxorem obtinet. Eã
autem ſtatim atq; duxerat, quaſi forma principe
indigna auerſatus abiicit, in faſtidium ac libidi-
nem iuxtà laſciuus, cauſatus illam Ducis Lotha-
ringiæ filio priùs fuiſſe deſponſatam, & neſcio

Catharinam Hovvar. ducit & capite plectit.

Catharinam Parram ducit.

quam muliebrem impotentiam, vt *Catharinam*
Hovvardam Edmundi Hovvardi filiam, Thomæ Du
cis Norfolicæ neptem ſuperinduceret, quam an-
no vertente, pudicitiæ iam antè violatæ reã per-
actam obtruncat, thorumque regium *Catharinæ*
Parræ ex equeſtri familia iterum viduæ aperit.

Cùm iam ex intemperanti iuuentute corpus
effœtum ſentiret, irritatior in Gallum quod Sco-
tis ſubſidia contra Anglos ſubmiſerat, & æquior

Carolo Imp. reconciliatur

Carolo Cæſari qui *Catharinæ* materteræ repudium
penitus oblitus, ſpem certam reconciliandi ip-
ſum Eccleſiæ Romanæ occultè fecerat, (qua in
re Gallus iam illuſerat) cum *Carolo* fœdus contra
Gallum iniit. Deinde Galliam cogitans, vt maio-
rem apud *Carolum* gratiam iniret, & ſimul conſci-
entiæ exulceratæ ſatisfaceret, Regni ordinib. in
Comitiis

Comitijs propoſuit, vt ſi ipſe & *Edvvardus* filius ſine ſobole diem obirent; primum *Maria*, & ſi ei proles deficeret, *Elizabetha* deinde in regno ſuccederet. Sin autem hi ſine prole obirent, Corona Angliæ ad eos deuolueretur, quibus ille vel literis Patentibus, vel ſupremis tabulis aſſignauerit, quod lubentiſſimis omnium animis ſcitũ & ſancitum erat, læſæ Maieſtatis pœna contraeuntib. inflicta. E Gallia Bononia capta, & ingenti pecunia profuſa reuerſus, dum ipſe anxius Angliam nouis quotidie ſuborientibus opinionib. diſtractam ingemiſceret, & ipſa Anglia opibus exhauſtis, pecunia ære intermixto deprauata, Monaſterijs priſcæ pietatis monumentis dirutis, Nobilium, Præſulum, Pontificiorum, & Proteſtantium cruore ꝓmiſcuè effuſo, & Scotico bello implicata, luctuoſa ſuſpiraret, ſupremum ſpiritum pinguedine diffluēs ex virulenti herpetis in crure inflãmatione, Anno *M.D.XLVII.* inchoãte exhalauit Princeps magnanimus, in cuius maximo ingenio inerant confuſo quodam temperamẽto, virtutes magnæ, & vitia non minora.

Bononiā capit.

Moritur.

Edvvardus Sextus ſuccedit.

Edvvardus filius vix decennis ſucceſſit, *Edvvardo Seimoro* Duce Somerſetti eius auunculo, Protectore conſtituto. Cuius auſpicijs inſignis victoria de Scotis ad Muſelburgũ reportatur, dũ Angli pacti fœderis fidem de *Maria* Scotorum Regina *Edvvardo* deſponſanda armis repetunt: & feralis lex *Sex Articulorum* aliaq; ab *Henrico VIII.* contra Proteſtantes latæ refiguntur, illæ ad Pontificiam authoritatem profligandam confirmantur, Miſſa abrogatur, Imagines è templis emouentur, v-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Euangelii doctrina inducitur.

triuſque Teſtamenti libri vulgari lingua procu-duntur, Officia diuina in eadem celebrantur, & vtraq; ſpecies in Euchariſtia præbetur. Cæterũ ſacrilega auaritia in res Eccleſiaſticas, Collegia, *Cantarias*, Noſocomia, & pauperib. dicata, quaſi ſuperſtitioſa, rapaciter inuolauit, ambitio & æmulatio inter proceres, audacia & inobedientia inter plebeios adeò inſolenter exultarunt, vt Anglia quaſi lymphata intemperiis agi ſibi videretur, rebellionib. tumultibus, partium ſtudijs, pecuniæ deprauatione & omnibus malis quæ ſub Rege puero accidere ſolent, intus miserè intabeſcens. Acceſſerunt etiam damna foris accepta, propugnacula Anglorum in Scotia, nec non in Gallia amiſſa, Bononia quæ tanti conſtitit, & omnes arces in agro Bononienſi ab Anglis extructæ cum tormentis & omni apparatu bellico pacta pecunia, nõ ſine inſigni Anglici nominis probro, Gallis tradita: cùm Anglia ſeditionibus diuulſa defendere non valeret, *Carolus* Imperator ex fœdere rogatus auxiliari negaret, (vtpote quę Anglis poſt initum fœdus acquiſita) etiam gratis oblatam recuſaret. Et ad infælicitatis cumulum, Protector aduerſus *Dudlæi* Ducis Northumbriæ fraudes incautus *feloniæ* damnatus ex lege recenti de conſilio inito occidendi Conſiliarios Regios, Northũbriũ ſcilicet, & alios capite plectitur, filius ex priuata lege, maximá patrimonij parte & paternis honorib. ſpoliatur: & ipſe Rex ſuorum præſidio nudatus, ambitioſorum immanitati expoſitus, immaturè (morbo an veneno in-

Infælix ſub puero Rege regnum.

Protector è medio tollitur.

Et ipſe Rex.

certum)

certum) præripitur; incredibili ob eximias ſupra ætatem virtutes deſiderio apud populum relicto.

Triſti hoc tempore cùm *Dudleius* malis artibus fraternum amorem inter Protectorem & *Thomã Seimorum* fratrem diſſoluiſſet, occaſione arrepta ex muliebri æmulatione inter Reginam Dotariã *Thomæ* coniugẽ, & Duciſſam Somerſetti Protectoris vxorem, inter alia ad *Thomam* læſæ Maieſtatis conuincendum, obijciebatur illum cogitaſſe de Rege in ſuam poteſtatem redigendo, & *Elizabetham* Regis ſororem in vxorem ducendo. Illa. a. totius rei ignara, & longe ab omni ſuſpicione interea adoleſcebat, ſumma apud *Eduvardum* fratrem, (qui non alio quam *dulcis ſororis Temperantiæ* nomine ſalutauit) & ſingulari apud proceres, & plebem gratia. Forma. n. erat inprimis venuſta & imperio digna, grauitate modeſta, ingẽio ſplẽdido, animo regio, memoria fœlici, & optimarũ literarum ſtudio indefeſſo; adeo vt ante *XVII.* ætatis annum Latinam, Gallicam, Italicam linguã calleret, & Græcam mediocriter. Nec Muſicam, quantum Principem deceret, neglexit. vt q̃ ſcitè & iucundè caneret, pſalleretq;. Cum *Rogero Aſchamo* qui eius ſtudijs admotus, Locos communes *Melancthonis*, integrum *Ciceronem*, magnam partem Hiſtoriarum *T. Liuij* ſelectas *Iſocratis* Orationes, (quarum duas in Latinum conuertit) *Sophoclis* Tragœdias, Nouumque Teſtamentum Græce legit, è quib. & linguam puriſſima dictione, & mẽtẽ aptiſſima p̃ceptiõe inſtruxit, boniſq; literis

Elizabetha apud fratrẽ gratia.

Studia.

non ad pompam, ſed ad vitam & virtutem ita fuit aſſidua, vt ad miraculum vſq; fuerit inter ſui ſeculi Principes erudita.

Liberalia.a. hæc ſtudia fratris *Edvvardi* mors interrupit, vix dum expirauerat, cum à *Dudleio* Northumbriæ Duce (qui regnum *Iana Greia*, cui filium deſponderat, affectabat) internuntij interpellarēt, vt pacta pecunia, & latifundijs qbuſdā aſſignatis, iure ſuo in regnū cederet. Illa modeſtè reſpōdit, cū *Maria* ſorore natu maiore prius tranſigendū, qua ſupſtite, ſe nihil iuris ſibi poſſe arrogare. Mox publica præconis voce *Iana Greia Henrici VIII.* è ſecunda ſorore proneptis, Regina Angliæ promulgatur. Cauſæ quæſitæ, *ſcil.* Quòd *Maria*, & *Elizabetha* illegitimæ Parlamētaria lege iudicatæ, quæ nunquam ritè abrogata, (licet illas Rex pater ſuo ordine poſt *Edvvardum VI.* ſi ſoboles deficeret, ſucceſſuras eadē lege declaraſſet.) Quodque ſorores illæ ciuili Anglorum iure *Edvvardo* ſucceſſores hæreditario eſſe non poſſent, quia non germanæ, ſed (vt Iuriſperiti noſtri loquuntur) of the halfe bloud. Subinnuitur etiam *Henricum VIII.* ſupremis Teſtamenti tabulis jus regni in *Ianam* illam *Greiam* tranſcripſiſſe, ſimulque demōſtratur quanti ſit periculi, ſi *Maria* aut *Elizabetha* exteris Principibus nuberent, qui Pōtificis Romani authoritatem iam Anglia eliminatam reuocarent, externoq; iugo Anglos ſubijcerent. Et in eandem ſententiam *Literæ Patentes Edvvardi* Sexti paulo ante mortem cōfectæ, pluriumque Procerum, Epiſcoporum, Iudicum, & aliorum

Iana Greia fruſtra regina declaratur.

& aliorum chirographis munitæ proferuntur.

Nihilominus propenſiſſima procerum & plebis in *Henrici VIII.* filias voluntas hanc tempeſtatem fato Duci & *Ianæ* funeſto intra viceſimum diem diſpulit, *Mariaque* per vniuerſam Angliam Regina declarata. Cui ad Vrbem Londinum cũ exercitu accedenti *Elizabetha* (ne ſororis, & ſuæ etiam ipſius cauſæ quæ agebatur, deeſſet) cum quingentis equitibus obuiam proceſſit. Primis quæ *Maria* habuit Comitijs Parlamentarijs, quæcunq; contra matrimonium inter *Catharinam* Reginæ matrem & *Henricum* Octauum decreta fuerant, antiquantur, illudq; legi diuinæ conſonum & ad omnia validum eſſe ex his rationib. iudicatur; quod cum parentum ipſorum, Principum prudentiſſimorũ conſenſu, virorum grauiſſimorum tam Angliæ quàm Hiſpaniæ conſilio, & matura eruditiſſimorum in Orbe Chriſtiano deliberatione contractum, celebratum, & liberorum procreatione conſummatum fuiſſet. Idem etiã religionis cultus, & Sacramentorum adminiſtratio quæ in vſu fuerant moriente *Henrico VIII.* reuocantur, ſine vlla tamen omninò Pontificiæ poteſtatis agnitione vel mentione. Quod Reginam & Cardinalem *Polum* inprimis ſolicitos habuit, qui in re matrimonij parentum conſenſum & prudentum judicium non aliũde quam ex *PP. Iulij II.* diſpenſatione dependere crediderunt; & Sacramentorum vſum nondum in Eccleſiam rite receptis ſine Pontificis authoritate permitti ſuccenſuerunt. Verum Ordines Regni, quod

Maria Regina promulgatur.

Elizabetha ſe adiungit.

Digitized by Google

Anglì Pōtificiꝰ poteſtati ægre ſe ſubiiciũt.

Maria deprehendit, authoritatem Pontificis Romani iam excuſſam denuò admittere & agnoſcere verebantur. Nec ferebant vt Regina titulum *Supremi Capitis Eccleſiæ Anglicanæ* deponeret, in quem ipſorum pleriq; Præſules, Proceres, & plebeij *Henrico VIII.* hæredib. & ſucceſſoribus iurauerant, & plurimi rem ex Eccleſiæ bonis auxerāt Jlla autem deponere ex animo geſtijt, perſuaſa vniuerſum jus ſuum ad regnum non aliūde quā ex poteſtate pontificis Rom. qui pro ea ſententiam tulerat, firmari; poſtquam pater eam illegitimam pronunciari curaſſet. Certe plurimi hoc tēpore Pontificiam poteſtatem & externum iugū adeo exoſi ſunt, vt *Thomas VViatus* & Cantiani nonnulli decimo die poſt nuptias *Mariæ* cum *Philippo* Hiſpano pactas, in rebellionem prorupcrint, perſuaſi non alio conſilio pactas, quam ad Anglorum ceruices Hiſpanorum viribus grauius ſub Romano iugo deprimendas, atq; ad *Elizabetham* proximam regni Angliæ hæredem è medio tollendam. Et *Carolus V.* Imperator gnarus animorum in Anglia, eiuſmodi moras *Polo* Cardinali cum Legatina à Pontifice poteſtate Angliā cogitanti iniecit (nec ſine Reginæ conſilio) ne rebus nondum conſtitutis offenſionem concitaret, vt in Angliam non veniret niſi poſt quindecim menſes, cum iam tertium Parlamentum haberetur, nuptiæ inter MARIAM & PHILIPPVM eſſent celebratæ ex *Iulij Tertii*, Pontificis Romani diſpenſatione, *eo quod ſecundo & tertio conſanguinitatis gradu fuerint coniuncti*, & CAROLVS *ipſe*

Impera-

Digitized by Google

Imperator ſponſalia cum MARIA *impubère de futuro quondam contraxiſſet.* Tum demum ille ab Imperatore dimiſſus in Angliam venit, & natalibus reſtitutus, Ordinibus rogando & obteſtando propoſuit, vt leges contra Hæreticos reſtabilirentur, omnes leges à viceſimo Regis *HENRICI Octaui* anno contra Romanam ſedem promulgatæ abrogarentur, & vniuerſum regni corpus Eccleſiæ Rom. reconciliaretur.

Quæ ægrè impetrauit, nec prius, quam bona Monaſterijs, Collegijs, Epiſcopatibus, &c. ab *Henrico* Octauo, & *Edvvardo* Sexto ablata, Reginæ, & poſſeſſoribus ſimul eadem ſanctione confirmarentur, *ne quies regni turbaretur.* *Quâ Lege Eccleſia Rom. reconciliati.*

Hinc ille ſtatim *Clerum populumque ſchiſmatis crimine abſoluit, Romæ præ gaudio ſolennis Miſſa ab ipſo Iulio tertio PP. celebrata, ſupplicationes decretæ, Iubilæum indictum, & plenaria conceſſa indulgentia ſingulis qui pro vnione Regni Angliæ Deo gratias egerint.* *Lætitia inde Romæ.*

Eoque miſſi *Antonius* Vicecomes Montiſacuti, *Thomas Thurlbeius* Epiſcopus Elienſis, & *Edvvardus Carnus ad gratias de ſchiſmatis venia agendas, debitamque Papæ & ſedi Apoſtolicæ ſubmiſſionem & obedientiam Regis, Reginæ, Regniq́ nomine præſtandam.*

Quibus in Palatio Apoſtolico & Aula Regum publicum datur à PAVLO Quarto (*Iulius* enim iam obierat) *Conſiſtorium, obedientia admiſſa, venia & abſolutio à* CARDINALE POLO *data, approbata & denuo data.* Adqe *ad Mariam* & *Philippum* magis

Hibernia à P.R. in regnum erecta.

magis demerendos, Papa Hiberniam in *Regnum ex Apoſtolica poteſtatis plenitudine perpetuo erexit, & titulo dignitate, praeminentijs regijs, &c. inſigniuit & decorauit.* Quæ tamen ſingula Ordines Hiberniæ ex ſua authoritate *Henrico VIII.* cumulatè detulerāt, & ipſa Regina iam antea vtebatur & fruebatur. Sed hæc non huius loci.

Pontificii ab Elizabetha timent.

Religio Romana nunc in Anglia conſtituta videbatur, Eccleſiaſtica tamen hominum natio cùm ex Regina iam quadragenaria, exſucca, & valetudinaria prolem vix ſperarent, ab *Elizabetha* etiamnum timuerunt. Illam enim Proteſtantiū religioni innutritā norunt, & in illam quaſi Solem orientem omnium animos & oculos coniectos perſpexerunt. Seriò igitur à primordio regni *Mariæ* conſultarunt, ne religio iam reuocata quid detrimenti per illam caperet. Prolem regiam ſcelere tollere ſanioribus, & ipſi *Mariæ* Principi pientiſſimæ (licet in illam ob maternas ſimultates iniquiori) piaculum viſum; contrà quibuſdam maleſanis qui ad Religionem Catholicam ſtabiliendam nihil non audendum, nihil non perpetrandum quo iure, qua iniuria cenſuerunt. Percommodum vero illis acciderat, quòd *Thomas* Wiatus, *Petrus Carevvus, Iacobus Croftus*, & alij è Proteſtantium numero turbulenta & temeraria ſeditiosè moliti eſſent, & *Elizabetham Edvvardo Courtenæo* Deuoniæ Comiti matrimonio iungere ſategiſſent. Hinc illa quaſi conſcia in carcerem contruſa, ſeditionis affinem eſſe primum incerti rumores ſparſi, deinde nōnulli ad quæſtionem

Eam exagitant.

nem

nem in caput abrepti, alijs tormenta adhibita. *Croftus* minime conſciam fuiſſe & extra omnem ſeditionis culpam religioſa aſſeueratione coram affirmauit. *Wiatus* item (qui ſubaccuſaſſe ferebatur) extremum ſupplicium ſubiturus, idem palam profeſſus eſt: Nihilominus illa adpoſitis cuſtodibus huc illuc raptata, famuliſque ancillis in vincula ſubinde adductis, duriùs quàm pro dignitate tractata.

Intereà *Henricus II.* Rex Galliarum clandeſtinis literis amore pleniſſimis recreat, multa & magna pollicitus in Galliam euocat; an ex amore, aut dolo vt maius periculum crearet, Scotorumque Reginæ nurui deſtinatæ viam ad Angliæ Coronam poſt *Mariam* muniret, non dixero. *Christianus* etiam tertius Rex Daniæ, qui iam pridẽ Proteſtantium religioni nomen dederat, ſtudium omne defert, ſimulque de nuptijs cum *Frederico* filio clandeſtino agit. Quod cùm Pontificijs in Anglia ſuboleuiſſet, minas & pericula denuo intentant, & ſibi timentes clamitant, omnia religioni Romanæ, Reginæ, & regno intuta eſſe, dum illa ſupereſſet: itaq; vel læſæ Maieſtatis vel hæreticæ prauitatis neceſſario damnãdam. Eaque tempeſtate dum in minoris notæ Proteſtantes ſæuiretur, *I. Storius* Legum D. & alij ingenio inimiti per circulos paſſim dictitarunt, Hæreſis radicem (illam innuentes) exſcindendam, non ramuſculos amputandos. Cum tamen illa, vt nauigium ingruente tempeſtate, ſeſe moderans, ad Romanæ religionis normam ſacra audiret, & ſæpiùs confiteretur, imo Cardinale *Polo* aſperius inter-

Gallus & Danus conſolantur.

Ad Rom. religionem terrore cogunt.

interpellante, ſe Romanè Catholicam præ terrore mortis profiteretur. Hoc *Maria* tamen haud credidit, non oblita ſe mortis terrore propulſam literis ſua manu ad patrem ſcriptis (quas ipſe vidi) & Pontificis Romani authoritati in Anglia in æternum renunciaſſe, ſimulque agnouiſſe patrem *Supremum ſub Chriſto Eccleſiæ Anglicanæ caput*; matriſq; ſuæ nuptias cum *Henrico* patre inceſtuoſas & iniuſtas fuiſſe. Nec Cardinali ipſi cæteriſq; hoc ꝑſuaderi poterat, q eã in Romanæ rep̃ſulib: ligionis ſecuritatẽ ſublatam optarũt. Quod tamẽ *Philippus* Mariæ marit⁹, & Hiſpani æquis aurib: audire non poterant, in *Elizabetham* æquiores, nõ tam quod afflictæ Principis Virginis fortuna miſericordiam allexerit, quam ſuis rationibus prouidè conſulentes. Præuiderant etenim, *Elizabetha* ſublata, per *Mariam* Scotorum Reginam hæredem regni Angliæ proximam, iam Galliæ Delphino deſponſatam, Angliæ, Hiberniæ, & Scotiæ regna ſceptro Gallico poſſe adiungi, quo nihil Hiſpanorum magnitudini, quibus continentia iam erant cum Gallis bella, formidoloſius erat.

Regno emittere, & ſucceſſione excludere ſatagunt.

Cum igitur *Elizabetham* tollere ſine impietate non poſſent, longè ex Anglia amouere conſultiſſimum nonnullis viſum, & *Emanueli Philiberto* Saubaudiæ Duci elocare. Nec hoc Hiſpano placuit, qui *Carolo* filio eam antea deſtinauerat. Et *Thomas Cornvvallius* Reginæ à Conſilijs diſſuaſit, vtique populum Anglicum ægerrimè laturum; imo minimè paſſurum, vt proxima regni hæres à regno per:grè

Digitized by Google

peregrè abduceretur. Quo quidem tempore *Maria* pro inueterato in *Elizabetham* odio, & quod illa à nuptijs cum *Sabaudo* alienior eſſet, ita ira excãduit vt cõtumelijs onerarit, & *Mariam* Scotorum Reginam certam & indubitatam eſſe Anglici Imperij hæredem ſibi proximã ſubinde affirmare non dubitauerit. Has in *Elizabetham* cõſultationes interuertit bellum à *Maria* in mariti gratiam Gallo denunciatum, quæ licet prima & ꝓcipua cauſa, aliæ tamen additæ, & illæ quidem veriſſimæ, *ſc.* Quod Gallus cõtra fœderis leges Ducis Northumbriæ & *Thomæ* Wiatti rebelliones, *Dudlei* & *Ashtoni* machinationes in ipſam per adminiſtros fouerit, Piratas in Anglicos Mercatores emiſerit. *Staffordum* armis & nauib. ad Caſtrũ Scarburgum occupandum inſtruxerit, Caletum malis artibus tentauerit, Anglicã monetam in Gallia adulterari permiſerit, Belgiumque, quod Angli ex pacto tueri tenentur, inuaſerit.

Hoc bello flagrante, & Scotis quos Gallus excitarat, limites Angliæ infeſtantibus, Caletum, arces *Risbanck, Nevvnambrig, Mere, Oyē, Hãmes Sandgate,* arx & oppidum *Guinarum* amittũtur, & inter crebra preſulum funera, quæ triſti omine iram diuini numinis denunciaſſe videbãtur, *Maria* à marito neglecta, & mœrore ex Caleto amiſſo (quod annos CC. iuris fuerat Anglici) confecta, febre ſemeſtri & aqua intercuti die XVII. Nouembris è vita migrauit anno M. D. LVIII. cum quinque annos & IIII. menſes regnaſſet. Princeps apud oẽs ob mores ſanctiſſimos, pietatẽ in pauperes, & libertatẽ in nobiles atq; Eccleſiaſticos nũquam

Caletum amittitur.

Maria obiit

Digitized by Google

quam ſatis laudata. Cæterum tempus infame fuit ex immani præſulum ſæuitia qui Proteſtantiũ viuicomburijs Angliam triſtiſſimo vbique ſpectaculo funeſtarunt. Plures enim ex omni ordine, Epiſcopos, verbi Miniſtros, & plebeios hoc diro ſupplicio quinquennio abſumpſerunt, quã (vt quidam obſeruarunt) *Henricus VIII.* totis XXXVII. annis, vel Anglia viderit, ex quo regnante *Ioanne*, Chriſtiani in Chriſtianos apud nos flammis ſæuire cœperint. Eodem quo *Maria* obijt die, poſt pauculas horas *Polus* Cardinalis Archiepiſcopus Cantuarienſis quartana conflictatus expirauit. Vir quem pietas, doctrina, & integritas multo magis quàm Regij generis ſplẽdor illuſtrarunt, licet ille *Georgij* Ducis Clarentiæ, fratris *Edvvardi* Quarti Regis Angliæ è filia nepos.

Et Polus Cardinalis.

ELIZA-

ELIZABETHA ANGLIÆ, &c. REGINA.

PARS PRIMA.

M. D. LVIII.

MORS Mariæ aliquot horas celata Præſulibus & proceribus in Camera Parlamentaria (Ordines enim Regni ad Parlamentum iampridem conuenerant) primùm annunciatur. Illi ex præcipuo quodam dolore aliquantiſper obmuteſcunt, mutua tamen conſolatione ſe breui colligunt, & luctu lætitiam miſcentes, ne vel de ſucceſſore triſtari, vel de mortua lætari viderentur, ad publicas curas conuerſi ELIZABETHAM veram legitimamque regni hæredem ex ſucceſſionis lege anni XXXV. Henrici Octaui declarandum, ſumma animorum conſpiratione decernunt. Mox illis ex inferiori conſeſſu conuocatis Heathus Archiepiſcopus Eboracenſis Regni Cancellarius, inter medios ſingultus ſignificat optimam Reginam religioni, & Reipub. morte immatura præreptam eſſe; ſingulos inde dolorē tantū hauſiſſe, vt omnē conſolationem vinceret, niſi Deus Opt. Max. ex ſua in Anglorū gentē miſericordia, Elizabetham, alteram Regis Henrici filiam, incolumē conſeruaſſet. De cui⁹ certiſ- *Mors Mariæ ſignificata.*

 ſimo

quam ſatis laudata. Cæterum tempus infame fuit ex immani præſulum ſæuitia qui Proteſtantiũ viuicomburijs Angliam triſtiſſimo vbique ſpectaculo funeſtarunt. Plures enim ex omni ordine, Epiſcopos, verbi Miniſtros, & plebeios hoc diro ſupplicio quinquennio abſumpſerunt, quã (vt quidam obſeruarunt) *Henricus VIII.* totis XXXVII. annis, vel Anglia viderit, ex quo regnante *Ioanne*, Chriſtiani in Chriſtianos apud nos flammis ſæuire cœperint. Eodem quo *Maria* obijt die, poſt pauculas horas *Polus* Cardinalis Archiepiſcopus Cantuarienſis quartana conflictatus expirauit. Vir quem pietas, doctrina, & integritas multo magis quàm Regij generis ſplẽdor illuſtrarunt, licet ille *Georgij* Ducis Clarentiæ, fratris *Edvvardi* Quarti Regis Angliæ è filia nepos.

Et Polus Cardinalis.

ELIZA-

ELIZABETHA ANGLIÆ, &c. REGINA.

PARS PRIMA.

M. D. LVIII.

MORS Mariæ aliquot horas celata Præſulibus & proceribus in Camera Parlamentaria (Ordines enim Regni ad Parlamentum iampridem conuenerant) primùm annunciatur. Illi ex præcipuo quodam dolore aliquantiſper obmuteſcunt, mutua tamen conſolatione ſe breui colligunt, & luctu lætitiam miſcentes, ne vel de ſucceſſore triſtari, vel de mortua lætari viderentur, ad publicas curas conuerſi ELIZABETHAM veram legitimamque regni hæredem ex ſucceſſionis lege anni XXV. Henrici Octaui declarandum, ſumma animorum conſpiratione decernunt. Mox illis ex inferiori conſeſſu conuocatis Heathus Archiepiſcopus Eboracenſis Regni Cancellarius, inter medios ſingultus ſignificat optimam Reginam religioni, & Reipub. morte immatura ereptam eſſe; ſingulos inde dolorē tantū hauſiſſe, vt omnē conſolationem vinceret, niſi Deus Opt. Max. ex ſua in Anglorū gentē miſericordia, Elizabetham, alteram Regis Henrici filiam, incolumē conſeruaſſet. De cuiᵘ certiſ- *Mors Mariæ ſignificata.*

 ſimo

M.DLVIII ſimo in ſucceſſione iure cum nemo dubitare poſſit, nemo debeat; præſules & proceres vna voce & vna mente Reginam iamiam promulgare decreuiſſe, modo illi aſſenſerint. Vix dixerat, cum omnes vndiq; vno ore conclamantes ingeminarent: *Viuat Regina* ELIZABETHA; *Regnet diutiſſime, Regnet fœliciſſime.* Nec mora Parlamento ſoluto, eam tubis clangentibus in maiori Weſtmonaſterij Palatio, & ſtatim in primario vrbis Londini foro, Reginam Angliæ, Franciæ, & Hiberniæ, fideiq; propugnatricem fauſtis populi acclamationibus & lætiſſimo applauſu promulgarunt. Fœliciſſimis ſane auſpicijs, nec alteram vnquam populus Principẽ ꝓniore & conſtantiore mente & amore, maiore obſeruantia, lætiori applauſu, & votis repetitis, quoties in publicum prodiret, toto vitæ decurſu vnquam proſecutus eſt.

Elizabetha Regina promulgatur.

Iam illa annos XXV nata, vſu & aduerſitate efficaciſſimis Magiſtris edocta, prudentiã ſupra ætatem comparauerat, cuius primum ſpecimen in conſiliarijs deligendis dedit. In ſanctius enim conſilium ſibi adſciuit Nicolaum Heathum Archiepiſcopum Eboracenſem, quem dixi, magna prudentia & modeſto ingenio virum, Guil. Povvlettum Wintoniæ Marchionem ſummũ Angliæ Theſaurarium, Henricũ Fitz-Alanum Arundeliæ, Fr. Talbottum Salopię, Edwardũ Stanleium Derbiæ, Guil. Herbertum Penbrochiæ, Comites; Edwardum Baronem Clintonum maris prę fectum, & Guil. Baronem Howardum Effinghamium Cubicularium; Thomam Cheineium, Guil. Petrum, Ioannem Maſonum, Richardum Sackuillum ex ordine Equeſtri, & Nicholaum Wotonum Decanum Canruarienſem, qui omnes fuerunt Mariæ à conſilijs, & eiuſdem cum ea religionis. His è ſuis adiunxit temperamento quodam pro temporum ratione, Guil. Parrum Marchionem Northamptoniæ, Franciſcum Ruſſelium Comitem Bedfordiæ, Tho. Parrium, Edwardum Rogers, Ambroſium Cauum, Fran. Knolles, & Guil. Cecilium, qui Regi Edwardo ſexto fuerat à ſecretis, virum longè prudentiſsimum & inſtar multorum; pauloque poſt

Conſiliarios ſibi adſciſcit

Nicholaum

Digitized by Google

Nicholaum Baconum (cui cuſtodiam magni Sigilli commiſit) ſingulos Proteſtantium doctrinā amplexos, nulloq; ſub Maria loco; quos vt reliquos in eorum locum iam inde ſuffectos ita temperauit, & cohibuit, vt ſibi eſſent deuotiſſimi, & ipſa ſemper ſui iuris, nulli obnoxia. M.DLVIII

De religione prima cura. Primis auſpicijs primam curam, ſed cum pauculis intimis adhibet de Proteſtantium religione reſtauranda, q̄ ſacris literis, & primæuæ Eccleſiæ ſynceritati maxime conſonam & veriſſimam eſſe tum ex informatione à teneris, tum ex iudicio, ad veritatem ſibi pſuaſerat; & reſtaurare q̄dem certa & ſtabili ſententia apud animum ſtatuerat: Deinde cum reliquis, vt portꝰ intercluderentur, Arx Londinenſis alicui ꝓbatæ fidei cōmitteretur, nouum Diploma ad Thom. Comitem Suſſexiæ Hiberniæ Proregem tranſmitteretur (qui Hiberniam non alias pacatiorem CCCXX. equitib. DCCCLX. peditib. præſidiarijs in officio continebat) Diplomata itidē, iuridicis Magiſtratib. renouarentur, (ne iuridicꝰ cōuentus q̄ tunc agebatur, ſolueretur) cū clauſula adiecta (*ne aliq Officium conferrent*,) noui Iuſtitiarij & Vicecomites p Comitatus conſtituerentur, pecunia in *excambium* in tranſmarinas regiones nō exportaretur, & concionatores à cōtrouerſis in religione q̄ſtionib. abſtinerent. *Domeſtica diſponit.* Quod ad externa, vt legati ad Principes orbis Chriſtiani mitterentur q Mariæ obitum ſignificarent. *Externa curat.* Ad Ferdinandum igitur Imperatorē, pmus mittitur Thomas Chalonerus cum literis, q̄bus Regina ſua ipſius manu edocuit, *Sororem obiiſſe, ſe Dei benignitate, iure hæreditario, & ſubditorum conſenſu in regna ſucceſſiſſe; nihilque magis exoptare, quā vt vetus inter Anglicā & Auſtriacā familiā amicitia non ſolum conſeruetur, ſed etiā augeatur*: Ad Hiſpanum in Belgio mittitur Baro Cobhamus cum documentis in eandem ſententiam, nec non cum diplomate, quo Comes Arundeliæ, Thurlbeius Epiſcopus Elienſis, & D. VVottonus à Maria ad pacem Cameraci tractandam nuper delegati, Reginæ nomine denuo delegantur; illiſque Guilielmus Baro HOWARDVS Effinghamius adiungitur.

Digitized by Google

M.D.LViij Henricus etiam Killegreus ad Germanorum Principum animos ex purioris religionis ſtudio conciliandos clam ſubmittitur, D. B. ad Danorum Regem, & Armigillus Waadus ad Ducem Holſatiæ.

Ab Hiſpano ambitur.

Philippus morte Mariæ vxoris comperta, veritus ne Regni Anglici vires & nomen, quæ ſibi inprimis vſui erant, amitteret, & Regna Angliæ, Hiberniæ, & Scotiæ per Scotorum Reginam Galliæ coaleſcerent: per Comitem Feriæ, quem ad ægrotantem vxorem, atque Elizabetham inuiſendam miſerat, ſerio cum Elizabetha agit de nuptiis cum illa contrahendis, pollicitus ſe gratiam peculiari diſpenſatione à Pontifice Romano impetraturum. Hoc eam admodum anxiam habuit, potentiſsimum Europæ Principem de ſe optimè meritum, nuptias vltro ambientem reiicere, cùm minùs prudentis, tum parum gratæ videretur. Solicitum hoc etiam habuit Gallorum Regem, qui Galliæ non poterat non timere, ſi Anglia nouis nuptiis Hiſpano hoſti denuo accederet. Ille igitur Romæ nihil non agit per Epiſcopum Engoliſmenſem, vt nulla huiuſmodi diſpenſatio impetraretur, quandoquidem Elizabetha Proteſtantium doctrinæ fauere crederetur, imo etiam vt illegitima pronuntiaretur; Sed hæc occultiſſimè, ne Anglos, rebus nondum compoſitis, irritare videretur. Comes Feriæ vt has nuptias conficeret, Pontificiis in Anglia vbique inculcat, non aliam ſupereſſe illis rationem ad Catholicam religionem conſeruandam, & priſtinum honorem tuendum; quibus neglectis, ſe non poſſe non misereri Angliæ, quaſi opibus exhauſtæ, militaribus viris indigæ, præſidiis & munimentis malè firmatæ, ab apparatu bellico minus inſtructæ, & quaſi Cõſiliarii regni, cõſilii erant inopes. Et ſanè res Anglica afflictiſſima nunc iacuit, hinc Scotico, inde Gallico bello implicata, ære alieno quod Henricus Octauus & Edwardus Sextus contraxerant, oppreſſa, ærario exhauſto, Caleto & regione *Oyenſi* cum magno apparatu bellico non ſine Anglici nominis dedecore amiſsis, populo diſcordibus de religione ſententiis

tentijs diſtracto, Regina ab amicis potentib. nuda, & nulla exterorum principum cognatione munita. M.D.LVIII

Illa cum de his nuptijs animo attentius agitaſſet, mox deprehendit matrimonium mulieris cum relicto ſororis, *ex rationis paritate*, æquè ac viri cum relicta fratris, ſacra authoritate prohiberi, ideoque illicitum eſſe, etiamſi ſummi Pōtificis accederet diſpenſatio: perſpexitque huiuſmodi matrimonium ex diſpenſatione contrahendo, non poſſe non agnoſcere ſe ipſam iniuſtis nuptijs natam eſſe, quam pater Henricus (abdicata Catharina Hiſpana quia fratris relicta) genuerat. Quas tamen orbis Chriſtiani Academiæ & Synodus Londinenſis ex lege diuina iuſtiſſimas comprobauerant, vt illas cum Catharina iniuſtas & omnino indiſpenſabiles. Procum itaque Philippum reſponſo modeſtiſſimo, honeſto, & virginali pudore, ſed verè ex conſcientiæ ſcrupulo paulatim amolitur. Cum autem ille crebris literis vrgendo inſtaret: & illa compoſitos tanti Regis mores modeſtiſſima grauitate, atque gratia, Maieſtate digniſsimos ſubinde prædicando admiraretur, & imitari gauderet; prodierunt aulici qui contra Hiſpanos vt faſtu tumidos declamitarunt; & nonnulli ex intimis Conſiliariis in aures aſſiduę inſuſurrarunt molliſſimo ingenio Virgini, dum timerent ne animus in dubio facillime impelleretur, actum de ipſa & amicis eſſe, conclamatum de Anglia, ſi Pontificiam authoritatem in diſpenſando, aut alia quacunque re agnoſceret; duos Pontifices matrem illegittimè Henrico Octauo enuptam pronunciaſſe, & inde ex eorum ſentētia iam lata, Scotorum Reginam ius in regnum Angliæ ſibi arrogare. Pontificem ſententiam iſtam nūquam reſciſſurum, nec aliquid æqui à Romanis expectari poſſe, qui in matrem & illam fuerant iniquiſsimi; adhæc, Gallum iam Romæ enixe agerę, vt Maria Scotica legitima Angliæ Regina declaretur.

Eum amolitur.

Amoliendi cauſa.

Illa animo ab huiuſmodi nuptiis auerſiſsimo, & Proteſtantium religionem promouendi cupidiſsima, nihil Deo gratius, nihil ad importunum procum amoliendum efficacius cen-

M.D.LVIII cius cenſuit, q̃ vt religio quamprimũ mutaretur. Mutata.n. religione, & eius de nuptijs ambiendis animum mutatum iri minime dubitauit. Conſultationem itaq; inter intimos conſiliarios quomodo Proteſtantium religio, Pontificia profligata, reſtabiliretur, maturari iuſſit, omnibus periculis quæ inde exiſtere poſsint, perpenſis; & quib. rationib. depellantur. Illi hæc vel externa, vel interna fore præuiderũt. Externa, vel à Pontifice Romano, qui Excommunicationis fulmen emitteret, & regnum in prædam inuadentib. exponeret, vel à Gallo, qui occaſione inde arrepta, pacis negotium Cameraci inchoatum procraſtinaret, aut potius Reginæ Scotorum nomine in Anglos bellum moueret, non ſolum vt in hoſtes, ſed etiam hæreticos; Scotiamq; ad idem excitaret, quæ iam ad eius nutum: vel à bHibernicis Romanæ religioni addictiſsimis, & ad rebelliones proiectiſsimis, vel ab Hiſpano in vicino Belgio præpotente. Illi Pontificis excommunicationem, vt brutum fulmen minime formidandum, pacem à Gallo ſi offeratur, amplectendam, ſin minus ambiendam ſtatuerunt, quandoquidem eadem pax etiam Scotiam complectatur, Proteſtantes tamen Galliæ & Scotiæ neutiquam deſerendos; Berwicum, & limites ad Scotiam, vti etiam Hiberniam, præſidijs maiorib. firmanda: cum Hiſpano vero amicitiam inprimis, quoquo modo colendam, & antiquum fœdus Burgundicum confirmandum. Pericula interna præuiderunt fore à Nobilibus regio conſilio amotis, ab Epiſcopis, & Eccleſiaſticis de gradu deijciendis, à Iudicib. qui pro tribunalib. ſederunt, ab Eirenarchis per ſingulos Comitatus, & à plebeiis qui, regnante Maria, re & æſtimatione magni erant, quia Romanæ religioni deuoti. Hos loco deturbandos & legum ſeueritate coercẽdos, (quod & Maria contra Proteſtantes fecerat) nulloſq; niſi Proteſtantes ad rerum adminiſtrationem adhibendos, & in Collegia vtriuſq; Academiæ cooptandos cenſuerunt, ſimulq; Pontificios Præſides ex Academijs, Scholarchas ex Wintonienſi, Ætonenſi, cæteriſq; ſcholis ſubmouendos.

De Proteſtantium religione inducenda deliberat. Pericula perpendit. Externa.

Interna.

Prote-

Proteſtantes illos, qui nouandi ſtudio abrepti, nouam omnino Politiam Eccleſiaſticam tunc procudere cœperunt, tempeſtiue comprimendos, nec niſi vnam eandemq; religionem tolerandam, ne religionis diuerſitas inter Anglos (gentem animoſam & bellicoſam) perpetuas ſeditionibus faces ſubijceret. Cura Liturgiam emendandi, quæ ſub Edvvardo VI. lingua patria edita, Parkero, Billo, Maio, Coxo, Grindallo, Whitheado, & Pilkingtono Theologis eruditis & moderatis, Thomæq; Smitho Equiti doctiſsimo demandatur, re nemini communicata niſi Marchioni Northamptoniæ, Comiti Bedfordiæ, Ioanni Greio de *Pyrgo*, & Cecilio. *M.DLVIII*

Quidam autem verbi Miniſtri moræ impatientes, dum legib. præcurrere quam expectare mallent, primum per priuatas ædes, mox per Eccleſias doctrinam Proteſtantium liberius proſeminare, & plebs nouitatis auida ad eos magno numero confluere, & de controuerſis in religione q̃ſtionibus adeo inter ſe, & cum Pontificijs rixari cœperunt; vt ad contentionum occaſiones pręcidendas, Regina ſeuerè edixerit, ne huiuſmodi q̃ſtiones agitarent, Permiſit verò, vt Epiſtolæ, Euangelia, atq; Decalogus Anglica lingua, ſine vlla tamen expoſitione, plebi prælegerentur, item Oratio Dominica, Symbolum Apoſtolorum, & Litania vernacula lingua haberentur. Romano autem ritu in cæteris omnibus vterentur, donec de religionis cultu ex authoritate Parlamentaria ſtatueretur. Interim Mariæ ſorori, iuſta in tẽplo VVeſtmonaſterienſi magnifico apparatu ſoluit, & paulo poſt, Carolo Quinto, qui ante biennium, raro inter Cæſares exemplo, (ſed quod omnibus victoriis glorioſius eſt) ſe vicerat, imperio renunciauerat, & mundo viuere deſierat, vt Deo ſoli totus viueret & vacaret.

Miniſtrorum impatientiam reprimit.

Sacra in parte, vulgari lingua petitit.

Iuſta Mariæ, & Carolo V. ſoluit.

Digitized by Google

M. D. LIX.

M.D.LIX.

Nobiles reſtituit & euehit.

ANno nouo ineunte, Guil. Parrum ob læſam Maieſtatem ſub Maria gradu deiectum, Northamptoniæ Marchionem denuo creat, Edwardum Seimorum magna parte patrimonii, & paternis honorib. ex priuata quadam lege aduerſantium inuidia ſpoliatum, in Baronem Bellocampiũm & Hertfordiæ Comitem erigit, Thomam Howardum filium ſecundum Thomæ Ducis Norfolciæ, honore Vicecomitis Howardi de *Bindon*, Henricum Carium de *Hunſdon*, ex Maria Bolena conſobrinum, & Oliuarium à Sancto Ioanne de *Bletneſho* Baronum titulo exornat, qui ſinguli à Pontificia religione alieni. Iam regia pompa ab Arce Londinenſi per mediam vrbem incredibili applauſu, quem (viſu & auditu iuxta venerabilis) ſupra modum adauxit, Weſtmonaſterium deducitur. vbi poſtridie patrum ritu inauguratur & inungitur ab Oglethorpo Epiſcopo Carliolenſi, cum Archiepiſcopus Eboracenſis, & reliqui hoc munere defungi recuſarêt ex ſuſpitioſo & ſolicito de religiõe Romana metu, quem tum prima eius inſtitutio in Proteſtantium religione illis iniecerat, tum quod nuperrime Epiſcopum ſacra celebrantem, hoſtiam ad adorationem tollere vetuerit, & Litaniam cum Epiſtola & Euangelio populari lingua habendam (quæ illi inter piacula habuerunt) permiſerit. Vere tamen illa pia, quę Deo quotidie, vbi primum ſurrexit, aliquandiu vacauit, inde ſtatis horis in ſacrario priuato; ſingulis dieb. Dominicis & Feſtis Sacellum adiit, nec vſquam alius Princeps maiore cum deuotione ſacris interfuit. Conciones Quadrageſimales atrata, & more priſci æui, attente audiuit, quamquam ſępius dixerit, quod de Henrico Tertio prædeceſſore legerat, ſe malle deuote precib. Deum alloqui, quam alios de Deo diſerte loquentes audire. De Cruce autem, Beata Virgine, & Sanctis haudquaquam contemptim ſenſit, nec de iis ſine quadam reuerentia vnquam loquuta, nec alios loqui patienter audiuit.

Inauguratur.

De ſacris quid ſenſit.

Paucu-

M.D.LIX

Pauculis diebus interiectis, Comitia habentur Parlamentaria, in quib. primum omnib. omnium ſuffragiis ſancitur, & Elizabetham *eſſe iure diuino, ciuili Anglorum, & regni Statutis debere eſſe* (vt ipſa formula vtar) *legitimam, indubitatam, & certiſſimam Angliæ Reginam, & iuſte legitimeq; è Regio ſanguine prognatam, iuxta ſucceſſionis rationem ab Ordinib. regni Anno XXXV Henrici VIII. præſcriptam.* Lex tamen iſta qua pater eam & Mariam ſucceſſione in regno excluſerat, nô refigitur: In quo Baconi prudêtia (cui vt iuris oraculo, in eiuſmodi reb. Regina tota innitebatur) à nonnullis deſiderabatur, maxime cum Northumbrius id contra Mariam & eam obieciſſet, eoq; nomine, Maria, quantum ad ſe, refixerat; & ſeditioſi nô nulli hinc pernitioſa in eam, quaſi minus legitimam Reginam, poſtea arriperent; licet iuris-prudentia Anglica iam olim pronuntiarit *Coronam ſemel ſuſceptam omnes omnino defectus tollere.* Ab aliis.a. hoc ipſum prudentię Baconi dabatur, qui in tanta legum atq; Actorum perplexitate, & inconſtantia, cû quæ pro Elizabetha facerent, cum ignominia & ꝓbro Marię coniuncta viderentur, vlcus vetuſtate obductum refricare noluit, atque ad eam igitur legem Anno xxxv Henrici, ſe applicuit, quæ vtriuſq; famæ & dignitati quodammodo ex æquo conſuli.

Parlamentum habetur.

Quæ in eo ſtatuuntur.

In his Comitiis deinde poſt alia refertur de Corona Angliæ ad priſtinam in reb. Eccleſiaſticis iuriſdictionem reſtituenda. Scilicet leges Henrici Octaui contra ſedem Romanam, & Edvvardi Sexti pro Proteſtantib. à Maria abrogatas reuocando, atque etiam ſanciendo, *vt quæcunq; iuriſdictiones priuilegia, præeminentiæ ſpirituales, quæcunque Eccleſiaſtica authoritate in vſu iam olim fuerant, ad Eccleſiaſticos viſitandum, & omnimodos errores, hæreſes, ſchiſmata, abuſus, enormitates corrigendum, imperiali Angliæ Coronæ in perpetuum adiungerentur; vt regina & ſucceſſores Literis Patentibus certos homines delegare poſſent, qui illam authoritatem exerceant; ea tamen lege vt nihil hæreſim eſſe definiant, niſi quæ iam olim è ſacris literis Canonicis, aut quatuor priorib. Conciliis Oecumenicis, aut aliis Con-*

De religione mutanda refertur.

Digitized by Google

M.D.LIX *ciliis ex vera & germana ſacrarum literarum ſententia, hæreſes ſunt definitæ, aut iam inde ex authoritate Parlamenti cum aſſenſu Cleri Anglicani in Synodo definientur. Singuli Eccleſiaſtici, Magiſtratus, penſiones ex ærario accipientes, ad Academicos gradus promouendi pupilli emancipandi, & ad prædiorum inueſtituram atq; inter regios famulos admittendi, &c. iureiurando obſtringerentur ad agnoſcendam regiam Maieſtatem vnicum & ſupremũ eſſe ſuorum regnorum gubernatorem (titulus enim* Supremi Capitis Eccleſiæ Anglicanæ *minimè placuit) in omnibus tàm ſpiritualibus rebus aut cauſis, quam temporalibus: omnibus exteris Principibus & Poteſtatibus à cauſis intra ſuas ditiones cognoſcendis, prorſus excluſis.*

His legibus in ſuperiori conſeſſu nouem qui eo die aderant Epiſcopi (nec plures quam quatuordecim in viuis iam ſupererant) Eboracenſis ſcilicet Archiepiſcopus, Londinenſis, VVintonienſis, VVigormienſis, Lhandauenſis, Couentrenſis, Exonienſis, Ceſtrenſis, & Carliolenſis, Abbaſq; VVeſtmonaſterienſis obfirmate refragati ſunt; E proceribus homo plane nemo, præter Comitem Salopienſem, & Antonium Brovvnum Vicecomitem Montis acuti, quem, Maria regnante, regni Ordines cum Thurlbeio Epiſcopo Elienſi Romam legaſſe dixi, vt Anglia in vnitatem Romanæ Eccleſiæ, & Apoſtolicæ ſedis obedientiam reduceretur. Hic ex quodam religionis ardore, & honoris ratione acriter inſtabat, magno Angliæ dedecori eſſe, ſi ab Apoſtolica ſede, cui nuper ſe ſubmiſſe reconciliarat, mox deficeret: & maiori periculo fore, ſi excommunicatione effulminata, vicinorum hoſtium furori, ex huiuſmodi defectione exponeretur. Se ordinum Angliæ authoritate, vniuerſæ Angliæ nomine, Pontifici Romano obedientiam detuliſſe, eandemque non poſſe non præſtare. Maiorem igitur in modũ etiam atq; etiam obteſtando contendit, vt à Romana ſede non ſecederent, cui Chriſtianam fidem primum acceptam & perpetuo conſeruatam debent. At in conſeſſu inferiori, cum de his referretur, longe plurimi vnanimes ſuffragati

ſunt

Digitized by Google

ſunt, Pontificijs obmurmurantib. plures è Proteſtantib. data opera, tum è Comitatib. tum è Ciuitatibus, & Burgis fuiſſe electos, & Norfolciæ Ducem, Arundeliæq; Comitem inter proceres potentiſſimos in ſuam, ſiue rem, ſiue ſpem, Ceciliumq; ſua ſolertia ſuffragia emendicaſſe. M.D.LIX.

Diſputatio inſtituitur.

Iam animis hominum de religione diſcordantibus, vno eodemq; edicto prohibetur, ne quis irreuerenter de Sacramento Altaris loqueretur, & vtraque ſpecies permittitur. Colloquium etiam Weſtmonaſterij inter Pontificios & Proteſtantes coram regni Ordinib. in vltimum diem Martii indicitur. Pro his eliguntur Rich. Coxus, Whitheadus, Edmundus, Grindallus, Rob. Hornus, Edwinus Sandes, Ed. Gueſtus, Ioan. Elmarus, & Ioannes Iuellus: pro illis Ioan. Whitus Epiſcopus Wintonienſis, Radulphus Bainus Epiſcopus Conuentrenſis & Lichfeldenſis, Th. VVatſon Epiſcopus Lincolnienſis, D. Colus Decanus ad S. Pauli, D. Langdallus Archidiaconus Levviſenſis, D. Harpesfeldus Archidiaconus Cantuarienſis, & D. Chadſeius Archidiaconus Midleſexiæ. Quæſtiones propoſitæ erant. De ſacris in lingua populari celebrandis, de authoritate Eccleſiæ in cæremoniis ad ædificationem conſtituendis & abrogandis, & de ſacrificio Miſſæ. Verum hoc in nihilum recidit. Poſt pauca .n. verba vltro citroq; de ſcripto recitata, cum de ratione diſceptandi haudquaq̃ conuenire poſſent, Proteſtantib. quaſi parta victoria triumphantib. Pontificijs conquerentibus, durius cum illis actum eſſe, quod non niſi ante vnum & alterum diem de quæſtionib. præmoniti eſſent, quodque Baconus Cuſtos Magni Sigilli (homo in Theologicis parum verſatus, & Pontificijs infeſtiſſimus) tanquam Iudex p̃ſideret; cum ille tantum ordinis vindex eſſet conſtitutus; Sed quod veriſſimum, illi rem ſerius perpendentes, non auſi ſunt, Põtifice Romano inconſulto, res tantas & in Eccleſia Romana minime controuerſas in q̃ſtionem vocare vbique exclamantes, *Quando de fide conſtabit, ſi ſemper liceat de fide diſputare ? Diſputationes de religione eo*

Quo ſucceſſu.

ſemper,

Digitized by Google

ſemper quo ſceptra, vergere, & id genus alia. Adeoq; indignati ſunt Lincolnienſis & Wintonienſis, vt Reginam, & huius ab Eccleſia Rom. defectionis authores, excommunicationis cenſura feriendos cēſuerint, qui hanc ob cauſam incarcerati. Prudentiores autem Pontifici Romano hanc potius committendam ſtatuerunt, ne ipſi ſubditi obedientiam in Principem exuere, & ſeditionis ſignum tollere viderentur. Nec fefellerunt hæc Pontificem Romanum, qui iam commotior, iuſſit Edvv. Carnū Cambro-Britannum Equeſtris dignitatis Iuriſconſultū, qui legationem ꝓ Henrico Octauo & Maria Regina Romæ, & nunc pro Elizabetha, egerat, Legati munus deponere, atq; (vt ipſiſſimis verbis vtar) *vigore mandati, viuæ vocis ſanctiſs. D. Papæ oraculo facti, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub maioris Excommunicationis, necnon bonorum omnium amiſſionis pœna, ne vrbe excederet, ſed Hoſpitalis Anglorū adminiſtrationem ſuſciperet*, (ſilicet ne occultas Gallorum in Elizabetham molitionem edoceret, quod ſedulo ante ex charitate in patriam fecerat.) A nonnullis tamen creditur, ſolertem illum ſenem hoc exilium, ex inflammato Rom. religionis ſtudio, ſponte elegiſſe.

Carnus Romæ detinetur.

De Caleto diſceptatur.

Interea (vt temporis ſeriem ſequutus, hæc Eccleſiaſtica & Parlamentaria aliquantiſper omittam) Delegati Angliæ & Hiſpaniæ (qui Cameraci de pace tractabant) cum Gallis acriter de Caleto reſtituendo diſceptantes, nullo modo, vt Caleto cederent, conſequi poterant, etſi ſupra tres aureorū milliones, legitima obligatione à Gallis debitos, è rationib. hoc nomine expungendos proponerent. Hiſpanus, cum ſui cauſa Angli amiſerint, & in Belgij vſum eſſe ꝓſpiceret, vt Anglici iuris eſſet, vere quidem, & honeſte ab Anglis ſtetit, alioqui pacem omnino detrectaturus. Obſtiterunt contra Galli, vnum Caletum non poſſe reſarcire damna Ga'lis illata, oppidis eorum ope ab Hiſpanis captis, plurimis viculis Britanniæ Armoricæ ab Anglica claſſe incenſis & direptis, nauib. interceptis, commercio (quod regni neruus) interrupto, & infinita pecunia ad prohibendas Anglorum ex-

Digitized by Google

ſcenſiones profuſa. Præterea Caletum vetuſtum eſſe Imperij Gallici patrimonium, bello olim amiſſum, bello iam recuperatum, minime igitur reſtituendum: immo & Galliæ Ordines hoc decreuiſſe. Reſtituere enim nihil aliud eſſe quam gladium hoſti in man⁹ reddere, & Gallorum animos à rege ſuo æternùm auertere; inique igitur & abſurde Anglos repetere. Illi contra, ſe æquiſſime & ſumma cum ratione repetere contenderunt, ſcilicet, Caletum Regni Angliæ particulam vno & altero ſeculo extitiſſe, nec tantũ iure belli, ſed hæreditario aquiſitum, & pactionib. pro aliis quibuſdam locis, quibus Reges Angliæ ceſſerant, cõceſſum. Damna illa accepta Hiſpanis imputanda, qui Anglos inuitos in belli ſocietatem pertraxerunt, ex quo, locis munitiſſimis amiſſis, & ducib. captis, detrimentum ceperunt longe maximum, commodum vero plane nullum: Quicquid Galliæ Ordines decernunt quia ipſis fructuoſum eſt, non eo nomine iuſtum eſſe. Nec Caletum iuſte poſſe detineri, cum pactis iam conditionib. ſingula loca ſuperiore bello capta cæteris Principib. reſtituantur. Reſponderunt Galli, hoc fieri ratione nuptiarum quæ inter reliquos Principes contrahendæ. Propoſuerunt igitur, vt primogenita filia Mariæ Scotorum Reginæ & Delphini Galliæ nuberet filio primogenito Elizabethæ, quæ Caletum in dotem referret, ſimulque Scotorum Regina iure quod in Anglia habet, cederet; vel filia Elizabethæ primogenita nuberet filio primogenito Reginæ Scotorum, ſimulq; Angli iuri ad Galliæ regnum, quod vindicant, renuntiarent, omniaq; quæ Galli Angliæ debent, remitterentur, Caletum interim penes Gallos eſſet. Hæc vt incerta, alterius æui, & ad moras nectendas excogitata, ſurda aure neglexerunt Angli. Hucuſq; deuentũ erat, cum Hiſpanus certis nuntijs accepiſſet Elizabetham non ſolum oblatum connubium amoliri, ſed in religione pleraq; omnia vertere & mutare: Inde ſtudium eius de Caleto reſtituendo, quod fixum ante videbatur, labaſcere cœpit; Hiſpaniq; delegati moræ impatientes, cum de cæteris

inter

M. D. LIX inter ipſos & Gallos quodammodo conueniſſet, præ ſe tulerunt ſe nolle diutius bello diſtineri de Caleto, niſi Angli in ſexennale bellum, largius quam antea pecuniam & copias conferrent. Hinc Cardinalis Lotharingus erectior, Scotorum Reginam, neptim ſuam, veram & indubitatam Angliæ Reginam eſſe Hiſpani delegatis aſſeueranter affirmat, Hiſpanum igitur, ſi modo iuſtitiam colat, eniti debere vt Caletum nepti, iuſtiſſimæ Reginæ in manus traderetur. Hoc Hiſpani (quibus Gallorum potentia ſuſpectior) haudlibenter audiebant.

Ideoque Catharinam Greiam. Henrico Octauo è ſorore pro-neptim ex Anglia tecte ſubducere tentabant, vt haberent q̃ opponerent Scotorum Reginæ & Gallis, ſi q̃d humanitus Elizabethæ accideret, quo minus Gallia, Angliæ, & Hiberniæ acceſſiõe amplificaretur. Et admodũ vrgebant, vt induciæ inter Angliam & Galliam agitarentur, donec conuenirent, & interea temporis Caletum Hiſpano, vt honorario arbitro, aut ſequeſtro committeretur; quod Galli & Angli non minus abnuerunt.

Præſenſerat hæc Elizabetha, quæ nuptiis cum Hiſpano neglectis, & religione mutata, nihil boni ab Hiſpanis ſperare poterat. Nouerat etiam Cameracenſem Tractatum eo conſilio ſuſceptum, vt Proteſtantium religio excinderetur. Et ſane pax pro ſexus ratione, & ob ærarij inopiam iuſtiſſimo bello optatior ipſi viſa, quæ glorioſius eſſe pacem prudentia firmare, quam bellum per acies conficere, dicere, ſolebat. Nec è ſua, vel nominis Anglici dignitate Hiſpani præſidio inniti exiſtimauit. Suam igitur ſibi pacem ſeorſim cõficiendam, & cum Gallo de Caleto tranſigendum, conſultiſſimum putabat, eo etiam ſolicitata crebris Galli, Montmorentij Galliæ Coneſtabilis, Franciſci Vindocini literis, & nuntiis à Guiſio per Baronem Greium, quẽ ad Guinas captum ea de cauſa è carcere dimiſerat. Ad hanc tranſactionem Guido Caualcantius, Patritius Florentinus in Anglia à pueritia educatus, adhibetur; quocum Gallus ſecreto col ocut⁹,

Cum Gallo de pace tractatur.

tutiſſimum

tutiſſimum exiſtimauit, vt clam Hiſpanis in obſcuriori ali- M.D.LIX
quo, vel Angliæ, vel Galliæ viculo per delegatos ſubmiſſos hæc tractarentur. Cõtra Elizabetha maſculi animi virgo ꝓfeſſa eſt, ſe Principem eſſe abſolute liberam; ad actiones ſuas p ſe & ſuos adminiſtros gerendas. Licet regnante ſorore, nihil niſi Hiſpano conſulto fuerit adminiſtratum, ſe tamen velle inconſulto Hiſpano, non loco obſcuro, ſed ad Caſtellum Cameracenſe (ꝙ parum ab vrbe Cameraco abeſt) inter ſuos & Galliæ delegatos hoc tranſigi. Et hinc ſane non minorem apud Hiſpanum offenſam ſubiit, q̄ prius ob connubium ſpretum, & religionẽ immutatam. *Chaſteaù in Cambreſis.* Gallus tamen cautus, vt exploraret quo eſſet in nuptias & Hiſpanum animo, duos rogauit ſcrupulos ſibi prius eximi; alterum, ſi ille Caleto cederet, priuſq̄ certo ſciret quem maritum Regina ſibi aſſumeret, Caletum facile in Hiſpani manus deueniret, qui quantiuis pretij emeret, & vxores dilectis maritis nihil non concedant; alterum, an (quod Hiſpani iactant) Angli eiuſmodi fœdere Hiſpanis aſtringantur, vt vna cum illis cõtra quoſcunq; bella gerant? Ad hæc reſponſum eſt. Reginã eo eſſe in Regnum Angliæ materno animo, vt in mariti gratiam Caleto minime cederet, & ſi maxime vellet, populum Anglicum nullo modo laturum. Fœdus autem eiuſmodi cum Hiſpano intercedere nullum, ſed tantum neceſſitudinem; libertimamq; illam eſſe ad fœderationem quæ Angliæ ſit vſui, cùm quocunque Principe contrahẽdam. Hinc viſum vt Caſtellum Cameracenſe de componendis controuerſiis & pace concilianda agerent vtrinq; delegati. Pro Regina Angliæ Thurlbeius Epiſcopus Elienſis, Guilielm⁹ Bagaro Hovvardus Effinghamius, Reginæ Cubicularius ſupremus, & Nicholaus VVottonus, Eccleſiarum Metropolitanarum Cantuariæ & Eboraci Decanus: ꝓ rege Galliæ, Carolus Cardinalis à Lotharingia, Archiepiſcop⁹ & Dux Rhemenſis, Par primus Franciæ, Annas Dux Montmorentius, Par, Cõeſtabilis, & Magn⁹ Magiſter Franciæ, Iacobus Albonus, Dominus à S. Andrea, Marchio Fronſac, & Franciæ

Mareſcallus,

Digitized by Google

Mareſcallus, I. Moruillerius, Epiſcopus Aurelianenſis, & Claudius Alboſpinæus in priuato conſilio Secretarius. Inter hos conuentum in hæc fere verba. *Neuter Princeps alterum inuadet, aut inuadenti auxiliabitur. Si ſubditi quid contra hāc pacē attentarint, ipſi punientur, & pax non violabitur. Commercium libere exercebitur, naues armatæ, priuſquam oram ſoluerint, cautionem præſtabunt, quod alterius Principis ſubditos nō deprædentur, munitio apud* Aimouth *in Scotia diruetur. Rex Franciæ per octo annos pacifice gaudebit oppido Caleto cum pertinentiis, & XVI. tormentis maioribus. Quo tempore exacto, eadem cum oppido Elizabethæ reſtituet. Octo mercatores exteri, non Gallo ſubditi, fidem interponent pro ſolutione quingentorum millium Coronatorum nomine pœna, pro non reſtituto Caleto. Elizabethæ tamen ſemper remanebit ius ſuum in dictum oppidum. Obſides quinq; dabuntur donec mercatores ſe obligent. Si quid durante tēpore prædicto, per Reginam Angliæ, aut eius ſubditos ex eius authoritate, iuſſu, aut approbatione armis directe, vel indirecte attentatum, aut innouatum fuerit contra Regem Chriſtianiſſimum, aut Reginam Scotorum, ab omni promiſſione fideq; data liberabuntur & abſoluentur, & obſides & mercatores liberati erunt. Si per Regem Chriſtianiſſimum, Reginam Scotorum, aut Delphinum quid attentatum, aut innouatum fuerit, itidem contra Reginam Angliæ fuerit, poſſeſſione Caleti ſine vlla dilatione cedere tenebuntur.*

M.D.LIX

Pax cum Gallo pacta.

Pacis Articulis.

Pax etiam cum Scoto facta.

Eodem loco, & iiſdem diebus, per eoſdem delegatos pax etiam confecta eſt inter Reginam Angliæ, Franciſcum & Mariam Regem & Reginam Scotorum, quibuſdam articulis de conceſſione *Saluorum conductuum*, homicidis, latronibus, deprædatoribus limitaneis, & transfugis, ad Anglos & Scotos relatis. De quib. cum inter Tho. Comitem Northumbriæ, Cuthbertum Tunſtallum Epiſcopum Dunelmēſem, Guil. Baronem Dacreum de Gilleslandia, & Iacobum Croftum Villæ & Arcis Beruvici Capitaneum Anglos; Comitem Mortoniæ, Baronem Humium, & S. Clerum Decanum Glaſcuenſem Scotos, apud *Vpſatlington* conueniſſet, pax inter Reginam Angliæ, Regem Galliæ, Delphinum & Scoto-

Digitized by Google

Scotorum Reginam per Angliam promulgata, quæ auerſis auribus tanquam in dedecus Anglorum ob Caletum amiſſum, & non reſtitutum à populo excepta, dum Proteſtantes culpam in Epiſcopos & Pontificios, & illi identidem in Baronem Wentworthum Præfectum è Proteſtantium numero transferrent. Et eo ſanè nomine, Maria regnante, ille abſens & inauditus in quæſtionem vocatus, nunc autem denuo temporib. mutatis, in iudicium reuocatus, auditus, & *Parium* iudicio abſolutus. Radulphus autem Chamberlanus, qui Caſtrò Caletenſi, & Iohannes Harleſtonus qui munimento ad *Riſebank* præerant, ob ſtationem deſertam, læſæ Maieſtatis poſtea damnati, ſed ſupplicium remiſſum.

M.D.LIX

Baro VVẽtvvorthus & alii in iudicium de Caleto vocati.

Cum iam Parlamentarius conuentus ſoluendus, viſum eſt vniuerſis, vt tertius ordo Reginam de nuptijs maturè contrahendis moneret, nec proceres quidem ſe adiungere voluerunt, ne quis eorum in ſuam ſpem hoc proponere videretur. Thomas itaq; Gargrauius tertii ordinis Orator cũ paucis delectis Reginam, impetrata prius venia, accedit, & excuſatione à ſuo officio, principis manſuetudine, & rei magnitudine facta, & attentione hinc conciliata, in hanc ſententiam pergit. *Nihil eſt quod Deum immortalem ardentiore ſtudio aſſidue comprecamur, quam vt fœlicitas ex æquiſſimo tuo imperio hactenus percepta, Anglorum genti in omnem æternitatem perpetuetur. Hoc qui fieri poſſit, dum animo & cogitatione plurima verſamus, comprehendere non poſſumus, niſi vel tu in æternũ imperes, quod ſperare non licet, vel ex matrimonio liberos maternæ virtutis ac Imperii ſimul hæredes ſuſcipias. Quod Deus Opt. Max. faxit. Hoc ſimplex, hoc vnicum, cunctaque complexum omnium Anglorum votum. Cæteris omnibus cuiuſcunque loci & ordinis, maxime vero Principibus curandum eſt, vt licet ipſi mortales exiſtant, Reſpublica immortalis perennet. Hanc vero immortalitatem Anglis donare poteris, ſi quod humana natura, ætas forma, & fortuna poſtulant, aliquem in maritum adſciueris, qui ſit ſolatio & adiumento, ſecundarum aduerſarumque conſors. Vnius enim mariti opera magis ad res gerendas quam multorum con-*

Ordines Reginam ad nuptias hortãtur.

Digitized by Google

iuncta induſtria proculdubio valet. Nihil eſſe poteſt à publicis rationib. magis alienum, quam eam Principem, in cuius matrimonio ſalus Reipub. & pax continetur, cœlibem, quaſi Veſtalem virginem viuere. Regnum à maiorib. acceptum liberis relinquendum, qui regno futuri & ornamento & firmamento. Reges Angliæ nulla de re magis ſolicite vnquam cogitarunt, quam ne regia familia orbitate intercideret. Hinc recenti memoria Henricus Septimus auus tuus, Arthuro & Henrico filiis de coniugio etiam ætate adhuc tenella proſpexit. Hinc pater Edvvardo filiolo vix octenni Mariam Scotorum Reginam in vxorem ambiuit, & nuperrime Maria ſoror vetula Philippo Hiſpano nupſit. Si orbitas tam regiis, quam priuatis familiis pro maxima pœna à Deo infligi ſoleat, quale & quantum ſit piaculum, ſi Princeps eandem ſibi vltro accerſat, vnde infinita miſeriarum moles Rempub. omnibus calamitatibus, quas meminiſſe animus horret, neceſſario obruat? Quod ne eueniat, non ſolum pauculi qui coram adſumus, ſed vniuerſa Anglia, imo ſinguli Angli ad pedes proſtrati ſupplice voce, crebriſq; ſuſpiriis ex intimo animo demiſſiſſime efflagitamus & obteſtamur. Hæc ille ornate & pluribus.

M.D.LIX

Illa reſpondet.

Illa paucis reſpondit. *In re minime grata perſpectiſſima veſtra populiq; mei beneuolentia pergrata eſt, vtique ab animo erga me & Rempublicam optimo profecta. De matrimonio quod tantopere ſuadetis, mihi iamdiu perſuaſum, me à Deo in hanc lucem editam, vt ea quæ diuinæ gloriæ cedant inprimis cogitarem & facerem. Hinc id genus vitæ delegi, quod à ſolicitudine rerum humanarum liberrimum, vt vni Deo vacarem. A quo, ſi vel potentiſſimorum Principum oblata connubia, vel intentata mortis periculum dimouere potuiſſent, coniugis honore iampridem potita fuiſſē. Et hæc quidem ego priuata cogitaui. Nunc vero cum publica regni adminiſtrandi cura acceſſerit, maritales etiam curas attrahere, inconſiderata videatur imprudentia. Imo, quod ſatisfacere poſſet, ego iam antea mihi maritum matrimonio coniunxi, Regnum ſcilicet Anglicum. Et ecce,* inquit, *quod vos obliuiſci demiror, maritalis huius fœderis, & matrimonii mei cum regno meo pignus,* (ſimulque digito extento aureum oſtendit annulum, quo

in inaugu-

Digitized by Google

M.D.LIX

in inauguratione ſe regno in matrimonium conceptis verbis ritè dederat.) Reſpiratione hic facta. *Nec mihi quaſo*, inquit, *miſeram orbitatem exprobrando obiicite: vos enim ſinguli, & quotquot exiſtunt Angli, mihi liberi, mihi cognati, quibus niſi me Deus orbauerit (quod abſit) orba ſine iniuria cenſeri non potero.*

Vos autem laudo, quod maritum mihi non præſtiteritis; hoc enim Principis abſoluta Maieſtate, & veſtra prudentia qui ſubditi nati, indigniſſimum fuiſſet. Nihilominus, ſi diuino numini ita viſum fuerit, vt aliam viuendi rationem ineam, promitto nihil me facturam quod Reipub. ſit fraudi: ſed eiuſmodi maritum, quoad fieri poſſit, aſſumpturam, cui Reſpub. non minori ſit quam mihi ipſi cura.

Sin in ſuſcepto vitæ genere permanſero, non dubito, quin diuinum numen & mea & veſtra conſilia ita dirigat, vt de ſucceſſore non ambigatur, qui magis Reipub. ſit vſui, quam qui ex me enaſcatur, cum optimorum Principum ſoboles ſubinde degeneret. Cæterum ſat is ſuperq; mihi futurum, tum ad nominis memoriã, tum ad gloriã, ſi, cum extremum vitæ ſpiritum edidero, ſepulchrali marmori inſcribatur, HIC SITA ELIZABETHA, QVÆ VIRGO REGNAVIT, VIRGO OBIIT.

Alia in hoc Parlamento ſtatuta.

In hoc Ordinum conuentu, præter ea, quæ dixi, quædam ſcita & ſancita erant de Reginæ perſona non violanda, de Decimis & Primitiis Coronæ reſtituendis, de vniformi precum publicarum ratione, Liturgia ſc. & Sacramentorum adminiſtratione, quæ ſub Edvvardo Sexto, pauculis immutatis, per ſingulas Eccleſias habenda; pœna eandem deprauantibus, aut aliam quamcunque vſurpantibus, inflicta. De ſacris adeundis diebus Dominicis & Feſtis, mulcta duodecim denariorum abſentib. in ſingulos dies impoſita, eademq; pauperib. eroganda. Item de ſeditioſis contra Reginam rumorib. mercimonijs, re nautica, pannaria, ferraria, de coitionib. tumultuoſis, & illicitis. Atq; vt cætera omittã (lege nõ impreſſa) de Archiepiſcoporũ & Epiſcoporũ poſſeſſionib, Ne illi Eccleſiæ fundos niſi ad XXI. annor, aut *triũ*,

M.D.LIX vt vocant, *vitarum terminum, aliis quam Regina & ſucceſſoribus darent, concederent, aut locarent, priſtinis reditibus reſeruatis*. Exceptio autem illa *pro Regina*, aulicis eius benignitate abutentibus, & Epiſcopis in rem ſuam attentis quæſtuoſa, Eccleſiæ vero admodum damnoſa ceſſit, donec Iacob. Rex primis regni auſpicijs magno Eccleſiæ bono prorſus ſuſtulerit. Proſcriptus.a.plane nemo, quod ſæpius primis Regũ Parlamentis fieri aſſolet: natalib. reſtituti erant Gregorius Fines Baro Dacreus, Thomaſq; frater, quorum pater ſupplicium, regnante Henrico Octauo luerat, Henricus Howardus, qui poſtea Northamptoniæ Comes, & tres eius ſorores, liberi Henrici Howardi Comitis Surriæ, qui ab Henrico Octauo iã morituro leuiculis de cauſis ſecuri percuſſus, Ioannes Greius à Pyrgo frater Marchionis Dorſettæ, Iacobus Croftus, Henricus Gates, qui Maria regnante læſæ Maieſtatis conuicti, & alii nonnulli.

Nobiles reſtituti.

Parlamento dimiſſo, ex eiuſdem authoritate Liturgia lingua populari in Eccleſias illico inducitur, Imagines ſine tumultu amouentur, Epiſcopis, Pontificiis, & aliis Eccleſiaſticæ profeſſionis iuramentũ *Suprematus* proponitur, quod pleriq; omnes eorum, Henrico Octauo regnante, iurauerant. Quotquot iurare abnuerunt, Beneficiis, Dignitatibus, & Epiſcopatib. exuuntur. Nec illi ſane plures (vt ipſi prodiderunt) in vniuerſo regno, quod ſupra IXMCCCC. *Promotionum* Eccleſiaſticarum numerat, quam LXXX Rectores Eccleſiarum, L. Præbendarii, XV. Præſides Collegiorum, Archidiaconi XII. totidem Decani, VI. Abbates, & Abbatiſſę, & Epiſcopi XIIII. omnes qui tunc ſederunt (præter vnum Antonium Landauenſem ſedis ſuæ calamitatem) Nicholaus ſcilicet Heathus Archiepiſcopus Eboracenſis, qui Cancellarii munere iampridem ſponte ceſſerat, & in ſuo Chobhamiæ prædiolo in Surria Deo & bonis ſtudiis ſecurus plures annos vixit, tanta apud Reginam gratia, vt eum ſubinde mira comitate inuiſerit, Edmundus Bonnerus Londinenſis, legationibus apud Imperatorem, Pontificem Rom. & Gallum de-

Liturgia in lingua populari.

Epiſcopi Pontificii abdicati.

Digitized by Google

lum defunctus, ſed qui authoritati tantam naturæ acerbitatem adiunxerit & crudelitatis notam apud omnes ſubierit, & carcere magna vitę parte detineretur, Cuthberthus Tunſtallus Dunelmenſis omni politiori literatura inſtructiſſimus multis honorum gradib. domi decurſis, & legationibus celebris, qui iunior Pontificium primatum acriter prolixa ad Cardinalem Polum epiſtola impugnauit, & grandęuus Lambethæ in libera cuſtodia obiit, Vbi etiam Thomas Thurlbeius Elienſis Romana legatione, de obedientia ſedi Romanæ deferenda, & Cameracenſi Tractatu magnā prudentiæ laudem conſequutus, vitam exegit, Gilbertus Bournus Bathonienſis & VVellenſis de ſede ſua benè meritus, Ioannes Chriſtopherſonus Ciceſtrenſis, qui Græce doctiſſimus in Reipub. Chriſtianæ vſum multa Euſebii & Philonis fideliſſime tranſtulit, Ioannes VVitus VVintonienſis vulgatiter doctus, & poetica facultate, vt tempora ferebāt, tolerabilis, Thomas VVatſonꝰ Lincolnienſis ſpinoſa Theologia eruditus, ſed auſtera grauitate moroſus. Radulphus Bainus Couentrenſis & Lichfeldenſis qui alter Hebraicę linguæ reſtaurator, & eiuſdem Lutetiæ Profeſſor Regius; cum ſub FRANCISCO primo bonæ literæ refloreſcerent Ovvenus Oglethorphus Carliolenſis, Iacobus Turbervillus Exonienſis, & Dauid Polus Petroburgenſis. Poſtea Fekenhamus Abbas Benedictinorum VVeſtmonaſterii, vir doctus & bonus, qui longo tempore vixit & publice de pauperibus merendo animos aduerſariorum ad beneuolētiam allexit, loco motus erat. Hi primum in carcerem dati, ſed plerique mox amicorum, vel Epiſcoporū cuſtodiæ commiſſi, præter duos iſtos ꝓteruiores, Lincolniēſem & VVintonienſem, qui Reginam excommunicare minabantur. Tres vero, Cuthbertus Scotus Ceſtrenſis, Richardus Patus VVigornienſis, & Thomas Goldvvellus Aſſaphenſis, ſolū ſponte mutarunt, necnon Virgines aliquot velatæ, vt poſtea Nobiles nonnulli. E quibus notæ melioris erant. Henricus Baro Morleius, Fr. Inglefeldius, Robertꝰ Peckhamus,

M.D.LIX

M.D. LIX *Proteſtantes Epiſcopi ſubſtituti.*

ambo ab intimis conſilijs Mariæ Reginæ, Thomas Shellei⁹, & Ioannes Gagæus.

In Epiſcoporum demortuorum, & profugorum loca, ſuffecti fuerunt Proteſtantes qui reperiri poterant doctiſſimi. Matthæus Parkerus, vir pius, eruditus, & morib. modeſt ſſimis, qui Henrico Octauo à ſacris, Collegiatæ Eccleſiæ *Stoke-Clara* Decanus præfuerat, ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem rite electus, concione habita, Spiritu Sancto inuocato, & Eucharistia celebrata, impoſitione manuum trium quondam Epiſcoporum, Guil. Barloui Bathonienſis, Ioh. Scorij Ciceſtrenſis, Milonis Couerdali Exonienſis, & Ioh. Suffraganei Bedfordienſis Lambethæ conſecratur. Ille poſtea conſecrauit Edmundum Grindallum Theologum præſtantem in Epiſcopum Londinenſem, Richardum Coxum qui Edvvardi Sexti pueritiæ informator, in Elienſem, Edvvinum Sandes in concionibus expeditum & prefluentem in VVigornienſem, Roulandum Mericum in Bangorenſem, Tho. Youngum eruditum vtriuſque Iuris Profeſſorem in Meneuenſem, Nicholaum Bulinghamum LL. etiam Doctorem in Lincolnienſem, Ioannem Iuellum omni liberali doctrina inſtructiſſimum in Sarisburienſem. Richardum Dauis in Aſaphenſem, Edvvardum Gueſtum in Roffenſem, Gilbertum Barcleium in Barthonienſem, Thomá Benthamum in Conuentrenſem & Lichfeldenſem, Guilielmum Alleyum diſertum ſacrarum literarum interpretem in Exonienſem, Ioannem Parkhurſtum humanioribus literis excultiſſimum in Norvvicenſem, Robertum Hornum valido, & fœcundo ingenio in VVintonienſem, Richardũ Cheneium Luthero addictiſſimum in Glouceſtrenſem, & Edmundum Scamblerum in Petroburgenſem. Confirmauit autem Guilielmum Barlouum (qui regnante Henrico VIII. fuerat Meneuenſis & poſtea VVellenſis) in Ciceſtrenſem, & Ioannem Scorium virum erudito iudicio, qui prius fuerat Ciceſtrenſis, in Herefordenſem. Itidem in Prouincia Eboracenſi Youngus à Meneuenſi ad ſedem Eboracenſem

translatus

Digitized by Google

M.D.LIX

tranſlatus, Iacobum Pilkintonum, doctrina & probitate præſtantem in Dunelmenſem, Ioan. Beſtum in Carliolenſem, & Guilielmum Dovvnhamum in Ceſtrenſem conſecrauit. Quales hi fuerint, & quanta ſub Maria, vel in Germania exulātes, vel in Anglia latitantes perpeſſi ſint, Eccleſiaſtico hiſtorico e-narranda relinquo.

Cum autem viri docti rarius inuenirentur, multi ex officina mechanici, & non minus illiterati, quam ipſi Pontificij ſacerdotes, Dignitates Eccleſiaſticas, Præbendas, & optima ſacerdotia conſequuti ſunt. Plurimis tamen Pontificiorum ſacerdotum, magis ipſorum & religionis etiam ſuæ vſui viſum eſt, obedientiam Principi, Papæ authoritate renunciata, iurare, vel hoc conſilio, vt Proteſtantes Eccleſiis ſuis excluderent, ſimulque ſuorum qui abdicati erant, inopiæ ſubuenirent. Hanc illi piam prudentiam, inſtârq; meriti exiſtimarunt; ideoq; Pontificem Rom. de iuramento pro ſua authoritate diſpenſaturum ſperarunt.

Quibus gradibus religio mutata.

Ita religio in Anglia mutata, orbe Chriſtiano mirante, quod tam facile, & ſine motu; Sed illa non ſubita mutatio, (quæ haud vnquam facile feratur) verum lenta, & gradatim. Mēſem. n. integrum & amplius à Mariæ obitu (vt ſummatim quæ iam dixi, repetam) Romana religio eodem quo prius ſtetit loco. 27. Decembris permiſſum vt Epiſtolæ, Euangelia, Decalogus, Oratio Dominica, Symbolum, & Litania vernacula lingua haberētur, 22. Martij, cū Ordines regni conueniſſent, ex reuocata Edvvardi 6. lege, integer vſus Cœnę Dominicæ, ſcilicet ſub vtraq; ſpecie conceditur, viceſimo quarto Iunij, ex authoritate legis, *De vniformitate precum publicarū, & Sacramentorum adminiſtratione*, Miſſæ ſacrificium aboletur, & Liturgia in lingua Anglica conſtabilitur. Menſe Iulio, Epiſcopis & alijs iuramentum *Suprematus* propoſitū, & Auguſto Imagines è templis emotæ, fractæ, aut combuſtæ.

Regina in Eccleſiaſticis authoritas explicata.

Cum autem calumniantia ingenia Reginam ſugillarent, quaſi titulum *Supremi Capitis* ECCLESIÆ *Anglicanæ*, & authoritatem ſacra in Eccleſia celebrandi arrogarit: illa

M.D.LIX edito ſcripto declarat ſe nihil aliud *arrogare, quam quod ad Coronam Angliæ iam olim iure ſpectauit, ſcilicet, ſe ſub Deo ſummam & ſupremam gubernationem & poteſtatem in omnes regni Anglici ordines, ſiue illi ſint Eccleſiaſtici, ſiue Laici, habere; quodq; nulla extranea poteſtas vllam in eos iuriſdictionem vel authoritatem habeat, aut habere debeat.*

Vtilitas ex religione mutata.

Ex hac religionis mutatione, vt obſeruarunt Politici Anglia facta eſt omnium regnorum in orbe Chriſtiano liberrima, ſceptro ab externa Pontificis Rom. ſeruitute quaſi manumiſſo; & opulentior quam ſeculis ſuperiorib. immenſa pecunia domi retenta, quæ pro Primitiis, Indulgentiis, Appellationib. Diſpenſationibus, Pallijs, & id genus aliis, Republica ſupra fidem exhauſta, Romam aſſidue exportari ſolebat.

Regina in religione & Repub. tuenda cura.

Religione Proteſtantium authoritate Parlamẽtaria iam conſtabilita, Elizabethæ prima & præcipua cura fuit, vt eãdem ſartam tectam cõtra omnes omnium machinationes inter medios eo nomine hoſtes conſtantiſſime tueretur; nec tantillum quidem vnquam innouari permiſit. Secunda vt æquabilitatem in vniuerſa vita, ſingulisq; actionib. conſeruaret. Vnde pro Symbolo vſurpauit: Semper Eadem. Reliqua conſilia in his ſteterunt, vt ſuorum ſecuritati prouide conſuleret, vt .n. quod ſæpe in ore habuit, Reſpub. ſemper eſſet tuta, illa nunquam fuit ſecura. Vtq; apud ſuos amorem, apud hoſtes metum, apud omnes gloriam compararet. Illa enim nôrat firma & manſura ea eſſe, quæ prudentia inchoât, & cura conſeruat: Quomodo his virilib. curis & conſiliis ſexum ſuperauit, & quid effecit prudentiſſime præuertendo, diuertendo, & fortiſſime reſiſtendo, ex iis quæ incorrupta fide ex ipſis (vt ita vocem) regni commentariis tradentur, præſentes & poſteri iudicarint.

Symbolũ

Principib. exteris pro Pontificiis intercedẽtibus reſpondet.

Hoc tempore cum Imperator & Catholici Principes crebris literis intercederent, vt clementer cum Epiſcopis abdicatis ageretur, & templa in vrbibus ſeorſim Pontificiis permitterentur, reſpondit. *Etſi Pontificii illi Epiſcopi inſolenter & palam contra leges latas, & regni quietem reluctati fuerint; & ob-*

& obſtinate nunc eam doctrinam reijciant, quam plerique ipſorum ſub Henrico Octauo & Edvvardo Sexto mente & manu publice concionib. & ſcriptis, cum ipſi non eſſent priuati, ſed publici Magiſtratus, alijs vltro propoſuerant: ſe tamen velle cum illis in tantorum Principum gratiam leniter agere, quamuis non ſine ſuorum offenſa. Templa. a. in quibus ſua diuina officia ſeorſim celebrent, ſalua republica, & illæſo honore atque conſcientia, concedere non poſſe. Nec cauſam ſubeſſe vllam cur concederet, cum Anglia non nouam aut alienam amplectatur religionem, ſed eam quã Chriſtus iuſſit, prima & Catholica Eccleſia coluit, & vetuſtiſsimi patres vna voce & mente comprobarunt. Permittere vero templa cum ritibus diuerſis, præterquam quod legib. Parlamentaria authoritate ſancitũ aperte repugnet, nihil aliud eſſet, quam religionẽ ex religione ſerere, mentes bonorum variè diſtrahere, factioſorum ſtudia alere, religionem atq; rempublicam conturbare, & diuina humanaq; commiſcere: quod eſſet re malum, exemplo peſſimum, ſuis pernitioſum, & illis ipſis quibus permiſſum, nec admodum cõmodum, nec plane tutum. Statuiſſe igitur ex inſita clementia, & potiſsimum ipſorum rogatu, paucorum priuatam inſolentiam non nihil conniuendo velle ſanare, ita tamen vt præfractas eorum mentes indulgendo haudquaquam foueret.

M.D.LIX

Ferdinandus Imp. Carolum filium Reginæ in maritum cõmendat.

Hiſpanus ſpe nuptiarum cum ELIZABETHA excuſſus, & Galli filiam iam ducturus, de Anglia nihilominus ſerio cogitat, quam Gallico ſceptro coniungi neutiquam voluit. Vtque tanti regni dignitatem in ſua familia retineret, Ferdinando Imperatori patruo author erat, vt alterum è filiis ELIZABETHÆ in maritum commendaret, quod ille literis amore pleniſſimis quamprimum fecit, & per Gaſparum Preinerum *liberum Baronem in Stibing* ſedulo egit. Ipſeq; Hiſpan⁹ vt hoc efficeret, eximium & ſingulare ſtudium Elizabethæ benigniſſime pollicetur, & illa viciſſim ei iam Hiſpaniam per mare cogitanti, & naues & portus, & oĩa ſumma neceſſitudinis officia per Tho. Chalonerum cumulate defert.

Gallus ex altera parte in regis Delphini filii ſui & Mariæ Reginæ Scotorum gratiam (coniectis in Angliam oculis)

M.D.LIX

Gallus Angliæ regnũ Scotæ vindicat.

præſidiarios Gallos è Scotia non deduxit, quod ex pacto ꝓmiſerat, ſed plures clam ſubmiſit, & cum Pontifice Romano vehementius quā antea egit, vt Elizabetham hæreticam & illegitimam. Mariamq; legitimam Angliæ Reginam declararet. Quod tamen Hiſpanus & Imperator p ſuos Romę ſtudioſiſſime, ſed occulte contranitendo impedierunt. Nihilominus Guiſij Gallum ambitioſe credulum in tam blandam ſpem Angliam ſceptro Gallico adiungendi per Scotorum Reginam ipſorum neptim impulerant, vt ille aperte filio & nurui Angliam vindicaret, iuberetq; cum Romæ hoc conſequi non poſſet, vt in omnib. Diplomatib. hoc titulo, vterétur. Franciſc⁹, & Maria, Dei Gratia, Scotiæ, Angliæ & Hiberniæ Rex & Regina. Inſigniaq; Regni Angliæ cōiunctim cum Inſignib. Scotiæ in ſupellectili, & parietib. vbiq; depicta, & fœcialium paludamentis intexta paſſim ꝓpoſuit. Legato Anglico fruſtra conquerente, hoc fieri in inſignem iniuriam Elizabethæ, qua cum amicitiam nuperrime contraxerat, quandoqdem Maria Angla ſuperſtite, q̄ illi bellum denuntiarat, hoc non fecerat: Equitum pręterea peditumq; delectus in Gallia, Germaniaq; habuit, qui in Scotiæ partes Angliæ vicinas tranſveherentur. Adeo vt Elizabetha nō potuerit à Gallo non timere, q̄ nihil iam niſi ſanguinem & cædem Proteſtantib. anhelabat. Sed conatus eius mors inopina in haſtiludio inter feſtiuitates nuptiales filiæ cum Hiſpano, & ſororis cum Sabaudo, præcidit; & peropportune quidem Elizabethæ reb. quam cum vt hæreticam, tum vt illegitimam hinc è Scotia, inde è Gallia omnib. virib. oppugnaturus erat. Illa tamen (vt mortuo cōſtaret regius honos) exequias vt regni amico in tēplo Paulino Londini magna pōpa pſoluit. Simulq; per *Qui nunc Magnus Angliæ & Hiberniæ Admirallus* Carolum Baronis Howardi Effinghamij filium Franciſco ſucceſſori de patris obitu condolet, & de ſucceſſione gratulata, vt amicitiam nuper initam ſancte coleret, admonet. Franciſcus. a. & Scotorũ Regina eius vxor, (Guiſiis conſultoribus qui rerum quodammodo in Gallia nunc

Bellum dũ apparat, occiditur.

potiti)

Digitized by Google

potiti) ꝑ Angliæ & Hiberniæ Regib. ſe publice gerunt, nec arrogatis Angliæ Inſignib. abſtinent, ſed magis magiſq; vbique oſtentant, Nicholao Throcmortono Ordinario legato viro acri & prudenti, vehementius de his expoſtulanti primum reſponſum eſt, licere Scotorum Reginæ illa geſtare, aliqua differentiæ notula adiecta, ad generis ꝓpinquitatẽ qua Regium Anglorum genus attingit, oſtendendam. Pernegauit ille ex *Armorum*, q̃ vocant, *Lege*, licere cuipiam alicuius familiæ Inſignia vſurpare, ꝗ ex certo eiuſdem hærede non ſit natus. Poſtea retulerunt eam non alio conſilio Inſignia illa arrogare q̃ vt Angliæ Regina Galliæ Inſignib. abſtineret. Ad hoc ille recoluit, ꝙ anteá in Tractatu Cameracenſi, D. Wottonus; 12 Angliæ Reges Galliçq Inſignia geſtaſſe, iureq; adeo indubitato, vt omnib. inter Anglos & Gallos fœderib. nihil contra cautum fuerit. Euicit tandem, intercedente Momorantio Guiſianorũ æmulo, vt ab Angliæ & Hiberniç titulo & Inſignib. omnino abſtineretur. Ille. n. neutiq̃ꝗ honori regni Galliæ eſſe cenſuit, vt aliꝰ titulꝰ, aut inſignia aſſumerentur, aut in Sigillo Regio inſculpentur, q̃ *Regis Franciæ*. Hunc vnũ titulũ inſtar eſſe multorũ, nec ſuꝑiores Reges alio titulo vſos fuiſſe docuit, cum ius in Neapolim & Mediolanũ &c. ꝓſequerentur. Verũ enimuero ex hoc titulo, & Inſignib. q̃ Guiſiis authorib. Henr. Galliarum Rex Scotorum Reginæ iam tenellæ impoſuerat, omnia mala quæ illam poſtea inuoluerunt, quaſi à fonte profluxerunt. Hinc enim Elizabetha & indictas inimicitias cum Guiſijs & tacitas cũ illa geſſit, quas vafra hominum malitia vtrinq; ita fouit æmulatione gliſcente, nouiſque occaſionib. indies emergẽtib. vt non niſi cum morte extinguerentur. Regnum vtiq; ſocium non fert, & Maieſtas iniurias grauius intelligit.

M.D.LIX Franciſcus II. & Scota titulum Regni Angliæ aſſumunt.

Simultatũ inter Angliam & Scotam origo.

Tempore interiecto, tres tantum pro Caleto obſides, quum quatuor ex Tractatu exhibendi, tranſmittuntur, Mercatores Angli iniurioſius in Gallia tractantur, famulus Throcmortoni legati, à Fr. Magno GALLIÆ Priore GVISII fratre, è publico vi abreptus in Triremes conijci-

Galli iniquius cum Anglis agunt.

tur, in

M.D.LIX

tur, in ipſum legatum bombardulæ intra ſuos parietes diſploduntur, nec aliis illi in menſa vaſculis, quàm quibus Inſignia regni Angliæ iunctim cum Gallicis inſculpta, contumelioſè miniſtratur. Broſſius etiam cum delecta militum manu in Scotiam mittitur, & Triremes è Maſſilia & mari Mediterraneo in Britannicum accerſuntur.

Milites in Scotiam mittunt.

Iam Proteſtantium Religionem in Scotia profeſſi, qui *Congregationis* nomen ſibi aſſumpſerant, à miniſtris quibuſdam importunis, & inprimis à Knoxo præferuido Regiæ authoritatis impugnatore perſuaſi, procerum eſſe ſua authoritate Idololatriam tollere, & Principes intra legum præſcripta per vim reducere; obſequium Regenti, Reginæ matri, matronæ modeſtiſſimæ præſtare detrectarant, religionem, tumultuoſè loca ſacra incendendo & diripiendo, mutarant, Hamiltonium Ducem Caſtri-Heraldi, virum totius regni potentiſſimum, Gallorum iniuriis irritatum, & è primaria nobilitate plures ſpe prouentuum Eccleſiaſticorum ineſcatos in ſuas partes pertraxerant. Adeò vt non religionem cogitare, ſed defectionem planè moliri Regenti, Galliſque in Scotia militantibus viderentur: & Iacobus, Prior S. Andreæ, nothus Reginæ frater (qui poſteà Comes Morauiæ) inter illos anteſignanus, affectati cōtra ſororem regni ab illis inſimularetur. Ille ſuſpicionem amolitur ſanctiſſimè proteſtando ſe nihil aliud quàm diuinam gloriam, & patriæ libertatem ſibi proponere, eandemque à Regente, & Gallis oppreſſam, non poſſe non dolenter deplorare.

Scotie Regēti parere recuſant.

Domini Congregationis apud Elizabetham per Guilielmum Maitlandum Lidingtonium Secretarium luctuoſa oratione iam conqueri cœperunt. Scilicet ex quo Scotorum Regina Delphino nupſerit, regni adminiſtrationem immutatam eſſe, milites exteros omnia vaſtare, ſuprema regni munia Gallis eſſe delata; caſtra & munimenta in eorum manus tradita, puriorem regni pecuniam in eorum quæſtum adulteratam. Galloſque his & huiuſmodi artibus viam ad Scoticum regnum occupandum ſubdolè ſibi munire,

Opem ab Elizabetha implorant.

nire, ſi quid humanitùs Reginæ acciderit. Cecilius (quo in his & aliis rebus omnibus, pro ſingulari prudentia, præcipuo adminiſtro vſa eſt Elizabetha) per Henricum Percium poſteà Northumbriæ Comitem agit, vt intelligeret quem ſcopum illi *Domini Congregationis* ſibi proponerent, quibus rationibus quod vellent, aſſequi valerent: & ſi quando ſuppetiæ ferantur; quibus conditionibus amicitia inter duo regna coaleſceret. Reſpondent illi oculis in cœlum ſublatis; non alium ſibi propoſitum ſcopum, quàm vt Ieſu Chriſti gloriam, ſinceram verbi diuini prædicationem promouerent, ſuperſtitiones & Idololatriam extirparent, perſequentium furorem cohiberent, auitamque libertatem conſeruarent. Quibus rationibus hæc conficere valeant planè neſcire, ſperare autem diuinum numen, quod incœpit, cum aduerſariorum confuſione ad optatum finem perducturum. Mutuam verò inter regna amicitiam, ſummam eſſe votorum, atq; ad eam firmandam opes, fidem, & conſtantiam deuouent. M.D.LIX

Lentè de his rebus in Anglia deliberatur; quia Scoti ab armis, & pecunia minùs inſtructi, & inter ſe fluxæ fidei; tantum admonentur, ne temere Martis aleam tentarent. Quamprimum autem compertum erat; Marchionem Albeufium; Reginæ Scotorum auunculum, delectus per Ringrauium in Germania ad bellum Scoticum habere, tormenta maiora ad portus conuehi; maiores apparatus fieri, quàm ad pauculos inermes Scotos reprimendos, (hoc enim prætexebatur) Gallos etiam Dano, vt in ſocietatem pertraherent, promittere, Lotharingum iure ſuo in regnum Daniæ ceſſurum; necnon cenſuram Pontificis Romani contra Reginam, & Sententiam Declaratoriam pro iure Reginæ Scotorum in Angliam, denuò importunius vrgere: Radulphus Sadleirus vir prudens ad Scotiæ limites mittitur, vt Northumbriæ Comiti limitis Medii Cuſtodi, & Iacobo Crofto Bervvici Præfecto conſilio adeſſet. Quorſum enim hæc ſpectarent, conſiliarii in Anglia videre non pote- *Hac de re deliberatur.*

rant,

M.D.LIX

rant, quam vt Angliam inuaderent,& armis id pſequerentur, quod titulis & Inſignibus præ ſe ferebant.

Gallos è Scotia ſubmouendos decernitur

Serio igitur hac de re conſilia in Anglia habentur. Peſſimi exempli videbatur, Principem patrocinium præſtare tumultuantibus alterius Principis ſubditis, at impietatis, eiuſdem religionis cultoribus deeſſe. Præpoſterę vero eſſe prudentiæ, permittere vt Galli, iurati nominis Anglici hoſtes, qui regnum Angliæ vendicant, & ſecura vbique pace iam gaudent, armati hæreant in Scotia vicina, tam opportuna ad Angliam inuadendam ex ea parte, qua Angliæ nobiles & plebs, Romanæ religioni ſunt addictiſſimi. Hoc nihil aliud eſſe quam ſingulorum ſalutem, & vniuerſorum quietem hoſtibus ignaue prodere.

Non ſegnibus igitur conſiliis acquieſcendum, arma expediēda, Anglicæ prouidentiæ ſemper fuiſſe hoſtes præuertere, non expectare; ſemperq; licuiſſe pericula tam præuertere quam repellere, & ijſdem artibus propugnare, quibus hoſtes oppugnant.

Angliam nunquam ſecure tutam eſſe, niſi cum armata ſit & potens; potentiorem vero futuram, cum à Scotia nihil timeat. Ne timeat, eiuſdem religionis profeſſoribus ſubueniendum, & Gallos à Scotia exturbandos, cōtra quos non conſilia, ſed arma valeāt. Quibus non ita pridem ſupine poſthabitis, Caletum, non ſine damno & dedecore fuerat amiſſum; & paulo ante, dum iſti pacis ſtudium egregie ſimularent, Ambletum & vicina Bononiæ propugnacula, ex improuiſo intercepta; vnde Bononia ex neceſſitate reddita.

Nec aliud de Berwico & limitaneis oppidis expectandūm, niſi arma primo quoque tempore ſumantur, & Gallis in Scotia pacis ſtudium præ ſe ferentibus non credatur, cum Gallorum conſilia ſint occulta, ambitio infinita, & prouentus immenſi; adeo vt in prouerbium apud Anglos iam olim ceſſerit, Galliam totum triennium nec inopem eſſe poſſe, nec bello abſtinere.

Eliza-

Digitized by Google

Elizabetha etiam ſæpe illud Valentiniani Auguſti vſurpauit, ΤΟΝ ΦΡΑΓΚΟΝ ΦΙΛΟΝ ΕΧΟΙΣ, ΓΕΙΤΟΝΑ ΟΥΚ ΕΧΟΙΣ. *Francum amicum habe, aut non Vicinum.* In hanc igitur ſententiam itum, iuſtum, honeſtum, neceſſarium, & vtile eſſe Gallos è Scotia quamprimum exturbare.

M.D.LIX

Hinc Guilielmus Winterus machinarum claſſicarum Præfectus cum claſſe in Bodotriam (*Edenborough Frith* iam vocant) mittitur, qui magno Gallorum terrori, bellicas eorum naues per littus diſpoſitas, & præſidium Gallicum in *Inchkeith* inſula adoritur; Dux Norfolciæ mox *Locum-tenēs Generalis in partibus Borealibus Scotiam verſus* conſtituitur, Guilielmus Baro Greius vir bellicoſiſſimus (qui Guinas nuper animosè contra Gallos, ſed infœliciter, defenderat) limiti Medio & Orientali præficitur.

Angli terra, mariq; in Scotiam mittuntur.

Et Thomas Comes Suſſexiæ, qui Hiberniæ, MARIA regnante, Deputatus, in Hiberniam remittitur cum titulo *Locum-tenentis Hiberniæ*, & mandatis, vt ante omnia proſpiceret, ne gens Hibernica inculta, & ideo magis ſuperſtitioſa, in rebellionem, Gallorum artibus religionis prætextu, concitaretur.

Res Hiberniæ conſtituuntur.

Vt Ophaliam caſtellulis muniret, latifundia veteranis concederet *habenda ſibi, & hæredibus maſculis de corpore*; *Surlii-Boyum* Scoto-Hibernicum in poſſeſſiones, quas iure hęreditario in Vltonia vendicauit, feudali iure, ad ſeruitia pręſtanda, admitteret, Principis prouentus moderate adaugeret, Fiſcumque regium ad formam Fiſcalem in Anglia redigeret.

Inter hæc è vita migrauit, qui inter primarios regni conſiliarios, Franciſcus Talbottus, quintus ex hac familia Salopiæ Comes, vnicò filio Georgio, è Maria Thomæ Baronis Dacræi Gilslandij filia, ſucceſſore relicto.

Franciſcus Salopiæ Comes moritur.

M. D. LX.

QVamprimum Norfolcius Berwicum puenerat, occurrunt illi Iac. Nothus Prior S. Andreæ, Baro Rethuenus, & alij,

Digitized by Google

M.D.LX & alii, qui nomine Ducis Caſtri-Heraldi, & Confœderatorum, cum illo nomine Reginæ Angliæ, fœdus, in hanc ſententiam paciſcuntur. *Cum Galli Scotiam ſubiugare, & Galliæ ſceptro adunare, quo iure, qua iniuria, moliantur, Angliæ Regina Ducem Caſtri-Heraldi, regni Scotiæ hæredem deſignatum; proceres, populumque Scoticũ in patrocinium ſuſcipiet, dum Galliæ Rex Mariam Scotorum Reginam in matrimonio habeat, & altero poſt anno: Exercitum terra marique cum omni apparatu bellico, ad Gallos è Scotia expellendos & excludendos, ſubmittet: pacem cum Gallis, niſi eâ lege, vt Scotia priſtinâ libertate vtatur fruatur, non inibit: munimenta, Anglorum auxilio à Gallis recuperata, mox ſubruentur, aut Norfolciæ Duci pro eius arbitrio, in manus tradentur, Angli in Scotia nulla loca munient, niſi ex Ducis Caſtri-Heraldi & Procerum Scotiæ aſſenſu; Illi Anglis opem ferent quam poſſunt maximam. Hoſtium loco habebunt quicunq; Anglis hoſtes fuerint. Scotiaque regnum Galliæ adunari alia quauis ratione, quam qua nunc matrimoniali iure coniungitur; non permittent. Si Angliâ eis Tinam flumen à Gallis inuadatur, Scoti duo millia Equitum & mille peditum Reginæ Angliæ ſtipendiis mittent, ſin inuadatur vltra Tinam, omnibus quibus poterunt copiis ſe Anglis in ſubſidium adiungent, ſuiſque impenſis, totis triginta diebus, vt aſſolent, ad Scotiam defendendam. Comes Argatheliæ, Scotiæ Iuſtitiarius, operam dabit, vt pars Hiberniæ ſeptentrionalis in ordinem redigatur, certis quibuſdã conditionib9, de quib. inter Hiberniæ Proregem & ipſum conueniet. Denique præſcribitur, quod vterque præſtabit, ſi Iacobus Mac-Conellus, aut alii Hebridiani, in Scotia, vel Hibernia, aliquid mouerint. Ad hæc firmanda, priuſquam Anglicus exercitus Scotiam ingrediatur, obſides, ſexto vel quarto quoque menſe, pro Scotorum arbitrio, mutandi, in Angliã mittentur, durante inter Gallum & Reginam Scotiæ matrimonio, & altero poſt anno. Dux Caſtri-Heraldi, & Confœderati Comites & Barones Parlamentarii, ſuis ſubſcriptionib. & ſigillis hæc intra viginti dies rata habebunt. Simulque declarabunt (quandoquidem Regina Angliæ non alio, quam amicitiæ & vicinitatis nomine, ad*

Fœdus Barvvicenſe.

Digitized by Google

mine, ad ſeruitutis iugum à Scotis depellendum hæc ſuſcipiat ſe obedientiã Reginæ Scotorum, & Regi marito in omnibus præſtituros, quæ ad priſtinam libertatem opprimendam non facient. M.D.LX.

Iam crebris Principum exterorum nuntijs, & literis interceptis certo innotuit, Gallos ſtatuiſſe Angliam inuadere; ſimulque Sebaſtianus Martiguius, è familia Luxenburgica iuuenis prænobilis, cum ClƆ peditib. veteranis, & vna ac altera equitum ala in Scotiam appulit. D'Oiſelius Gallus qui Scotiæ Regenti ab intimis conſiliis, nimio plus præfidens, Scotiæ procerib. apud *Aimouth* prope Berwicum proponuit, vt iunctis iam virib. Regem & Reginam Scotorum in Angliæ poſſeſſionem mitterent. Illi autem, perſpecta rei difficultate, & ne pacem nuper initam violare viderentur, recuſarunt. Martiguium tamen iuueniliter exultantem, & ardore Angliam inuadendi flagrantem, ſanum Regentis cõſilium vix cohibuit. Sed mox reſtinctus eſt ille ardor, cum Marchio Albeufius, q maiorib. cum copijs Scotiã verſ9 vela faciebat, violentia tempeſtatis ad Hollandiæ littora conflictatus, amiſſis aliquot nauib. & militib. plurimis, Deipam, vnde ſoluerat, reiiceretur.

Martiguius cũ Gallis in Scotiã venit.

Albeufius tẽpeſtate reiicitur.

In Angliam ab Hiſpano iam venerat Ph. Stauelius à *Glaion*, aurei velleris Eques, & Machinarum bellicarum præfectus, vt querelas Gallorum contra Reginam de re Scotica explicaret, regiſque ſui nomine pacem & concordiam ſuaderet. Ille tamen clam monuit, vt regina incœptum in Scotia ſtrenue vrgeret, etſi Hiſpanus contra, bellicum apparatum, de quo illa Antuerpiæ contraxerat, in Angliam tranſuehi palam vetuerit; ita vt illa nouum apparatum è Germania neceſſario fecerit. Nec ſuſpicione caruit, quod Staueli9 propoſuit, vt quædam Hiſpanorum vexillationes in Scotiam mitterentur, quæ cum Gallis Scotos rebelles coercerent, ſimulque Gallos cohiberent, ſi quid in Angliam tentarent. Per id tempus Michael Seurius, Ordinarius Galli legatus, ſubinde cum Regina agit, vt claſſem & exercitum è Scotia reuocaret. Nec illa abnuit, modo Galli itidẽ domum reuocentur.

Hiſpanus pacem ſuadet.

Anglorum apparatũ detinet.

Galli ſatagũt vt Angliè Scotia reuocẽtur.

Digitized by Google

M.D.LX reuocentur. Sed dilationibus hinc inde quæſitis, res de die in diem producitur, donec I. Monlucius, Epiſcopus Valentinus, à Proteſtantium profeſſione non alienus, e Gallia adueniret, qui cùm huc aduenisset, nulla ſe inſtructum ad hãc rem authoritate reſpondet. Ille tamen vir vberi facundia, quantum poſſet, ſuadet, vt exercitus & claſſis è Scotia reuocarentur: contenditq; geſtationem illam Inſignium Angliæ neutiquam fraudi eſſe Reginæ, ſed potius honori Regiæ Angliæ familiæ. Verum cum nec hoc, quod abſurdum, nec illud, quod periculoſum videbatur, perſuadere potuiſſet; Seurius Stauelium, & Epiſcopum Aquilanum, Hiſpani in Anglia legatum ordinarium, rogat, vt corã teſtes adeſſent, quo tempore contra Reginam de violato pacis fœdere proteſtaretur, quod abnuerunt illi, quia hoc in mandatis non habuerant. Proteſtatur tamen ipſe ſatis prolixa oratione, cui reſponſum redditum typis euulgatum: in quo illa, *vniuerſo orbi teſtatum voluit, violationem fœderum, & cauſas omnes belli à Gallis omnino proficiſci, & nihil ſibi magis moleſtum, nihil magis odioſum hoc bello poſſe accidere*; & id genus alia, quæ ex iam dictis facile colligantur, atq; ex alio ſcripto iam antea edito, quo declarauit, quanquam indignis affecta eſſet iniurijs, regni titulo & Inſignib. arrogatis; nunquam tamen induci potuiſſe vt crederet, hoc Regis, aut Reginæ Galliæ, aut regii ſanguinis Principum aſſenſu factum fuiſſe, ſed malis artib. Guiſiorum, qui Regis & Gallorum opibus abuſi per Scotorum latus iam Angliam ſauciaturi. Se autem non poſſe ſuæ & ſuorum ſaluti oſcitanter deeſſe. Et procul dubio Guiſii ex amore in Scotam neptim, odio in Elizabetham, religionis cauſa, & ambitione bene merendi de Gallia noua regna adijciendo, freti pollicationibus Anglorum quorundam, qui à religione Proteſtantium auerſi, in Elizabethæ perniciem acerrime incubuerunt. Sed auerterunt offenſiones & ſimultates exortæ in Gallia, de publica rerum adminiſtratione à Principibus regij ſanguinis ad Guiſios translata; & illa hoſtilibus eorum & aliorum conſilijs tam maturè & caute ſe obiecit,

De pace violata proteſtantur. Reſpondetur.

Hoſtilis Guiſiorum in Elizabethã animus.

obiecit, vt amicis admirationi, inimicis terrori iam inde fuerit. *M.D.LX.*

Quo die Greius Scotiam cum exercitu ingreſſus, eodem Seurius, Monluciuſq; de reuocando exercitu ſummopere vrgent, etiam ſpe Caleti reſtituendi propoſita, modo reuocaret. *Caletum à Gallis offertur.* Illa plane reſpondit, ſe Caletum piſcatorum oppidulum præ vniuerſæ Britanniæ ſalute & ſecuritate nihili æſtimare. *Recuſatur.* Eodemque ipſo die in Hiſpaniam miſit Antonium Brownum *Montiſacuti* Vicecomitem, virum ſpectatæ prudentiæ, ſed Romanæ religioni deditiſſimum, eoque nomine Hiſpano gratiorem futurum, qui cum Tho. Chamberlano, aſſiduo ibidem legato, Hiſpanũ inter alia edoceret, quã iuſtis de cauſis exercitum in Scotiã miſerit, ijs ſcilicet quas modo dixi, nec non monſtraret, Scotorum Reginam tenui valetudine iuuenculam, enuptam in Gallia eſſe regi valetudinario, ſine ſpe prolis, Hamiltonio Duci Caſtri Heraldi Parlamentaria authoritate hæredi regni Scotiæ deſignato, & filio eius in Gallia peregrinanti inſidias Guiſiorum machinationib. ſtructas eſſe; eorum conſilia eo tẽdere, vt Scotiæ Coronam Galliæ regno adiungerent & non Reginæ conſeruarent, quod quanti ſit periculi Belgicis prouinciis, & Hiſpaniæ, ipſe ſerio perpendat. *Montiſacuti Vicecomes ad Hiſpanum mittitur.* *Belli Scotici cauſas edocet.* Contra cõfœderationi procerum Scotiæ rebellionis notam non inurendam; quæ non alio cõſilio inita, quam vt (quod pro officio debent) regnum Reginæ, & iuſtis ſucceſſorib. conſeruarent, quod Guiſiorum molitionibus labefactari, vel ad Gallos transferri, ſine ſua & ſuorum iniuria non patiantur. *Scotos confœderatos excuſat.*

Ineunte Aprili Anglorum exercitus, in quo equites CIↃ. CC. peditum VI.CIↃ. probe Letham accedunt. *Letha obſidetur.* Hæc ſita eſt ad Bodotriã, maximũ Brittanniæ æſtuarium, vbi Letha fluuius diffuſior exoneraretur, ſtationẽq; nauib. præbet opportunã vix altero ab Edẽburgo, primaria Scotiæ vrbe, milliari; & ob hanc ſitus cõmoditatẽ, Galli, in pfugiũ & receptũ auxiliarib. ſuſcipiendis, communierant. Anglos, ꝗ primum acceſſerũt Martiguius, eductis peditum cohortib. adortus eſt, vt colle,

M.D.LIX quo illos caſtrametaturos exiſtimauit, prohiberet; ſed poſtquam quatuor plus minus horas velitatum, nonnullis vtrinque cæſis, in oppidum reiicitur. Vallum deinde ducitur, moles aggeruntur, è quib. non minus quam è nauib. in oppidum aſſidue effulminatur. Galli ſubinde maiorib. animis quam virib. erumpunt, & multa fortitudinis ſpecimina edunt. Inter alia xv. Aprilis vallo potiti, tria tormenta maiora obturarunt, & Mauritium Berkleium captiuum abduxerunt. Sed Iacobus Croftus, & Cuthbertus Vaghanus eos mox expulerunt, & in oppidum non ſine ſtrage repulerunt; quo tẽpore Arthurus Greius, filius Baronis Greij, qui ſummum imperium in Caſtris habuit, glande humero traiect⁹. Caſtra deinde propius oppidum admouentur, cum effulminationes, ob interuallum, plerumq; irritæ caderent. Paulo poſt fortuito igne pars aliqua oppidi, & horrea nonnulla magno terrore conflagrarunt, quem Angli, maiorib. machinis in eam partem obuerſis, adauxerunt & intercà foſſas ingreſſi, murorum altitudinem ſunt dimenſi. Sexto die Maij (quod inter Anglos & Scotos communi conſenſu conuenit) vndique ſcalis admotis muros occupare acerrime totis virib. enixi. Verum cum ſcalæ eſſent iuſto breuiores, & aquæ, occluſo emiſſario, altiores, magna vi glandium superne obruti repelluntur, quamplurimi deſiderantur, plures vulnerantur. Acceptæ cladis culpa in Crofto reſedit, quod quaſi incœptum improbãs (an ex iudicio, vel ſtudio in Gallos, vel odio in Greium, non dixerim) in parte ſibi deſtinata ſpectator otioſus deſediſſet, & laborantib. opem non tuliſſet. Certe Norfolcius & Grei⁹ illũ, non hoc ſolum nomine, ſed etiam occulta conſilia cum Scotiæ Regente habuiſſe, & huic expeditioni ſe oppoſuiſſe, literis ad Reginam ſubaccuſarunt. Vnde in quæſtionem in Sacro Conſiſtorio poſtea vocatus, præfectura Berwici erat amotus, & Greius in eius locum ſuffectus. Reginæ tamen gratia non excidit, quæ poſtea Regiæ Contrarotulatorem merito conſtituit. Hac prima fortunæ deſtitutione, Anglorum Scotorumq; animos deiectos,

Arthurus Greius vulneratur.

Angli repelluntur.

Croftus culpatur.

Digitized by Google

deiectos, Norfolcius nouis cohortib. auxiliarib. illico ſubmiſſis, confirmauit: leniculis aliquot pugnis deinde decertatum eſt, donec Rex Galliæ certior factus, ſuos Lethæ ita incingi, vt omnes terra mariq; aditus intercluderentur, & ob disiunctam locorum intercapedinem, ſuppetias opportune ferri non poſſe, ſeditionib. domi indies gliſcentibus, authoritatem conceſſit Epiſcopo Valentino, & Carolo Rochfoucaldio Randano, rem tranſigendi cum Elizabethæ delegatis; quæ ſtatim in Scotiam miſit Guilielmũ Cecilium, & Nicholaum VVoottonum, Decanum Cantuarienſem & Eboracenſem. Galliæ enim & Scotiæ Regi & Reginæ infra Maieſtatem viſum eſt, in æquam diſceptationem cum ſubditis deſcendere. Quo tempore Morauius ea propoſuit, quæ Cecilius nec à ſubditis proponenda, nec à Principib. concedenda cenſuit. Dum diſceptatur, obiit Maria Lotharinga, mater Reginæ, & Regens Scotiæ, Princeps pia & prudens, indignis contumeliis ab æſtuoſis quibuſdã concionatorib. exagitata (vt in ipſorum Eccleſiaſtica Scotiæ hiſtoria, quam ELIZABETHA inter imprimendum ſuppreſſit, videre eſt) nec non à *Dominis Congregationis*, qui, vt *Regni Conſiliarii nati*, eam pro ſua authoritate, vt Dei gloriæ, Scoticæq; libertati aduerſantem, Reginæ Scotorum, & mariti nomine, ab omni rerum adminiſtratione ſuſpenderant.

M.D.LX.

Gallus pacem proponit.

Regens Scotia moritur.

Articuli, de quib. delegati, tertio menſe poſt obſidionem inchoatam, conuenerunt, hi ſunt. *Tractatus pacis in Caſtello Cameracenſi inter Elizabetham, & Henricum Secũdum Galliæ Regem renouabitur & confirmabitur. Tractatus ibidem inter Angliam & Scotiam ratificabitur. Apparatus bellici vtrinq; ceſſabũt. Munimentum apud* Aymouth *in Scotia diruetur. Rex Franciæ, & Regina Maria, titulo & Inſignibus Angliæ & Hiberniæ abſtinebunt. Diſceptatio ſuper compenſatione iniuriarum, Elizabethæ illatarum, & ſuper cautione quinti articuli, reiicitur in alium cõuentum, Londini habendum. Quod ſi nec tunc conueniri potuerit, res Regi Catholico committetur. Rex & Regina cum nobilib. Scotiæ ſubditis ſuis reconciliabuntur. Confœderati, præcipue Rex*

Tractatus Edenburgenſis

Digitized by Google

M.D.LX.

Catholicus, comprehendentur. Hic Tractatus intra ſexaginta dies confirmabitur, & iuramentum vtriuque de eo obſeruando, præſtabitur.

Pax publicata.

Publicata hæc pax in caſtris & oppido, cõmuni omnium lætitia, cum Anglos, agro circumuicino perpopulato, Gallos omni commeatu excluſos, Scotoſq; ſtipendijs minime ſolutis, belli tæderet. Et ſane vniuerſæ Britanniæ illa ſalutaris habebatur, qua Scotiæ libertas auita retenta, Angliæ dignitas conſeruata, & ſecuritas parta, quæ iam inde nihil à Scotia timuit: vſq; adeo, vt Angli Elizabetham ſecuritatis fundatricem, Scotiq; Proteſtantes libertatis vindicem lætanter agnouerint.

Proci Elizabethæ.

Illa toto hoc tempore publico bono, ſingulari in patriã amore, ita fuit attenta, vt interim potentium Principum amores ex animo fere deleuerit. Ambierunt enim eodem tempore eius nuptias, Carolus Archidux Auſtriæ, filius Ferdinandi Imperatoris iunior, per ComitẽHephenſtenium, Iacobus Comes Araniæ, à Proteſtantib. Scotiæ commendatus, propoſito conſilio vniendi per eum diuiſa Angliæ & Scotiæ Regna, quod tamen cum hominis laude mox reiectum. Ericus Rex Suetiæ, per Ioannem fratrem Finlandiæ Ducem, quem Guſtauus pater paulo ante mortem in Angliam eo nomine miſerat, in ſpem pronior, quod eiuſdem cum Elizabetha religionis, ea credula importunitate, vt ipſe Angliam cogitaret, etſi Danus hoſtili in eum animo, intercipere ſtatuiſſet, qui è re ſua non exiſtimauit vt Anglia & Suetia, quibus Dania interpoſita, his nuptiis coaleſcerent. Agnouit illa ſummum & ſingularem eius amorem & laudauit, aduentum gratum futurum reſpondit, verum animũ non poſſe adhuc inducere, vt cælibem vitam longe gratiſſimam in coniugalem mutaret. Rogauit igitur, vt quauis alia re beneuolentiam experiretur, etiamſi voti compos nõ fuerit, amorem non male collocatum ſentiret. Monuit etiam, ne tempus vxorem eligendi longius differret, quam optauit, vt nanciſcatur ipſo digniſſimam. Huiuſmodi cũ reſpon-

Carolus Auſtriacus.

Arania Comes.

Erricus Rex Suetiæ.

Digitized by Google

ſis Ioannes Dux Finlandiæ Sexto poſt menſe domum rediit, cum nihil non feciſſet, vt nuptias promoueret, apud Reginam aſsidue procando, aulicis largiendo, & infimorum beneuolentiam captando, inter quos nummos argenteos ſubinde ſparſit, dictitans fratrem vbi aduenerit, aureos plebi diuiſurum. Nihilominus frater ſuſpicax eum reuerſum male excepit, quaſi ille ſibi ipſi nuptias ambijſſet, propoſitique tenax, toto fere biennio, miſsis conditionib. per Nicholaum Guldenſteinum, ambire non deſtitit. Simulq; qua erat inconſiderata leuitate, Philippi Landgrauij Haſsiæ filiam in vxorem petijt, à qua etiam reiectus, cum mediocris conditionis muliercula matrimonium contraxit. M.D.LX.

Carolus autem Auſtriacus ſperauit & expectauit, tum vt acceſsione Angliæ Auſtriaca familia, quæ maximarum Principum connubijs fœliciſsima, adaugeretur; tum vt auita religio per eum, ſi non reuocaretur, ſaltem toleraretur. Nec ſpem eius ſtatim præcidit Elizabetha. Palam. n. præ ſe tulit, & coram Helphenſtenio, & literis ad Imp. proteſtata eſt, inter plura ſplendidiſsima propoſita coniugia, nullum ſplendidius eſſe, quam hoc Caroli Auſtriaci. Veruntamen, nec iam ante periculi procellam, nec dum honoris auram, de inſtituto vitæ curſu dimouere potuiſſe; non eo vſque tamen vt coniugali vitæ omnino renunciaret. Seque certo ſperare, Numen diuinum, cuius bonitati tota innititur, in his & cęteris, cõſilia ad ſuã, ſuorũq; ſalutẽ directurũ. Adolph⁹ etiam, Dux Holſatię patruus Frederici II. Regis Danię à Dano excitatus vt nuptias cũ Sueco interturbaret, in ſpẽ etiã matrimonij raptus, ex literis, quib. Elizabetha optauerat, *vt ille eâdem, qua olim Hiſpanis, neceßitudine Anglis coniungeretur, & ſtudium amantiſſime promiſerat*; in Angliam venit. Quem lautiſsimè exceptum periſcelidis honore, & annua penſione munifice donauit, atque ſingulari benignitate principem bellica gloria, Dithmarſis nuper debellatis, clariſsimum, in perpetuum ſibi deuinxit. Nec defuerunt domi, qui quod amantes ſolent, de eius cõiugio vana ſibi ſomnia *Adolphus Dux Holſatia.*

M.D.LX. finxerunt, ſc. Guilielmus P keringus O dinis Equeſtris, cui nonnulla generis claritas, mediocres opes, ſed ex bonarum artium ſtudijs, vitæ elegantia, & legatione Gallica atq; Germanica honor aliquis; Henricus Comes Arundeliæ, multarum imaginum, magnarum opum, ſed ætatis iam diuergentis; & Robertus Dudleius, Ducis Northumbriæ filius natu iunior, in integrum à Maria Regina reſtitutus, ætate florente, & conſpicua lineamentorum compoſitione, qui quanto odio pater eius & auus apud populum, tanta apud Principem gratia flagrauit, rara & regia Elizabethæ clementia, quæ eum ſeruatum honorib. cumulauit, cuius pater ipſam perditam voluerat. An hoc ex eius virtute, cuius adumbrata ſigna præ ſe tulit, an communi carceris ſorte ſub Maria Regina, an ex Geneſi, occultoque ſyderum conſenſu hora natali, & inde arctiſſima animorum cognatione, non facile quis dixerit (Principum certe in hos propenſio, ab illis auerſio fatalis videatur) In auſpicium honoris, & primum beneuolentiæ argumentum, eum quem equis præfecerat, cum Duce Norfolciæ, Marchione Northamptoniæ, & Comite Rutlandiæ, primo regni anno in Georgianæ periſcelidis ordinem, qui apud Anglos longe eſt honoratiſſimus, non ſine omnium admiratione cooptauit.

Guil Pikeringus. *Comes Arundeliæ.* *Robertus Dudleius.* *Fauor in eum.*

In Hiſpania interea Vicecomes Montiſacuti apud Regẽ belli Scotici neceſſitatem explicat, rebellionis notam à Scotis, quantum poteſt, eluit; religionem non aliam in Angliam inductam eſſe, quam quæ ſacris literis, & quatuor pricribus Conciliis Oecumenicis ſit conſona, ex documentis frigide docet (vtpote qui Romanæ religionis cultor admodum deuotus) Burgundicum fœdus, inter Angliæ reges & maiores eius olim pactum, vt renouetur, rogat. Hiſpanus fœderis renouationem minime neceſſariam eſſe reſpõdet, (cum tamen fœderum renouatio ſit apud Principes vſu receptiſſima, quæ fœderib. ipſis quaſi vitam infundit, atque mutuam eorum beneuolentiam orbi terrarum conteſta-

Montiſacuti in Hiſpania legatio. *Hiſpanus fœdus renouare recuſat.*

tur, &

M.D.LX.

tur & ipſe paterq; Carolus, in Tractatu de nuptijs cum Maria Regina Angliæ, Anno M.D.LIII. ſe obſtrinxerant ad fœdus illud confirmandum.) Religionem in Anglia immutatam deplorat, exercitum in Scotiā emiſſum, & rebelles ſubleuatos dolet, ſeq; de his reb. ſerius edoctō cōqueritur. Molitionibus tamen Gallorum qui Elizabetham excommunicandam voluerunt, occulto ſe opponere non deſtitit, efficitq; per ſuos Romæ, vt nulla, ſine eius conſenſu, Eccleſiaſtica cenſura innodaretur. Submonuit etiam in rem ſuam, ſed ſerius, vt articulis cum Gallo inſereretur, licitū fore Anglis, Gallos è Scotia, ſi denuo redierint, exturbare; atque de Caleto reſtituendo diſertis verbis cautio interponeretur. Offenſum nihilominus eius animum ſenſit Vicecomes. & Regina perſpexit, tum ex his quæ dixi, tum maximè ex inſignium Ordinis Georgiani in Vicecomites manus redhibitione. Hac enim amicitiam cum Anglis prorſus eiurare videbatur. Offenſiorem autem reddidit repulſa quam poſtea tulit, cum per Legatum in Anglia intercederet (curante Comite Feriæ, qui filiam Guil Dormeri ex Maria Sidneia duxerat) vt Iana Dormera, filia Tho. Newdigati, Vidua Roberti Dormeri Ordinis Equeſtris, & auia Comitiſſæ Feriæ, *Clarentia* anicula, quæ Mariæ Reginæ fuit intima, & à priuatis erga pauperculas eleemoſynis Richardus Shelleius, *Ordinis S. Ioannis in Anglia Prior* poſtea dictus, & Th. Haruæius, Pontificiæ religioni deuotiſſimi, & Hiſpano chari, bona cū venia in Belgio & Hiſpania, quo ſe, licentia non impetrata, religionis cauſa ſubduxerant, permanerent. Antiquis enim Angliæ legibus, ſub pœna publicationis bonorum cautum erat, vt nulli, niſi regni magnates, & mercatores, ſine ſpeciali Regis venia, regno exirent, nec in exteris regionibus, niſi ad præfinitum tempus, permanerent, idq; vel ad valetudinem in calidiori tractu recuperandam, vel ad vberiorem ingenii cultum in Academijs capiendum, vel ad militarē diſciplinam ediſcendam; vtque illa ad Hiſpanum reſcripſit; *Exemplo caruit, vt eiuſmodi venia perpetua à patria abſentiæ mulier-*

Elizabetha tamen contra Gallos fauet

Periſcelidem remittit.

Repulſam in paruis ægre fert.

T

culis

M.D.LX.

cubis concederetur. Et quanquam res ipſa per ſe nullius momenti videretur, cum tamen illi non tantum inde boni caperent, ad commoditatem priuati beneficii, quantum alii ſumerent animi, ex exemplo ad Reipub. detrimentum, non permittendum cenſuit. Comes Feriæ hoc in ſuam iniuriam interpretatus, ne inultum dimitteret, ſeruulum Chamberlaniaſſidui in Hiſpania legati Anglici, in Inquiſitionem, tanquam hæreticæ prauitatis reum rapuit, Reginæ Angliſque offenſior, offenſi Regis animo (vxore fruſtra obnitente) faces ſubiecit. Quin etiam perhibetur cum Pio Quarto, Pontifice Romano recens electo, de ea excommunicanda egiſſe. Ille autem, neſcio qua ſpe, Vincentium Parpaliam, Abbatem S. Saluatoris, cum arcanis mandatis, & literis blandiſſimis ad eam ſubmiſit: Quas integras hic ſubijciam, etſi in hiſtoriæ leges peccare nonnullis videar.

Feria Comes eum magis abalienat.

Et Papam in Elizabetham excitat.

Papæ ad eam litera.

Chariſſimæ in CHRISTO filiæ ELIZABETHÆ Reginæ Angliæ.

CHariſsima in Chriſto filia noſtra, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Quantopere cupiamus, noſtro ita Paſtorali officio poſtulante, ſaluti tuæ conſulere, & honori tuo, ſimul regnique ſtabilitati proſpicere, & ſcrutator cordium nouit Deus, & ipſa intelligere poteris ex mandatis quæ dilecto huic filio, Vincentio Parpaliæ, Abbati Sancti Saluatoris, homini tibi noto, nobiſq; probatiſſimo, ad te dedimus. Proinde hortamur & monemus Celſitudinem tuam etiam atque etiam, Chariſsima filia, vt repudiatis malis ſuaſorib. qui non te, ſed ſeipſos amant, ſuiſque ipſorum cupiditatib. inſeruiunt; Dei timorem in conſilium adhibeas, tempuſq; tuæ viſitationis agnoſcens, paternis noſtris monitis, ſalutaribusque conſiliis obtemperes; omniaque de nobis tibi pollicere, quæ non modo ad animæ tuæ ſalutem conſeruandam, ſed etiam ad dignitatem Regiam ſtabiliendam & confirmandam pro authoritate, pro loco, ac munere

ac munere quod nobis à Deo commiſſum fuit, à nobis deſideraris. M.D.LX.
Qui te ſi, vt optamus, & vt ſperamus, in Eccleſiæ gremium redieris, eodem quo Euangelicus ille pater reuerſum ad ſe filium amore ſumus, & honore ac lætitia recepturi. Quanquam eo maior noſtra lætitia futura eſt, quod is vnius filii ſalute gauiſus eſt, tu tecum vna vniuerſos Angliæ populos trahens, non ſolum ex tua, ſed ex totius nationis ſalute, nos & vniuerſitatem fratrum noſtrorum, quos propediem, Deo iuuante, ad tollendas hæreſes, in Oecumenico Generalique Concilio congregatos audies, vniuerſam Eccleſiam lætitia gaudioque complebis. Quinetiam cœlum ipſum exhilarabis, ex tam memorabili facto admirabilem nomini tuo gloriam, & multo ſplendidiorem ea quam geris coronam adeptura. Sed hac de re pluribus verbis idem Vincentius tecum aget, & noſtrum tibi paternum animum declarabit, quem vt benigne excipias, diligenterque audias, eandemq́; vt eius orationi fidem habeas, quam haberes nobis ipſis, Serenitatem tuam rogamus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, &c. die quinto Maii MDLX. *Anno Primo.*

Quæ Parpalia propoſuit, nõ comperi, nec.n. ſcriptis mandata credo; comminiſci vero cum vulgo Hiſtoricorum minime lubet. Elizabetham ſui ſimilem, Semper Eandem perſtitiſſe, & rem pro Põtificis voto non ſucceſſiſſe, omnes norunt. Fama obtinet Pontificem fidem dediſſe, ſententiam contra matris nuptias, tanquam iniuſtam, reſciſſurum, Liturgiam Anglicam ſua authoritate confirmaturum, & vſũ Sacramenti ſub vtraq; ſpecie Anglis permiſſurum, dummodo illa Romanæ Eccleſiæ ſe aggregaret, Romanæq; Cathedræ Primatũ agnoſceret, imo & hæc curantib. aliquot aureorũ mil'ia fuiſſe ꝑmiſſa. Iam tẽpus confirmãdi Tractatũ Edẽburgensẽ aduenerat, quẽ cum Elizabetha, ꝑſtito iureiurando ſolẽni, rite confirmaſſet, idemq; ad Regẽ & Reginã Galliæ tranſmiſiſſet, vt illi itidẽ ex pacto ratum haberẽt; Thromortonus, ordinarius in Gallia Legatus, eos nullo modo inducere poterat, nec Petr⁹ *Mevvtas*, vir Equeſtris dignitatis, q hoc nomine in Galliã poſtea miſſus; licet in Diplõate, quo Epiſc. Valenti. ad illud fœd⁹ ineundũ delegat⁹ erat, diſertis verbis, *Gallus & uxor Tractatum Edenburgensem confirmare abnuunt.*

ſe bona

M.D.LX.

Quibus de cauſis.

ſe bona fide & verbo Regio confirmaturos ſpoſponderint. Cauſas cur confirmare abnuebant, has attulerunt. Quod Scoti non authoritate regia, ſed ſua ipſorum, quod minime debuerant, fœdus Berwicenſe cum Anglis inijſſent, quod illud à rebellib. initum, & ementitis fidelium ſubditorum ſigillis & chirogtaphis ſubſignatum, quodque obſequium in fœdere illo promiſſum haudquaquam præſtitiſſent. Dum hæc diſceptãtur, Franciſcus Secundus Rex Galliæ, anno ætatis XVIII. nondum exacto, regni ſecundo è viuis exemptꝰ, Scotorum Reginam viduam reliquit maiori Pontificiorum dolore, aut Proteſtantium per Btitanniam gaudio, non dixero.

Franciſcus II. Rex Gallorum moritur.

Elizabetha edicit cõtra Anabaptiſtas

ELIZABETHA iam ſecurior, vt Eccleſia incorrupta perſtaret atque propagaretur, & Reſpublica gloria & opib. magis floreret, duo ſalutaria edicta promulgauit. Altero Anabaptiſtas & id genus hęreticos, qui in maritima Angliæ oppida ex tranſmarinis regionib. ſpecie declinandæ perſecutionis conuolarant, & ſectarium virus in Anglia ſparſerant, è regno intra viginti dies excedere imperauit, ſiue illi indigenæ, ſiue exteri, ſub pœna incarcerationis & bonorum amiſſionis. Altero ſacrilegum hominum genus coercuit, qui ſuperſtitionis tollendæ obtentu antiqua ſepulchra demoliri, Epitaphia & digmata clariſſimarũ familiarum, cæteraque venerandæ antiquitatis monumenta, quæ prophanorum furori ſub Henrico Octauo & Edwardo Sexto ſupererant, denuo delere, campanas è templis tollere, & templorum tecta plumbo deueſtire cœperunt.

Et Sacrilegos.

Collegiatã Weſtmonaſterij Eccleſiam fundat.

Monaſterium etiam Weſtmonaſterienſe, Regum Angliæ inauguratione, ſepultura, & inſignium Regalium cuſtodia celeberrimum, in Eccleſiam Collegiatam, imo Eccleſiæ plantarium conuertit; ibique Decanum, Præbendarios duodecim, Didaſcalum, Hypodidaſcalum, Scholaſticos quadraginta, (Alumni Regii vocantur, è quib. ſex aut plures ad Academias ſingulis annis promouentur) Miniſtros, Cantores, duodecim pauperes, &c. ad Dei gloriam, veræ Religionis, &

Digitized by Google

gionis, & bonarum literarum incrementum inſtituit; fœlici ſane eruditorum in Eccleſiam & Rempub. prouentu. M.D.LX

Quodque maiori, imo maximę gloriæ cedit, æratam pecuniam paulatim tollere; probamque ex puro puto argento reſtituere cœpit, ad regni gloriam reſtaurandam, & ad præuertendam fraudem eorum, qui domi foriſq; nummos adulterarunt, optima regni commoda adulteratis nummis permutarunt, probamque pecuniam in exteras regiones exportarunt; necnon ad rerum venalium pretia laxanda, q̃ admodum intendebantur, ſummo cum Reipub. detrimento, & inprimis ſtipendiariorum militum, ſeruorum, & omnium, qui diurna pro labore accipiunt. Et hoc quidem intra paucos menſes fœliciter, ſine motu, præſtitit primum prohibendo, ne quis probam aut æratam monetam aliquando diſſolueret, aut regno eueheret, deinde æratam ad ſuum valorem vocando, ſc. æratum denarium ad obolum cum quadrante, nummum duorum denariorum ad tres obolos, *Teſtonum* ſex denariorum ad quatuor denarios, alios *Teſtonum* ad duos denarios & quadrantem, nec.n. plus argenti inerat. Demum eandem, ſi intra ſtatutos dies in officinam monetariam inferatur, proba pecunia à poſſeſſorib. non ſine ſuo diſpendio redimendo: vt Elizabethæ acceptum referatur, quod probior & purior fuerit in Anglia pecunia, quam totis ducentis ante annis viſa, aut alibi per Europam in vſu. Pauloque poſt probam pecuniam, quam *Sterlingam* vocamus, pro Hiberniæ Regno procudit, eo valore, vt ſolid⁹ XII. denarios in Hibernia & IX. in Anglia valeret. Magnum ſane hoc & memorandum, quod nec Edwardus Sextus potuit, nec MARIA auſa, poſtquam Henricus Octauus pecuniam primus Regum Angliæ ſubærauerat, magno regni dedecore, ſucceſſorum, populique damno, & inſigni luxus atque profuſionis exẽplo, cum plures illi opes pater reliquerit, quam quiuis alter Rex Angliæ ſucceſſori, plurimas ex tributis exegerit (nec tamen Polo Cardinali credamus, qui prodidit, plures quam omnes Reges à Normannica victoria

Pecuniam ad ſuũ valorem reducit.

Quam Henricus Octauus corruperat Eius luxus

M.D.LX ria exegiſſe) infinitaſque corraſerit, cum Parlamentaria authoritate latifundia omnia in Hibernia quæ Angli abſentes tenuerunt, omnes Eccleſiaſticorum Beneficiorum Primitias, & Decimas in Anglia & Hibernia, omnes Monaſteriorum reditus, donaria, & bona ſibi arripuiſſet.

Huntingdoniæ Comes obit. Supremus hic annus fuit Franciſco *Haſtings* Huntingdoniæ Comiti ex hac ſtirpe ſecundo, qui è Catharina Pola, filia Henrici Baronis *Montiſacuti* fratris Reginaldi Poli Cardinalis, Henricum ſucceſſorem, pluresque alios liberos procreauit, fraterno inter ſe amore, at non religione vnanimes.

Shanus O-Neal in Hibernia tumultuatur In Hibernia *Shanus*, ſiue IOANNES *O-Neal*, potentiſſimus Vltoniæ Dynaſta, verus & legitimus Coni *O-Neal*, cognomine *Bacco* i. Claudi, (quem HENRICVS Octauus Comitem Tir-Oeniæ creauerat) filius, cum MATTHÆVM BARONEM, Dungannoni fratrem nothum, legitimum filium falſo creditum, è medio ſuſtuliſſet, patrem dominatu, qui ex mœrore mox obiit, ſpoliaſſet, & barbara electione, calceamento ſupra caput proiecto, titulum *O-Neal* aſſumpſiſſet: veritus ne ſecum ex lege ageretur, in rebellionem prorupit.

Vnde quingenti pedites ex Anglia miſſi, & alæ Equitum in Hibernia conſcriptæ. Sed poſt leuia certamina, cum ſe Anglorum viribus imparem, ſuis exoſum, & *Surlyboium*, IACOBVM *Mac-Conellum*, & O-Donellum in ipſum excitatos videret, à Comite Kildariæ affine perſuaſus, arma depoſuit, & in Angliam culpam deprecatum venire promiſit. Quod etiam præſtitit, vt ſuo loco dicemus.

M. D. LXI.

ANno ineunte, Franciſcus Comes Bedfordiæ in Galliam miſſus, vt FRANCISCI Regis mortem deploraret,

Caroloque

Caroloque IX. ſucceſſori congratularetur, & ſeorſim & ſimul cum Throcmortono, Scotorum Reginam, de Tractatu Edenburgenſi confirmando, ſæpiùs fruſtra interpellauit, quæ nihil aliud reſpondit, quam de re tanta deliberate ſtatuendum; ſe, niſi ex conſilio procerum Scotiæ, nec poſſe, nec velle confirmare. Throcmortonus tamen eam, Cardinalem Lotharingum, cæteroſq; ue Guiſios avunculos, & Iacobum fratrem eius nothum, qui recens in Galliam venerat, omnibus quibus poterat rationibus ſedulo vrgere minime deſtitit, cum autem contextis excuſationibus indies procraſtinarent, Elizabetha ſuſpicata illos exitioſa in Angliam meditari, antevertere ſtatuit. Thomam itaque Randolphum in Scotiam mittit, qui proceres ad mutuam amicitiam, quæ ſolidiſſime religionis vnitate fundatur, hortaretur, doceretq; Germaniæ Principes in fœdus contra Pontificem Romanum coiiſſe, & Elizabetham inprimis optare, vt Angli Scotique in eodem comprehenderentur. Iam commodiſſimum tempus adeſſe (cum Scotorum Regina ſit vidua) conſopiendi omnem inter Anglos & Scotos diſcordiam, qui multo & mutuo ſanguine tot ſeculis concertarunt: vel ineundo perpetuum cum Anglis fœdus, vel amputando huiuſmodi pacta ex antiquo cum Gallis fœdere, quæ inter Anglos & Scotos diſcordiam ſerere ſolent. Deniq; vt ſubmmoneret Scotos ne pmitterent viduam Reginam alium exterum Principem in vnũ denuo adſciſcere, cuius virib⁹ & eos vlciſceretur, ꝗ nuprime Gallis reſtiterunt, & libertatẽ in ſervitutis periculum revocaret.

M.D.LXI

Scota Tractatus confirmationem diffeῖt.

Suſpicio inde enata.

Et Randolphus in Scotiam mittitur.

Scotorum Regina interim Scotiam cogitans (præmiſſo d'Oiſellio Gallo) Elizabetham rogauit, vt ipſa fide publica per mare in Scotiam traiiceret, & d'Oiſellius per Angliam transiret. Sed Elizabetha, magna adſtante multitudine, & hoc & illud omnino negauit, cauſa addita, quod illa Tractatum Edenburgenſem iuxta fidem datam nondum ratum habuiſſet. Si ratum haberet, ſingula promiſit, ſiue per mare, ſiue per Angliam iter haberet, quæ à Regi-

Scota tráſitus in Scotiam negatur.

M.D.LXI. Regina, à cognata, & vicina expectari poſſent. Hac repulſa Scotorum Regina commota Throcmorthonum acceſſit, quocum longos hac de re habuit ſermones, quos ſummatim ex ipſius Throcmortoni literis hic inſeram (etſi nonnulla iam dicta retexenda) vt initia & progreſſus ſimultatũ inter maximas & prudentiſſimas noſtri æui principes clarius eluceſcant. Illa arbitris amotis, ita Throcmortonum affatur. *Quæ mea ſit muliebris infirmitas; & quo animi æſtus abripiat neſcio; tot tamen infirmitatis meæ teſtes adhibere non lubet, quot tua Domina nuper adhibuit, cum D' Oiſellum Legatum meum alloqueretur. Nihil eſt quod me tam angit, quam quod ea rogauerim quibus opus non erat. In patriam (Deo fauente) licentia ab illa non petita, redire potero, vt inuito & obſtante fratre illius Edvvardo, huc veni. Nec deſunt amici qui me domum reducere, vt huc deduxerunt, & valent & volunt. At malui eius amicitiam, quam alterius cuiuſcunq; experiri. Sæpiùs à te audiui, amicitiam inter me & illam noſtris vtriuſq; regnis inprimis eſſe neceſſariam. Illa tamen ſecus ſentire videtur, alias in re tantilla repulſam non tuliſſem. At maiori forſan fauore Scotos mihi rebellantes proſequitur, quam me Scotorum Reginam, eadem Regiæ Maieſtatis ſublimitate parem, ſanguine coniunctiſſimam, & hæredẽ certiſſimam. An tu exiſtimes, eam bonam fidem & amorem, inter Scotos mihi rebellantes, & illam poſſe intercedere, quæ inter illam & me intercedat? An opinatur me ab amicis deſtitutam iri? Certe illa me iam eo adegit, vt ab iis opem petierim, à quib. libens nollem. Nec illi ſatis demirari poſſunt, quo conſilio illa meis ſubditis iã pridem opem in me tulerit, & nunc viduæ reditum ad meos impediat. Præter amicitiam nihil plane ab illa expeto, nullum illi negotium faceſſo, nec rebus Anglicis me interpono. Me tamen haud latet plures eſſe in Anglia qui præſentibus non acquieſcunt. Exprobrat, quod exigua mihi ſit experientia. Fateor, Experientiam ætas adfert. Ætatem tamen eam habeo, vt me erga cognatos & amicos amice, beneuole, & iuſte geram, nihilq; in illam effutiam, quod Regina & cognata ſit indignum. Liceat etiã mihi bona cum illius venia dicere, me perinde ac illam, Reginam eſſe, nec ab amicis nudam,*

Illa de hoc expoſtulat

Digitized by Google

dam, animumque non minus excelſum gerere, vt æqualitate quadam nos inter nos metiri deceat. Sed à cõparatione abſtineo, cum parum abſit à contentione, & inuidia non careat. Quod ad Tractatum Edenburgenſem, factus erat Rege marito meo ſuperſtite, cui in omnibus pro eo ac debui, mihi obtemperandum erat; & cum ille eiuſdem confirmationem diſtulerit, in illo, non in me culpa reſideat. Illo defuncto, Conſiliarij Galliæ me meis conſiliariis reliquerunt, nec auunculi mei ſe rebus Scoticis immiſcere voluerunt, ne Elizabethæ, aut Scotis offenſionem afferrent. Scoti qui mihi adſunt priuati ſunt, nec eiuſmodi, vt eos in conſilium de rebus tantis adhibeam. Quamprimum Ordines regni mei conſuluero, reſponſum quod ſit rationi conſentaneum, reddam, vtque maturius reddam, iter domum accelero. Illa autem iter intercludere ſtatuit, ne reddam; vt ipſa in cauſa ſit quod non ſatisfaciam, aut ſatisfieri nolit; forſan eo conſilio, vt nullus ſit nobis inter nos diſcordiarum exitus. Me iuuenculam eſſe quaſi probro ſæpius obiicit; & iuuenculam ſane inconſultam merito cenſeat, ſi res tanti momenti ſine Ordinum conſilio tractarem. Mariti factus, vt accepi, vxor, nec ex honore, nec conſcientia tenetur. Sed hoc non diſputo. Vere tamen hoc dicam: Nihil chariſſimæ meæ ſorori feci, quod mihi fieri nolim. Omnia ſummæ neceſſitudinis officia detuli, verum illa, aut non credit, aut contemnit. Vtinam tam illi eſſem chara, quam propinqua, hoc enim precioſum eſſet propinquitatis genus. Ignoſcat illis Deus, ſi qui ſunt, qui inter nos lites ſerunt. Tu autem, qui Legatus, dic ſodes, qua de cauſa illa in me ſit offenſior, quæ nec verbo, nec facto hactenus læſi.

Ad hæc Throcmortonus; *Vt reſpondeam in mandatis non habeo, ſed vt audiam quid reſpondeas de Tractatu Edenburgenſi confirmando. Cæterum offenſionis cauſam audire ſi lubet depoſita Legati perſona, paucis explicabo. Statim atque Regina Domina mea erat inaugurata, in Inſignia & titulum Regni Angliæ inuaſiſti, quod prius Maria regnante non feciſti. Si qua maior iniuria Principi inferri poſsit, tu pro prudentia iudicaris. Eiuſmodi ſane iniuriam priuati quidem nunquam concoquant, nedum Principes.*

M.D.LXI

Throcmortonus reſpondet.

M.D.LXI. *At*, inquit illa, *mariti pater, ipſeque maritus hoc voluerunt, hoc iuſſerunt. Ex quo illi diem obierunt, & ego mei iuris facta, Inſignibus illis & titulo omnino abſtinui. Veruntamen haud ſcio an fraudi ſit Regina, ſi ego etiam Regina, cui auia Henrici Octaui ſoror maior natu, Inſignia illa geram, quandoquidem alij genere remotiores geſſerunt.* Certe Courtenæus Marchio Exoniæ, & Duciſſa Suffolciæ, Henrici Octaui è ſorore natu minore neptis, Inſignia Angliæ cum limbis, ad differentiam, ſpeciali gratia geſtarunt.

Cum hæc Elizabethæ non ſatisfacerent, quæ perſuaſiſſimum habuit, illam nihil niſi moras in aliquam ſpem nouam interponere, quandoquidem de confirmatione Tractatus nihil Ordinibus Scotiæ propoſuerat, qui ſemel atq; iterum à morte mariti conuenerant: illa iam in via iterum Throcmortonum Abbeuillam accerſit, ibi comiter percunctatur, quomodo Elizabethæ verbo aut facto ſatisfaceret? Ratificando, inquit ille, Tractatum Edenburgenſem, quod iam toties dixi. Cui illa. *Audi igitur, vt diiudices an iuſtiſſimæ non ſint rationes, quas illa moras, & vanas exiſtimat eſſe excuſationes. Primus in illo Articulus, de ratificando Tractatu* ad Caſtellum Cameracenſe, *inter Angliam & Galliam, nihil ad me ſpectat. Secundus, de ratificando Tractatu ibidem facto inter Angliam & Scotiam, ratificatus erat per maritum & me; nec denuo ratificari poteſt, niſi meo ſolius nomine concludatur, cum maritus expreſſe in illo nominetur. Articulus tertius, quartus, & quintus, ſuam vim iam ſortiti ſunt. Apparatus enim bellici ceſſarunt, Galli præſidiarii è Scotia ſunt reuocati, munimentum ad* Aimouth *ſolo æquatum iacet. Inſignibus & titulo Angliæ à mariti morte abſtinui. Ea ex vtenſilibus, ædificiis, & Diplomatibus, per Galliam delere mihi integrum non eſt; vti nec penes me eſt, Valentiæ Epiſcopum, & Randanum qui mihi non ſunt ſubditi, ad diſceptationem ſexti Articuli in Angliam remittere. Quod ad poſtremum articulum, ſpero ſeditioſos meos ſubditos de mea inclementia non conqueſturos. Verum quo minus clementiam meam experiantur, illa, vt video, interueniet, quæ reditum impedire cogitat,*

Illa ſatisfacere conatur.

gitat. Quid in Tractatu iſto iam reſtat, quod fraudi ſit tuæ Reginæ? Vt cumulatius tamen ſatisfaciam, literas vberiores hac de re manu mea ſcribam, licet illa non dignetur niſi per amanuenſem àd me reſcribere. Tu autem, Legate, quod Legati eſt, velim præſtes, hoc eſt, res potius lenias quam exaſperes. M.D.LXI

Sed nec literis illis Elizabethæ ſatisfactum, cuius in animo alte inhæſit iniuria, ex titulo & Inſignibus arrogatis, & anxie iam ſolicita erat ne denuo arrogaret, niſi Tractatus confirmatione, & iuriſiurandi religione, vt iiſdem abſtineret, obſtringeretur. *At fruſtra.*

Interim Scotorum Regina idoneam nacta tempeſtatem, à Caleto ſoluit, & in Scotiam appulit, præteruecta cœlo caliginoſo naues Anglicas, quas alii ad eam honoris cauſa deducendam, alii ad Piratas coercendos, alii ad eam intercipiendam emiſſas exiſtimabant. Iacobus enim nothus, per Angliam nuperrime rediens, intercipiendam ſubmonuerat, ſi Elizabetha religioni, & ſuæ ſecuritati conſultum vellet. Idem Lidingtonius, lætatus D'Oiſelium in Anglia detineri, ſuaſit, ne (vt ſcripſit) *illa reuerſa tragœdias excitaret, omne commercium literarum & nunciorum cum Anglis intercluderet, factionem Anglis addictam labefactaret, & demum in Proteſtantes Scotiæ, non tanquam in proditores, ſed tanquam in hæreticos, perinde ac Maria Anglica non ita pridem, ſæuiret.* Verum enimuero illa reuerſa, omni benignitate in ſubditos vſa, in religione (etſi tumultuoſe inducta) nihil mutauit & Rempublicam optimis inſtitutis temperare cœpit. Ad Elizabetham vero Lidingtonium, cum ſuis, & procerum Scoticorum literis miſit quibus omne pacis ineundæ, conſeruandæque ſtudium detulit, rogauitque vt certa aliqua pacis ratio inter Angliam & Scotiam iniretur; certiorem autem nullam eſſe, quam ſi Elizabetha, modo nullam ſuſciperet prolem, illam authoritate Parlamentaria hæredem in regno Anglico proxime ſucceſſuram declararet. *In Scotiam redit.* *Hæres regni Angliæ declarari petit.*

Hoc nouum Elizabethæ viſum, quæ Tractatus Edenburgenſis cõfirmationem, chirographo, & verbis promiſ-

M.D.LXI. *Elizabetha reſpondet.* ſatis expectauerat. Reſpondit tamen, *Quod ad ſucceßionem, ſe ſperare, Scotorum Reginam ſceptrum ſibi & liberis, ſi qui naſcantur, non erepturam. Iuri eius ad Angliæ ſceptrum nihil ſe derogaturam ſpondet, quanquam illa Angliæ titulum & Inſignia præpropera aliorum ambitione arrogauerit, pro qua iniuria æquum eſt, vt ſatisfaciat. Succeſſorem deſignando veretur ne amicitia potius diſſocietur, quam conſolidetur, quandoquidem dominantibus ſucceſſores ſemper ſint ſuſpecti & inuiſi, populus, qua eſt inconſtantia, præſentium faſtidio Solem orientem reſpiciat, occidentem deſerat; ipſique ſucceſſores deſignati intra æqui bonique terminos, ſuas & aliorum ſpes prauas cohibere haudquaquam poſſint. Adeo vt ſi ſucceßionem illi confirmaret, ſecuritatem ſibi præcideret, & ſepulchrale linteum ante oculos viua proponeret, imo ſibi viua videntique funus duceret.*

Tractatus confirmationē vrget. Poſtquam hæc reſpondiſſet, iterum litteris ad illam datis per Petrum *Meutas*, blande admonet, vt Tractatum confirmaret. Nec illa directe negauit, non tamen commode innuit, donec res Scoticæ conſtituerentur. Interea Elizabetha illius auunculos, Aumalium ſcilicet, Magnum Priorem, Albeufium, & alios nobiles Gallos, qui illam in Scotiam deduxerant, per Angliam redeuntes, nullo non humanitatis genere benigniſſime excepit. *Guiſios benigne excipit.*

Illi Anglos durius. Nihilominus Angli Mercatores, Guiſio authore, in littore Armoricano nauibus direptis indigne tractantur, & de Excommunicatione in Elizabetham effulminanda Romæ iterum recte agitur. Pius autem IIII. Pontifex Rom. mitius cum ea agendum cenſuit. Ille enim literis blandis, vt dixi ſuperiori anno, egit, & nunc, cum ad diſcidia in religione tollenda, Concilio Tridentino quondam inchoato, & crebris bellis interrupto, diem dixiſſet, omneſque Principes, etiam à Pontificia religione auerſos, eo allectaret, Abbatem *Martinegi* in Angliam, cum literis amore pleniſſimis, deſtinauit. Ille autem in Belgio ſubſtitit, veniamque vt in Angliam admitteretur rogauit. Lege enim antiqua cautum erat, ne Pontificis Nuncii Angliam (niſi prius venia *Excommunicationem vrgent.* *Papa Anglos ad Concilium Tridentinum allectat.* *Eius Nuncio aditus in Angliam negatur.*

nia

nia impetrata) ingrederentur, iuramento ēt præſtito, ne qd in Anglia molirentur, *quod fraudi ſit Regi, aut regni libertati.* Conſiliariis vero Angliæ minime tutū viſum erat, eum admittere, cum tot vndique Pontificiæ religioni innutriti rebus turbandis domi foriſque ſedulo incumberent. Cum Abbati illi in Angliam traiicere non permitteretur, Epiſcopus Viterbienſis. Pontificis apud Gallum Nuncius cum Throcmortono ſtudioſe egit, vt Elizabetha ſuos Oratores ad Concilium mitteret, ſuadérq; literis plures Orbis Chriſtiani Principes, Gallus, Hiſpanus, Luſitanus, Héricus Cardinalis Luſitanus & maximopere Dux Albanus (cuius adhuc impenſa in eam voluntas) vt Oecumenico Concilio Tridentino potius in re religionis, quæ vnica Chriſtianorum anchora, & regnorū fulcrum, acquieſceret, quam priuatis paucorū, quantumuis eruditorum, opinionibus. Reſpondet illa, ſe ex animo Concilium Oecumenicum optare, ad Pontificium non miſſurum, nihil ſibi cum Romano Pontifice eſſe, cuius autoritas ex Anglia, Ordinum regni conſenſu, profligata erat. Nec illius eſſe, ſed Imperatoris, Concilia indicere; nec maiorem in eo authoritatem, quam in quouis alio Epiſcopo ſe poſſe agnoſcere. Quo tempore huic Abbati, poſtremo Pontificum Romanorum in Angliam Nuncio, acceſſus erat negatus, eodem Edvvardus Carnus, iam antea dictus, vir prudens, & iure Cæſareo eruditus, qui Equeſtri dignitate à Carolo Quinto Imp. donatus, & poſtremus Regum Angliæ apud Pontifices Orator, ex hac vita Romæ emigrauit.

M.D.LXI.

Ius Concilii conuocandi non Papa eſſe.

Carnus obit.

Camberlanus, Anglicus in Hiſpania Legatus, cum Hiſpanum ex hoc reſponſo, vt cum Pontificis iniuria coniuncto, animo indies magis magiſq; alieno ſentiret (ille enim, Franciſco Gallorum Rege defuncto, metu iam ſolutus, ne Anglia, Scotia, & Hibernia in Galli poteſtatem redigerentur, Anglos negligere cœpit) bona cum venia domum rediit. In eius locum Thomas Challonerus ſuffectus, qui quamprimum in Hiſpaniam appulit, homo iniuriarum im-

Hiſpanus offenſior.

Digitized by Google

M. D. LXI.

patiens,& apud Germanos ſubinde Legatus. nihil niſi humanitatem exptus, datis literis vt reuocaretur vehementi⁹ contendit,eo ꝙ (pro more regionis) arculæ eius excuterentur. Verū monuit Elizabetha, Legatio cū i æqui boni ferenda,dummodo Principis honor nō directe violetur. Iam illa conſultrix & ꝓuida fœmina (religione quodāmodo conſtituta) vt remedia ad vim cōpararet, & ſuæ ſuorumq; ſecuritati ꝓſpiceret, paceq; placidius frueretur, q̄uis ærarium exhauſtum inuenerit, armamentariū omni bellico apparatu inſtruere incipit, magna vi pecuniæ in arma & tela pGermaniam impenſa; cum ea, de qbus Antuerpiæ cōtraxerat, Hiſpanus detineret: Maiora tormēta ex ære & ferro fundit plurima, ærisq; puri & natiui venā opulentiſſimam diu neglectam, diuinū numen (quaſi incœpto faueret) iuxta *Keſvvicū* in Cumberlandia aperuit, q̄ illi vſui abunde ſufficit, & alijs etiam regionib. æs ſuppeditat. Lapis etiā Calaminatis q ad ęraria opera inprimis neceſſarius, nunc primū in Anglia (ꝓpitio Dei fauore) copioſè inuentus: & puluerē tormentariū (ne prece & precio à vicinis emeret) domi confici prima curauit. Præſidio Bervvici, ꝙ prius quingentis conſtabat militib. plures auctiorib. ſtipendijs addidit, vt veteranis & viris bellicoſis ꝓſpiceret. Bervvicū oppidum magna munitionū mole armare cœpit, & breui tempore pfecit. Viros nobiles & prudētes, ad munimēta, intra xx. mil. paſſ. à limite Scotiā verſus, inſtauranda delegat. Claſsē ab omni nautico & bellico inſtrumento apparat, q̄ Britannia vidit, inſtructiſsimā; ad eam tuendam ꝓpugnaculum in Meadvveagi ripa iuxta *Vpnoram* (vbi ſtatio eſt) erigit, nautis & claſsiarijs ſtipendia adauget, adeo vt naualis gloriæ reſtauratrix, & *Arctoi Reginæ maris* merito ab exteris nominaretur. Neq; iam illi op⁹ erat (vt patri & anteceſſorib.) naues ex Hāburgo, Lubecca, Dātiſco, Genua, & Venetijs in vſum conducere. Maris etiā accolæ opulentiores Principē alacritate quadam imitati, naues bellicas certatim conſtruunt, adeo vt breui tēpore regia cum ſubditorum claſſe coniuncta, tam numeroſa fuerit, vt

Legato quouis q. iniuria ferēda.

Elizabetha bello neceſſaria parat.

Ad hæc æris vena reperta.

Et lapis Calaminaris.

Stipendia præſidiariis auget. Bervvicū munit.

Claſſem apparat.

Angli naues ædificant.

xx.

xx cIɔ.belligerantium in nauale bellum educere potuerit. Nobiles & plebeij arma non minus alacri diligentia paſſim comparant, ita vt armamentaria completiſſima per nobilium ædes inſtruerentur. Armiluſtria etiam creberrima habita, & iuuentus ad rei bellicæ ſcientiã, & dimicandi audaciam ſæpenumero iam inde exercita, Ruſtici etiam, licentia rem frumentariã exportandi facta, acrius quàm antea in agriculturam incumbere cœperũt, imo & ſupra quam leges poſtea latæ exegerint, ſola quæ ex omni memoria inculta iacuerant, ſubigendo. Iiſdem etiã dieb Regina mercatorum auaritiæ, q bellica inſtrumenta Ruſſiæ Imperatori contra Polonos, & Chriſtiani nominis hoſtib. ſubminiſtrabant, ſeuero edicto occurrit: necnon Rationalium auiditati qui pẽſiones, religioſis è Monaſteriis eiectis, aſſignatas, ſubtraxerant. Edixit.n. vt ſingulis, quos in viuis eſſe, & non promotos ex certis teſtimoniis conſtaret, ad aſſem numerarentur.

M.D.LXI

Arma cõparant.

Agriculturam acrius exercent.

Edictum ingratiam Poloni.

Et religioſorum.

Authoritates, ſiue *Commiſſiones*, ad rem annonariam, pro claſſe, & præſidio Berwicenſi exigendam reuocauit, pecunia prouiſorib. numerata, vt emerent, nec populum grauarent. Cogitauit etiam illas pro aula Regia tollere, nonnullis Comitatib. poſtea conſentientib. iuſto pretio præbere, vt ab exactorib. ſiue *prouiſoribus*, malefico hominum genere (quos illa Harpyas dixit) liberarentur. Per hoc etiam temp⁹ ni male memini, Iuſtitiariis, *ad Aßiſas capiendas*, ſtipendia adauxit, atq; viaticum primum conceſſit. Et quamuis ad rem attentior, nouit tamen vbi, quantum & quando liberalitas exercenda, bene meritis ſane prouide benefica. Cum enim Henricus pater, licet tres liberos haberet, multa è Regio *Domanio* profuſe elargiretur; Edwardus etiam & Maria, cum liberos non haberent: illa, licet nullos haberet, pauciſſima è *Domanio* donauit, nec quicquam aliud ferè, niſi ea cautione, vt maſculis deficientibus, ad Coronam reciderent. Quo nomine & regnum & ſucceſſores, hanc prouidã curam grata memoria proſequi debent. Optimis his Reginæ & populi ſtudiis, dum reſpublica communi omnium

Cõmiſſiones Prouiſorum reuocatæ.

Stipendia Iuſtitiariis aucta.

Prouida Reginæ cura.

Digitized by Google

M.D.LXI. *Templum Paulinum deflagrat.* lætitia reuiuiſcere videretur hoc triſte interuenit. Pyramis pulcherrima Cathedralis Eccleſiæ S. Pauli Londini, quæ ſingulari vrbis ornamento in ſuſpiciendam edita altitudinem DXX, ſcilicet pedes à ſolo, & CCLX à turre quadrata, cui impoſita erat, è materia lignea plumbo veſtita, de cœlo prope faſtigium tacta, deflagrauit, tantaque violentia magno ciuium terrori vorax ignis deſcendit, vt totam, vna cum tectis, Eccleſiæ illius longe ampliſſimæ, omnibus quæ plumbo etiam obtectæ, quinque horarum ſpatio penitus hauſerit, fornicibus tamen (qui è ſaxo ſolido) integris. Munifica autem Reginæ benignitate, quæ vim magnam pecuniæ, materiamq; large ſuppeditauit, & collatitia Eccleſiaſticorum atq; aliorum ſtipe, tecta breui tempore inſtaurata ſunt, pyramis ſolummodo deſideratur.

Bathoniæ Comitis obitus. E vita hoc anno emigrauit Ioannes Bourchierus, vir antiquę nobilitatis, ſecundus huius cognominis Bathoniæ Comes, & Baro *Fitz-VVarinus*, qui ex Eleonora, filia Georgij Baronis Roſſi, numeroſam progenuit ſobolem. Succeſſit è filio primogenito nepos Guilielmus adhuc ſuperſtes.

M. D. LXII.

Primum bellum ciuile in Gallia. MOtus iam in Gallia exardeſcere cœperant, dum in minori Caroli Noni ætate, priuatæ Principum æmulorũ ambitioni, ſpecioſum religionis nomen vtrinque prætexeretur, & reformatæ religionis cultores grauiſſime premerentur. Cumque inde Pontificij in Anglia, neſcio qua vana ſpe, Proteſtantes itidem in Anglia opprimendi, multa & magna per circulos occultis colloquijs muſſitarent, omnia ſuſpicionib. erant pleniſſima. *Lenoxia & maritus custodiæ dati.* Margaretha Comitiſſa Lenoxiæ, Henrici Octaui è ſorore maiore neptis, Richardo Sackvillo, marituſq; Comes Lenoxiæ, qui cum Regina Scotorũ literarum commercium occulte habuit, Cuſtodi Rotulorũ in cuſtodiam traditi, & aliquandiu detenti. *Plures* Arthurus Polus

&

& frater, pronepotes Georgij Ducis Clarentiæ, fratris Regis Edvvardi IIII. Antonius Forteſcuus, qui eorum ſororem duxerat, & alii in iudicium tracti, quod conſpirarint ad Guiſium in Galliam ſe ſubducere, inde cum exercitu in VValliam redire; Scotam Angliæ Reginam, & Arthurum Polum Clarentiæ Ducem declarare. Quæ ſingula pro tribunali ingenue ſunt confeſſi, proteſtati tamen, non hæc ſuſcepturos ELIZABETHA ſuperſtite, quam anno vertente morituram, illicitis ariolorum artibus ſeducti crediderant. Vnde capitis damnati, vitæ tamen, ob regij ſanguinis reuerētiam, parcitum. At ſeuere, vt multi exiſtimarunt, cum Catharina Greia, Henrici Grei Ducis Suffolciæ filia, quæ Reginæ agnatione multo propinquior, actum. Illa enim Henrici Octaui ex altera ſorore proneptis, Henrico filio natu maximo Comitis Penbrochiæ enupta, & mox legitime repudiata, diu neglecta, iam grauida & ad pariendum vicina, in arcem Londinenſem coniicitur, profeſſa, ſe cum Edvvardo Seimoro Hertfordiæ Comite legitimo matrimonii nexu coniunctā eſſe, & ab eo grauidatam. Ille è Gallia reuocatus, quo animi gratia, bona cum Reginæ venia profectus erat, idem palam profeſſus, in eadem arce conditur. Archiepiſcopus Cantuarienſis, & alii ad cauſam cognoſcendam & determinandā, *omni appellatione remota*, delegantur. Cumque teſtes matrimonii intra præſcriptum tempus producere non poſſet, *definitiua ſententia* ab Archiepiſcopo pronuntiatur, *illum illicitam & illegitimam carnalem copulam cum illa habuiſſe, & pro huiuſmodi exceſſu & illum & illam debite puniendos.* Hanc ſententiam vt iniuſtam, iniquam, & nullam Ioannes Haleſius homo opinoſiſsimus, ſed eruditione multiplici, impugnauit, eos legitimos eſſe coniuges, ex ſolo ipſorum conſenſu argumentatus. Vnde & ille in cuſtodiam datus. Illa mox filium primogenitum in carcere peperit, poſteaq; & alterum corruptis cuſtodibus, ex Herfordio progenuit, quod Edvvardus VVarnerus arcis Præfectus, quaſi conſcius, luit, loco emotus cuſtodiæque traditus. Et ipſe Hertfordius in

M. D. LXII.

iudicium vocati.

Catharina Greia incarceratur.

Et Hertfordia Comes.

Sententia in eos.

Digitized by Google

Camera Stellata triplici de crimine accuſatur, quod Virginem Regia ſtirpe natam in Regia vitiarat, carcerem effregerat, & iterum compreſſerat. Ille proteſtatus, ſe matrimonium cum ea legitime contraxiſſe, non diſſimulauit, quin per fores carceris patentes eam adierat, vt de ſententia pronunciata mœrentem ſolaretur, debitumq; coniugale ſoluiſſe; Vnde pro ſingulis criminib. quinq; millib. librarum mulctatus, & nouem annos in cuſtodia detentus. Non deſtitit tamen, à Iuriſconſultis perſuaſus, contra Archiepiſcopi ſententiam, *Appellationem* interponere & clandeſtino continuare, quam tamen his temporib. ſponte & publice renunciauit. Illa poſt aliquot annos (vt quæ tempore diſparatâ, hîc ſemel coniūgam) graui morbo correpta; coram Hoptono Arcis præfecto, culpam à Regina, quod matrimonium, ea inconſulta, contraxerat, deprecata, liberoſque & Hertfordij libertatem, eius fidei obteſtando commendans, pie & placide in Chriſto obdormiuit.

Ille mulctatur.

Illa moritur.

Recrudeſcente iam in Gallia inter Principes è Regio ſanguine & Guiſios bello, religionis fuco, vt dixi, ad partium firmamentum vtrinque quæſito: Elizabetha vereri cœpit, ne vicini belli incendio Anglia etiam inuolueretur. Acceperat enim, Guiſios Antonio Borbonio Nauarræ Regi, vt in partes allicerent, Nauarræ regnum & Reginæ Scotorum connubium, vna cum Angliæ regno in dotem occulte oſtētaſſe, idq; Hiſpani opibus, & Pontificis Rom. authoritate, qui matrimonium Nauarri cum hęretica vxore diſſolueret, ſimulque Elizabetham ob hæreſim regno abdicaret. Hinc illa Henricum Sidneium virum ſpectatiſſimum eo miſit, vt hæc certius ediſceret, & ad pacem partium duces hortaretur. Verum eo res deuenerat, vt vtrinq; aures paci occluderent. Sidneius è Gallia reuerſus illico amandatur ad Scotorum Reginam, vt colloquium quod illa cum Elizabetha in Anglia expetierat, in annum inſequentem prorogaretur, vel donec bellum Gallicum deferueſceret. Iam cōſultatum, an ex vſu foret, vt hę principes in colloquiū deſcenderent. Quod Scoto-

Guiſii in Elizabetham machinantur.

H. Sidneius in Galliam miſſus. Et in Scotiam.

Digitized by Google

Scotorum Regina . expetijt, ſuſpicione non caruit, illam ſuis cõmodis ſeruire & temporib. inſidiari, vel vt ius in Angliã ſibi firmaret, vel Pontificijs in Anglia, & Guiſijs cognatis in Gallia ſpẽ pręberet & animos augeret. Contra aliis viſum erat hinc firmiſſimã inter eas amicitiã poſſe conglutinari, fœdus inter Gallos & Scotos paulatim labefactari, & Scotorũ Reginã ad Proteſtantium religionem ꝓflectari. Alii adnotarunt ex eiuſmodi colloquiis ſemina æmulationis potius, q̃ amoris ſpargi inuidioſam ſemp alteri opum & potentiæ oſtentationẽ eſſe, ꝓſentiam opinioni, & famę de corporis pulchritudine, oris venuſtate, animiq; dotib. non reſpondere, & reprehenſioni locum alterutri relinquere. Nec Scotorũ Reginæ iam tutũ videbatur ſe Elizabethę poteſtati, quacum de regni iure cõcertauerat, committere. Ancipiti etiam cogitandi cura hæſitauit (cum iam audiſſet Elizabetham à Proteſtantibus Galliæ aperte ſtare) in quam partem propenderet. *Dum ſecum* (vt ipſa ſcrip ſit) *perpenderet, ſe paternum genus ex Anglia, maternum è Gallia ducere, in Gallia coronatam Reginam fuiſſe, & Dotariam eſſe, in Anglia certiſſimam eſſe hæredem, & regnum expectare; plurimum ſe auunculis in Gallia, qui educarunt, debere, plurimum etiam amori ſororis Elizabethæ velle debere.*

M. D. LXII.

De colloquio cum Scota deliberatur.

Quætiam dubitat.

Timuit tamen, qua fuit ꝓſpicaci intelligentia, ne, ſi ad amicitiam arctiorẽ cum illa ſe applicaret, malam gratiã à Rege Galliarũ iniret, à Guiſijs auunculis deſtitueretur, pecuniáq; è Gallia dotalẽ amitteret, dum certũ Gallorũ amorem incertæ Elizabethæ amicitiæ poſthaberet, q̃ (vt ipſius verbis vtar) *perſonã non tranſgreditur.* Hinc colloquium, de quo pluribus menſib. agitatũ, etiã articulis ꝓpoſitis, tandem in nihilum recidit, maxime. cum illa, datis literis, omnino interuiſſere recuſauerit, niſi hæres regni Anglici Parlamentaria authoritate deſignaretur, aut in filiam ab Elizabetha adoptaretur, ad certiſſimam pacem, & vnionẽ regnorum toties expetitam, fundandam. Hæc ſi concederentur, ſe Elizabethæ deuotiſſimam futuram, etiam Guiſiis auunculis neglectis, pollice

Niſi certis conditionibus

Digitized by Google

M.D.LXij polllicetur. In his etiam literis innuit, ſe vehementius hæc vrgere, quod accepiſſet, nonnullos occulte cogitare, de alio ſucceſſore ſubornando, nec alio, quam religionis nomine, etſi illa Proteſtantium in Scotia toleraret religionem.

Card. Lotharingus nuptias Scota proponit. Elizabetha *deterret.*

Verum cum Cardinalis Lotharingus eodem tempore ageret cum Ferdinando Imperatore, vt illa nuberet Carolo Archiduci filio, qui Elizabethæ nuptias tunc ambiuit; Elizabetha per Thomam Randolphum denuntiauit, ſi Cardinali, capitali Anglorum hoſti, de illis nuptiis auſcultaret, & amicitiam inter Angliam & Scotiam poſſe diſſolui, & forſitan ſpem regni Angliæ intercludi. Qua ne excideret, amice monuit, vt eiuſmodi maritum in Anglia deligeret, in quo ipſa ſibi inprimis placeret, deinde ſuis, & Anglis in pace colenda ſatisfaceret, ſibique viam ad ſucceſſionem certam in Anglia præmuniret, quæ declarari non poſſit, niſi prius conſtaret, quem in maritum illa adſciſceret.

His curis etſi Elizabetha nonnihil ſuſpenſa, tota tamen in Gallicum bellum, ne è Normania Angliam afflaret, fuit intenta; & poſt maturam deliberationem, ſubditos Regis Galliæ in Normannia opem implorantes, in patrocinium recipit, pactione cum Principe Condæo, Rohano, Colinio, & aliis confecta, vt illis C. millia Aureorum numeraret, VI. CIƆ. militum in Galliam tranſmitteret, quorum III. CIƆ. ad Diepam, & Rothomagum defendenda adhiberentur. Illi autem Franciſcopolim ad Sequanæ oſtium à Rege Franciſco Primo conſtructam, quam Angli *Nouum Portum*, Galli *Portum Gratiæ* vocitant, in cautionem traderent, quam III. CIƆ. præſidiarii Angli Regis Galliæ nomine tuerentur, donec Caletum reſtitueretur. Ipſo die quo hæc pactio inita, illa rationem conſilii ſui edito ſcripto explicat; Nimirum ſe in Normanniam exercitum mittere, non vt prouinciam illam, auitum Regum Angliæ patrimonium, quo iure, quaue iniuria ereptam recu-

Pactum cum Proteſtantibus Galliæ init.

Nevvhaven. *Rationes pacti reddit.*

recuperaret, ſed vt Gallorum Regi ætate nondum adulta conſeruaret, & à Guiſiorum tyrannide vindicaret, qui in purioris religionis cultores immaniter ſæuire, ipſam ſuo in Caletum iure iniuſtè ſpoliare & iam Normanniæ portus occupare incœperant, vnde Angliæ proximæ imminerent, quam iam ſpe deuorabant, adeo vt illorum conatibus non poſſet non obuiam ire, niſi Regi iuueni, fratri, & confœderato, eiuſque ſubditis oppreſſis deeſſe, orbi Chriſtiano tranquillitatē inuidere; quodque maximum, ſuam religionem, ſecuritatem, & ſalutem ignaue prodere videretur. Cumq; Paulus Foixius Galli Orator in Anglia apud illam ageret, vt Carnutum Vicedominus, Haijus, & alij, qui pactioni ſubſcripſerant, quaſi patriæ proditores, ex Caſtelli Camaracenſis Tractatu, Regi dederentur; literis ad Regem excuſauit, culpamque ab illis in turbida Guiſiorum ingenia reiecit, qui Regis patrem, fratrē, & eum ipſum bellorum turbine inuoluerant. *M.D.LXii.* *Gallos profugos excuſat.*

Menſe Septembri exercitus Anglorum pars altera ad Franciſcopolim appulit, Adriano Poiningo ductore, qui Mareſcallus deſignatus, & ab incolis lætanter admiſſa. Altera pars ad Diepam. Comes Warvvici, qui exercitui præfectus, ſerius Franciſcopolim aduenit, aduerſantibus ventis bis in Angliam reiectus. Excurſiones deinde nonnullæ in agrum vicinum factæ, ad quas prohibendas Rhingrauius propius acceſſit, & caſtrametatus eſt. Angli & Galli nihilominus leuia certamina ſubinde ſeruerunt, & claſſiarii toto mari prædantes opima ſpolia intulerunt, naues Gallicas è vicinis ſtationibus indies abripientes. *Milites Gallam muniit.*

Vitam hoc anno naturæ reddidit Ioannes *Verus*, Comes Oxoniæ, ex hac illuſtri proſapia decimus-ſextus qui ex vxore priore, filia Radulphi Neuilli, Comitis Weſtmorlandiæ, Catharinam, Edvvardi Baronis Windeſorii coniugem tulit, ex ſecunda, Margareta Goldinga, Edvvardum Oxoniæ Comitem, qui patrimonium profligauit, & Mariam, Peregrino *Berty*, Baroni Willoughbæio enuptam. *Oxoniæ Comes.*

Ex

M.D.LXII. Shanus O-Neal in Angliam venit.

Ex Hibernia iam venerat Shanus *O-Neal*, vt quod ante annum promiſerat, præſtaret, cum ſecurigero *Galloglaſſorum* ſatellitio, capitibus nudis, criſpatis cincinnis dependentibus, camiſiis flauis croco, vel humana vrina infectis, manicis largioribus, tuniculis breuioribus, & lacernis villoſis: quos Angli non minori tunc admiratione, quam hodie Chinenſes & Americanos, proſequebantur. Ille omni cum humanitate exceptus, & ad Reginæ pedes prouolutus, rebellionis crimen eiulando confeſſus veniam impetrauit. Comiter interrogatus, quo iure Hugonem Matthæi fratris filium, auita hæreditate excluſerit, ferociter reſpondit, vt iam antea in Hibernia, optimo. Scilicet, ſe certum & legitimum Coni filium & hæredem, vtique ex vxore legitima natum, paternam adiiſſe hæreditatem, Matthæum, fabri ferrarii Dundalkienſis fuiſſe filium, à fabro genitum, natum poſt nuptias eiuſdem cum Aliſona vxore, à matre tamen pro filio Cono ſubdole obtruſum, vt hæreditatem & dignitatem *O-Neali* interuerteret; quod licet ille pateretur, alium tamen neminem ex *O-Nealorum* familia vnquam perpeſſurum. Ceſſionem quam pater Henrico VIII. & redhibitionem quam ille eidem per Diploma fecerat, inſtar nihili eſſe, cùm Conus nihil iuris haberet in iis quibus ceſſaret, niſi ad vitam ſuam; nec ſine conſenſu procerum & populi à quibus ad *O-Neali* honorem electus erat, cedere potuiſſe. Diplomata etiam eiuſmodi nihil valere, niſi certus familiæ hæres iureiurando XII. virorum prius comprobetur; quod hac in re minime factum. Se vero iure diuino & humano certum eſſe hæredem, primogenitum ſcilicet patris, legitimo matrimonio procreatum, atq; vnanimi procerum populique conſenſu *O-Neal* deſignatum, ex patria *Taniſtriæ* lege, qua vir matura ætate, puero, & patruus illi nepoti, cuius auus patri ſuperuixerit, præferendus. Nec qui quam authoritatis in Vltoniæ proceres ſibi arrogaſſe, quam maiores retroactis têporibus, vt prolatis tabulis probare poterat, iure ſuo exercuerant.

Cauſam ſuã defendit.

Digitized by Google

euerant. Sed de his alibi dixi. Quæ cum fidem apud Reginam inueniſſent, ille cum honore domum remiſſus, contra prædones Hebridianos ſtrenuam & fidelem operam aliquandiu nauauit.

M. D. LXIII. *Domum remittitur.*

M. D. LXIII.

MEnſe Ianuario regni Ordines Weſtmonaſterij conuenerunt, legesque ſalutares tulerunt ad pauperes ſubleuandos, rem nauticam, & agriculturam adaugendam, errones, falſarios, nummorum adulteratores, hariolos, Necromanticos, Sodomitas, periuros coercendos, Biblia ſacra, & Liturgias in Cambro-Britannicam linguam conuertenda. Nec non ad Reginæ regnique maieſtatem conſeruandam, & detrimenta cum dedecore, quæ ex vſurpata Pontificis Romani authoritate obuenerunt, auertenda: atque ad prorumpentem eorum, qui eandem propugnant, audaciam comprimendam, eos læſæ maieſtatis reos eſſe ſanxerunt, qui ſcripto, typis, verbo factoue externi cuiuscunq; Principis, Prælati, aut *Status* authoritatem in Spiritualibus in Anglia vel aliis Reginæ ditionibus tertio aſſeuerabunt, quiq; iuramentum de ſuprema Reginæ in cauſis Spiritualibus, vel in perſonas Eccleſiaſticas poteſtate ſecundo oblatum recuſabunt. Ita tamen, vt neque *ſanguis corrumpatur*, nec bona fiſco cedant, nec hoc iuramentum ab aliquo regni Barone, aut eminentioris dignitatis (cum de fideli eorum obſequio Regina minime dubitaret) exigatur, nec ab alio quopiam, *niſi qui eſt, erat, aut erit ex ordine Eccleſiaſtico, aut munia Eccleſiaſtica nunc gerit, gerebat, aut geret: aut moniti ritus Eccleſiæ Anglicanæ non obſeruabunt, aut eoſdem verbo aut facto publico deprauabunt, aut Miſſas celebrabunt, vel audient, & cætera*, quæ in lege videre eſt. Ordines præterea temporum fœlicitati congratulantes, Reginæ ob religionem reformatam, pacem reſtitutam, Angliam cum

Parlamentum habetur *Leges latæ.*

Sco-

Scotia ab externo hoſte liberatam, pecuniam repurgatam, claſſem reſtauratam, apparatum bellicum & nauticum ſupra expectationem comparatum, & laudatum in Gallia inceptum ad ſecuritatem Angliæ, iuuenique Galliarum Regi præſtandam, atque Caletum recuperandum, conceſſerunt Eccleſiaſtici vnum *Subſidium*, Laici itidem alterum cũ duab. *Quindenis, & decimis*. *Quindena & Decima* (vt in exterorum gratiam adnotem) taxatio certa eſt, olim impoſita ſingulis Ciuitatibus, Burgis, & Oppidis non viritim, ſed generatim pro ratione decimæ-quintæ partis facultatum locorum. *Subſidium* vocamus quod ſingulis capite cenſis viritim pro ratione bonorum & agrorum imponitur. Verum nec hæc nec illa taxatio vnquam imponitur niſi ex ordinum conſenſu in Parlamento.

M. D. LXIII.

Quindena & Decima

Subſidium

Interim Princeps Condæus dum ad auxiliares Anglos in Normania feſtinato itinere cõtendit, memorabili illo Druidenſi prælio interceptus, à Guiſio captiuus abducitur, & vna inter alios Nich. Throcmortonus, qui ſponte à Proteſtantibus antea captus (vt occulta quædam conſilia cum illis communicaret) prælio interfuit. Ille autem paulo poſt dimiſſus, pecuniam pactam Colinio repreſentauit, qui cum auxiliaribus Anglorum cohortib. ad Caſtrum Cadomenſe quod tunc obſedit, profectus, eorum ope Cadomum, Baiocaſſas, Faleſiam, & S. Laudi Fanum ad deditionem facilius adegit.

Throcmortonus captus.

Angli auxiliares in Gallia.

Dum hæc in Gallia geruntur, Elizabetha per Chalonerũ in Hiſpania Legatum Regi ſignificat, ſe exercitum in Galliam tranſmiſiſſe, vt Guiſiis in ipſam inſultantib. & exitioſa meditantib. tempeſtiue occurreret, priuſquam, in Angliam bellum transferrent, & Franciſcopolim in manus traditam detineret, donec de Caleto ſatisfieret. Reſpondet ille, Si Caletum tantummodo repetatur, hoc ſe primis votis optare, ſin religionis cauſa bellum ſuſcipiatur, religionem auitam ſe non poſſe negligere: *Quod ad Guiſios, quantuli ſunt*, inquit, *illi, vt potentiſſima Angliæ Regina ab illis timeat, quibus nulla iam,*

Elizabetha Hiſpanum de auxiliis in Galliam miſſis docet.

Quid ille reſpondet.

Digitized by Google

iam, vt prius, cum Gallo intercedit affinitas. In Anglia etiam Epiſcopus Aquilanus Hiſpani Legatus Hiſpanum nec velle, nec poſſe Gallum fratrem hoc bel'o deſerere, ſæpius Reginæ denunciauit. Cui illa nihil aliud, quam Adagio illo Anglico reſpondit. *Sua cuique domus tuenda eſt, & mihi mea.* Nec Hiſpanum latuit, Reginam eodem tempore ſedulo agere cum Proteſtantibus Germaniæ Principibus, per Henricum K*nolles*, & Chriſtophorum Montium, de Condæo ſubleuando, & communi religionis cauſa propugnanda. Vnde & ille infenſior, cauſas in eam occulte, religionis etiam nomine, quæſiuit. M.D.LXIII

Obſides pro Caleto fugam adornant.

Inter hæc, obſides Galli, qui in Angliam dati, pro quingentis millibus *Coronatorum*, de Caleto reſtituendo, cum omnia ad bellum ſpectare viderent, fugam adornarunt; ſed nauem conſcenſuri, retracti ſunt cum Ioanne Ribaldo, Nauarcho illo celebri, qui ad eos ſubducendos in Angliam clam aduenerat. Pax interea in Gallia inter Regem, & Condæum, ſpe ſummæ rerum in Gallia adminiſtrationis, & matrimonii cum Scota lactatum, atque Proteſtantes conuenit, nulla habita Reginæ Angliæ ratione. Qui omnes vno ore proteſtati ſunt, niſi Angli mox Franciſcopoli abſcederent, pactum in Tractatu Caſtelli Cameracenſis, de Caleto reſtituendo, irritum fore, publicaque præconis voce omnibus Gallis facta erat poteſtas omnes Anglos inuadendi, capiendi, & deprædandi dum Franciſcopolim tenerent. Eandem poteſtatem Regina Anglis itidem conceſſit, vt hoſtium loco omnes Gallos (præter Londini incolas) haberent, dum illi Caletum detinerent. Hinc incredibile eſt quanta claſſe Angli maria inuaſerint, & Gallis præcluſerint, imo & Hiſpanis, vt neceſſarium fuerit Reginæ prædatoriam eorum in Hiſpanos inſolentiam per Legatum excuſare, & edicto cohibere.

Pax in Gallia.

Bellum vtrinque indicitur.

Warvvicenſis Franciſcopolis Præfectus, cum vacillantem Gallorum incolarum fidem perſpiceret, qui iam ex tenui pacis rumore, de oppido prodendo, & excludendis

G Anglis

MD.LXIII Anglis clandeſtina conſilia, & inter ſe, & cum Ringrauio, qui cum copiis in vicina egit, agitabant; omnes Gallos, tam Proteſtantes, quam Pontificios ſine diſcrimine ex oppido emouet, eorumque nauigiis manum iniicit, quod ægerrime Galli tulerunt quiritantes Anglos, non tam afflictorum Gallorum protectionem, quam loci poſſeſſionem cogitare, & eos vt exteris iniquiores ſugillarunt. Certe nihil olim Normannos, Aquitanos, Pictones, & reliquos Anglici iuris in Gallia magis abalienauit, quam quod eos non alio, quam exterorum loco habuerint. Iam ad oppidi oppugnationem Galli omnia ſedulo comparant, ſimulque Rex & Condæus per Briquemotium & D' aluium, de Franciſcopoli reddenda, ſolerter in Anglia agunt, nec Regina abnuit, hiſce legibus. *Si Hiſpanus fideiuberet de Caleto ad præfixum tempus reſtituendo, Tractatus ad Caſtellum Cameracenſe, interpoſitis Regis, Reginæ parentis & Principum è ſanguine Regio iuramentis, confirmaretur, ſinguliſque Galliæ Parlamentis cōprobaretur, & obſides è primaria nobilitate traderentur.*

Galli incolæ è Portu Nouo eiiciūtur.

Pro Caleto offertur.

Interim Franciſcopoli peſtis in præſidiarios grauiſſime graſſatur, & è ſubſidiariis eo miſſis ducenti cum ductore Thoma Fincho, viro Ordinis Equeſtris, & duo Baronis Wentworthii fratres, naufragio perierūt. Vnde cum ſpes tenuis eſſet oppidi retinendi, Thom. Smithus Ordinarius in Gallia Legatus, iubetur proponere, de reſtituenda Franciſcopoli pro Caleto, vtque res, vel Hiſpano, qui Galli ſororem duxerat, arbitro, componeretur. Illi autem prorſus abnuerunt, dictitantes, *Gallum ſuperiorē agnoſcere nullum, nec res ſuas cuiuſcunq; Principis arbitrio permiſſurum.* Nicholaum vero Throcmortonum cum mandatis & documentis ad hæc miſſum comprehenderunt, ſuſpicati hominem rebus miſcendis gnarum ad turbas concitandas rediiſſe, cauſati illum ſine fide publica in Galliam veniſſe, cum tamen & literas fiduciarias, & alias à Gallico in Anglia Legato haberet. Nec audire quidem illum voluerunt, certo perſuaſi, Franciſcopolim peſtis ſæuitia breui expugnatam iri. Eo iam

Peſtis inter milites.

Digitized by Google

iam acceſſerat Momorantius Conſtabularius, cum primaria nobilitate, & paulo poſt ipſe Condæus cum flore Proteſtantium. Anglis, mutatã Gallorum Proteſtantium mentem ſummopere demirantibus, reſponſum fuit, non de religione, ſed de patria iunctis viribus, pace iam confecta, dimicandum. Tubicinem ad Warwicenſem Momorantius mittit, qui deditionem imperaret, ille eum remittit cũ Hugone Powletto, qui oſtendit Anglos paratos extrema quęque ſubire, potius quam Reginæ iniuſſu locum dedere. Excitatis itaque aggeribus, continuata per plures dies machinarum diſploſione, ruinis apertis, aquæductibus intercluſis, & aqua è foſſa, quæ mari altior, deriuata, expugnationi inſtant Galli, animoſa fide pro viribus obſiſtunt Angli, pluribus quotidie vi peſtis, quam hoſtili gladio pereuntibus. M.D.LXIII *Obſidetur.*

Hæc vt Elizabetha comperit, afflictiſsimæ ſuorum ſorti illachrymans, ne diutius peſti & cædi viros fortiſsimos exponere videretur, ductorum & militum virtute publico ſcripto laudata, Warwicenſi mandat, vt honeſtis conditionibus cum Gallo de deditione tranſigeret, qui Powlettum, Mauritium *Dennis*, præſidii Quæſtorem, Horſeium & Pilhamum ad Momorantium de deditione delegat, breuique in has conditiones conuenerunt. *Vt oppidum cum vniuerſo apparatu bellico, & nauibus & bonis, quæ ad Galliæ Regem eiuſque ſubditos ſpectabant, redderetur, maior oppidi turris illico in manus Momorantio traderetur, capti vtrinq; ſine precio dimitterentur, & Angli cum omnibus, quæ ad Reginam & ipſos ſpectãt. libere intra ſex dies, ſi venti permitterent, exirent.* Obſides dati Oliuarius *Manours*, Comitis Rutlandiæ frater, Leigthonus, Pelhamus, & Horſeius. Vltimus manſit Edwardus Randolphus Tribunus militum qui pietate nunquam ſatis laudata, miſellos milites ægros & peſte laborantes, ſuis humeris in naues conuehere non deſtitit. Ita Franciſcopolis grauius peſte quam ab hoſte oppugnata, Gallis relicta, poſtquã Angli x 1. menſes tenuiſſent. Quo tempore præter gregarios milites, Somerſettus, Ioannes Zouchus, Albericus *Deditur.*

Digitized by Google

M.D.LXIII Darcius, Drurius, Entweſſellius, Ormesbeius, Vaghanus, Crokerus, Cockſonus, Proudus, Saulus, Kemiſius. egregii militum ductores, peſte abſumpti. Interfecti duo fratres Tremaini, Sanderus, Bromfeldus, machinarum præfectus, Robinſonus oppidi Balliuus, Strangwaius, nauali laude clarus, & Goodalus in cuniculis agendis vir longe periſſimus.

Publica inde in Gallia lætitia. Ob hoc oppidulum receptum Rex Galliæ immortales Deo gratias publice egit, Pontificii per Galliam præ gaudio exultarunt, gloriantes Anglos Proteſtantium eorundem ope è Gallia eſſe eiectos, à quibus in Galliam vocati, & inde ſemina diſſidii inter Anglos & Proteſtantes Galliæ ſparſa eſſe. Hoſpitalius Cancellarius copioſa oratione hanc fœlicitatem Gallis congratulatus, vt amplificaret, ex falſo rumore retulit, Anglicam claſſem cum auxiliaribus copiis in conſpectum oppidi, poſtridie quam dederetur, aduenisſe; & pronunciauit Anglos hoc bello iure ſuo ad Caletum repetendum omnino excidiſſe. Milites peſte laborantes in Angliam reuecti, ita contagioſa lue vim morbi diſperſerunt, vt vniuerſum regnum grauiter afflixerit, & vna vrbe Londino quæ CXXI. Parœciis conſtat, intra annum XXI. CIↃ. IↃXXX. plus minus cadauera elata.

Peſtis Londini ſæuit.

Scotæ nuptiæ denuo proponuntur. Cum bello ciuili in Gallia flagrante, Guiſius Reginæ Scotorum auunculus cecidiſſet, dotalis pecunia è Gallia non ſolueretur, Hamiltonius Dux Caſtri Heraldi Ducatu exueretur, & Scoti præfectura ſatellitii in Gallia excluderentur; illa ſane ægerrime tulit. Cardinalis Lotharingus alter ex auunculis veritus, ne hinc illa Gallis relictis, ad Anglorum amicitiam ſe applicaret, per Crocum iterum nuptias cum Carolo Auſtriaco, Comitatu Tiroli in dotem oblato, proponit. Illa rem Elizabethæ impertit, quæ per Randolphum, eadẽ quæ prius dixi, de marito adſciſcendo monuit, & deinde explicatius Robertum Dudleium in maritum commendauit, (cuius vxor Robſerti hæres iampridem præcipitio perierat) promiſitque, ſi illum duceret, eam

Angla Dudleium in maritum commendat.

Parla-

Parlamentaria authoritate declarandam eſſe *ſororem*, *aut filiam*, *Angliæq; hæredem*, modo ipſa improles obiret. Quamprimum hoc per Foixium, Gallicum in Anglia Legatum, Regina parens, & auunculi comperiſſent, coniugium cum Dudleio adeo dedignati ſunt, quaſi omnino impar, regio genere, regiaque Maieſtate prorſus indignum, vt promiſerint, non modo dotalem pecuniam rependendam, ſed Scotis omnes priſtinas libertates, imo & ampliores, ſi illa in Gallica amicitia firmiter perſiſteret, & oblatum illud coniugium reſpueret. Suggeſſerunt etiam, Elizabetham non ſerio, ſed ſimulate has nuptias proponere, quaſi ipſa Dudleium ſibi in maritum deſtinarit; nec eſſe, cur illa in Parlamentaria authoritate ſpem poneret, cum in Anglia, quod alterum Parlamentum ſanxit, alterum refigat. Prçterea Anglorum conſilia nihil aliud ſpectare, quam quauis arte, ne omnino nuberet, diſtinere. Hanc tamen rem illa ad colloquium refert, grauibus moleſtiis domi interim conflictata, dum Morauius Archiepiſcopum S. Andreæ in carcerem coniiceret, quia Miſſis celebrandis non abſtinuiſſet, cui veniam lachrimis profuſis ægre exorauit, & feruidi Eccleſiæ Miniſtri, Morauii authoritate ſuffulti, vim facerent impune Sacerdoti, qui Miſſam in aula (quod lege permiſſum erat) celebrarat. Nec tumultuantes illa cohibere potuit, quamuis tota in Reipublicæ curã incumberet, Amneſtiam concedendo, ſtipendia Iudicibus adaugendo, ſalutares leges ſanciendo, capitali pœna adulteris inflicta, & in tribunali ſæpe cauſas audiendo, vt æquabili iure ſummos cum infimis contineret.

M.D.LXIII

Galli diſſuadent.

Scoti Reginæ ſuæ inſultãt.

Funeſto hoc anno magno cum Proteſtantium dolore obiit Guil. Baro Greius *de Wilton*, Berwici Præfectus, vir militari gloria florens, patrimonio admodum acciſo ex graui redemptionis precio, quod captus in Gallia perſoluit: cui in Berwici Præfectura Franciſcus Bedfordiæ Comes ſuffectus.

Baro Greius moritur.

Obiit etiam non minore Pontificiorum deſiderio Al-

Digitized by Google

M.D.LXiij

Et Epiſcopus Aquilanus.

uarus *à Quadra*, Epiſcopus Aquilanus, Hiſpani in Anglia Legatus, qui eorum ſpes de Romana religione reſtauranda fouerat, & Polos, quos dixi, ſibi intimos habuerat. Vnde adeo ſuſpectus, quaſi rebus in Anglia turbandis, & amicitiæ inter Reginam & Hiſpanum diſcindendæ totus incũberet, vt Regina de homine reuocando apud Hiſpanum egerit. Ille autem pietatis nomine excuſauit, & incommode cum Principibus agi reſcripſit, ſi ex qualibet offenſa Legati domum reuocarentur. Indignabatur ſane hunc ipſius Legatum, ipſo inconſulto, fuiſſe domi concluſum, interrogationibus ſubditum, & publice reprehenſum, nec alia de cauſa, quam quod Italum, qui in alterum bombardulam diſploſerat, in ædes fugientem admiſerat, & clam emiſerat. Iam inde Hiſpanus in Anglos commotior erat, arrepta occaſione, quod Angli piratæ Gallos in ora Hiſpaniæ infeſtarent, & nauigationem in Indiam occidentalem cogitarẽt: iramq; conceptam manifeſto prodidit, Richardum Shelleium Anglum, religionis nomine profugum, auerſiſſimo à ſuo Principe animo, honorifica legatione, Maximiliano Romanorum Regi deſignato, congratulatum mittendo, & in quaſdam Anglorum mercatorum naues in Bœticæ portubus manus iniiciendo, quia Angli dum Gallos perſequerentur, Hiſpanorum naues intercepiſſent.

Hiſpanus in Anglos commotior.

Vitam etiam cum morte commutauit hoc anno, ætate iam ingraueſcẽte, Guilielmus Baro Pagetus, quem ad ampliſſimos honores ſua virtus extulit; præclara enim eruditione & prudentia meruit, vt Henricus VIII. in Secretarium adſciuerit, Legatum ad Carolum Imperatorem, & Franciſcum primum Galliarum Regem miſerit, & inter regni curatores tenella filii ætate nominauerit; Edvvardus Sextus Ducatus Lancaſtriæ Cancellarium, Aulæ Regiæ Cenſorem ſiue *Contrarotulatorem* conſtituerit, ad Baronis honorem euexerit, & Georgiana periſcelide donauerit, (quam tamen Dudleius Northumbrius ignominioſe detraxit, & Maria, cum honore, vt *prudentia & conſilio optime*

de

de Repub. promerito, reſtituit) Cuſtodiæque Priuati Sigilli præfecerit, qui inter ſummos ciuilium honorum gradus quartus. (Henricus enim VIII. ex lege Parlamentaria primum locum Cancellario, ſecundũ Theſaurario, tertium Regii Conſilii Præſidi, & quartum Priuati Sigilli Cuſtodi detulit, & ſupra quidem omnes Duces, Regum filiis, fratribus, patruis & nepotibus exceptis.) Elizabetha negotiis jam præ ætate imparem, publicis curis, quod expetiit, laxauit, chariſſimumque habuit, licet Romanæ religioni deditiſſimum. Filios reliquit Henricum, & Thomam, qui inuicem in Baronis honore ſucceſſerunt, & Carolum ſæpius dicendum, filias etiã aliquot in clariores familias elocatas. *M.D. LXIII.* *Summi honorum gradus.*

Illum ad meliorem vitam comitatus eſt Henricus *Manours*, ſiue *de Maneriis*, Rutlandiæ Comes, Thomæ primi ex hac familia Comitis filius, Georgii Baronis *Roos*, nepos ex filia Thomæ à * *S. Leodegario*, Annæque vxoris, quæ ſoror Regis Edvvardi Quarti, plurimum ſplendoris attulit, & pronepos Roberti, qui ducta filia & hærede perantiqui Baronis *Roos*, opimos reditus, & titulum Baronis *Roos* in familiam intulit. Progenuit Henricus ex Margareta Nevilla, Radulphi Comitis Weſtmorlandiæ filia, duos filios, Edvvardum & Ioannem, ſuo ordine Rutlandiæ Comites, & filiam Guilielmo Courtenæio de *Pouderham* enuptam. *Comitis Rutlandiæ obitus* * *St. Leger, ſiue Sellenger.*

Miſeram etiam vitam exuit Franciſca, Duciſſa Suffolciæ, filia Caroli Brandoni Ducis Suffolciæ, ex Maria, altera Hẽrici Octaui ſorore, & Dotaria, Galliæ Regina, cum primũ Ianam filiam, Reginam Angliæ promulgatam, & paulo poſt capite obtruncatam, mox maritum ſuum eodem ſupplicio ſublatum, Catharinam ſecundam filiam, Comitis Penbrochię filio nuptam, repudiatam, & jam carcere concluſam, Mariamque filiam tertiam impari conjugio cum Keio * aulico aleatorum arbitro coniunctam vidiſſet, & ipſa generis oblita, Adriano *Stokes* minorum gentium nobili, ſuo dedecori, ſed tamen ſecuritati, nupſiſſet. *Et Duciſſa Suffolciæ.* * *Groom-Porter.*

M. D. LXIIII.

GAllia iam exultabat domeſtica pace recuperata, quam quodammodo Reginæ Angliæ debebat. Eam enim libentius inter ſe conciliarant, vt influentibus Anglis viam obſtruerent, non immemores quantas olim ſtrages dederint, à Burgundo ex priuata ſimultate in Galliam euocati. Cum hinc inter Gallos & Anglos potius belli ardor reſtinctus, quam pax coaluerit, Regina à Proteſtantib. Gallis male gratis neglecta, ſtatuit non amplius rem alienam ſuo periculo curare, ſed deliberate ad pacis cogitationem ſe recepit, quam per Thomam Smithum virum prudentem & apprime eruditum tentauit, & Galli perlibenter audierunt. Throcmortonus, qui libera quaſi cuſtodia in Gallia tunc egit, illi in pace procuranda adiunctus. Gallia Moruillerio Epiſcopo Aurelianenſi, & Iacobo Burdino à ſecretis rem cõmiſit, qui in has pacis leges Trecis Campaniæ menſe Aprili conſenſerunt. *Neuter inuadet alterum: Inuadenti alter non auxiliabitur. Priuatorum facta ſolum eos tenebunt. Commercium liberum erit. Proditores & rebelles non recipientur. Literæ Repriſalium non concedentur. Iniuriæ obliuione ſepelientur. Reſeruatio iurium. Iura, Actiones, Petitiones, Præſentationes quæ inuicẽ reſpectiue habent, aut habere prætendunt, remanebunt eis ſalue & integre, & pari modo Defenſiones & Exceptiones reſeruabuntur.* Poſtridie ſeorſim de his conuenerunt. *Certa pecuniæ ſumma ſtatis temporibus Reginæ rependetur, obſides ex Anglia* DCXX. *millibus Coronatorum numeratis, liberabuntur, & Throcmortonus liber in patriam poſt fœderis confirmationem reuertetur.* Lætitiam ex hac pace Gallus accenſis publice pro more pyris teſtatus eſt. Eam Regina Angliæ coram Gonoro & Foixio iureiurando confirmauit, & paulo poſt Gallus itidem corã Barone Hunſdonio, qui eum in Georgianum Ordinem adſcitum

Pax inter Gallum & Anglam.

Pacis Articuli.

Gallus in Ordinem Garteri adſcitus.

ſcitum eodem tempore periſcelide, trabea honoraria, torque roſato cum S.Georgij imaguncula dependente & cæteris rite inueſtiuit. M. D. LXIV.

Diegus, ſiue Didacus Guſmanus de Sylua, Canonicus Toletanus, his dieb, in locum Epiſcopi Aquilani, qui ante aliquot menſes obierat, Legatus in Angliam venit grauitate & Sacerdotali habitu venerandus. Hoc temporis interuallo durius cum Anglis in Hiſpania, authore Roderico Gomezio de Sylua, odio religionis actum, ſed temperauit Dux Albanus, an ſtudio quod præ ſe ferebat in Anglos, an æmulatione in Gomezium, non facile quis dixerit. Duriter etiam agebatur cum Anglis in Belgicis Hiſpani Prouincijs, dum ex religionis itidem odio Granuellanus Cardinalis Anglos & Belgas mutuo commercio beatos committere ſtudet. Eo enim curante, Belgæ anno ſuperiori per Aſſonuilium querebantur vectigalia ſolito maiora mercimonijs in Anglia eſſe impoſita (quod tamen Philippo & Maria regnantibus factum) necnon plurima mechanica Belgarum opificia Parlamentaria authoritate eſſe interdicta. Querebantur viciſſim Angli ſua in Belgio bona pro rebus minutiſſimis confiſcari ex authoritate quorundam nouorum edictorũ, quib. etiam quædam merces exportari vetantur; tranſitum per Belgicas Prouincias cum equis, nitro, puluere tormentario ex Italia & Germania prohiberi, grauiſſima vectigalia, nec prius audita pro cibarijs, anchoris, ædibus, &c. rigidiſſime exigi; & hæc omnia contra fœdus Commercij (*Intercurſum magnum* vocant) olim initum.

Angli duriter in Hiſpania habiti.

Et in Belgio.

Querela mutua Belgarum & Anglorũ.

Interea Duciſſa Parmenſis Belgij Gubernatrix primum vetat materiam prohibitarum in Anglia mercium è Belgio in Angliam euehi, & mox pannos Anglicos in Belgium inuehi, colore quæſito à peſte quæ in Anglia nuperrime graſſabatur, reuera ſubdolo Granuellani Conſilio, vt pannarii Angli, & qui ab iis magno numero dependent, ad tumultus concitarentur, cum panni non exportarentur, & res pannaria interim in Anglorum detrimentum in Belgio cõſtitue-

Angliæ merces in Belgio prohibitæ.

M. D. LXIV.

ſtitueretur. Angli ſtomachantes, arrepta hac occaſione, quaſi ab Inquiſitione Hiſpanica iam in Belgium illata ſibi timerent, & tumultus in Belgio futuros præuidentes, Emdæ ad Amaſim fl. in Friſia Emporium pannorum & mercium Anglicarum conſtituunt. Contra Gubernatrix Belgii edixit ne quis Belga commercium cum Anglis Embdæ aut alibi exerceret, aut merces ab iis emptas in Belgium ſub confiſcationis pœna importaret.

Angli Emporium Emdæ conſtituunt.

Guſmannus conciliare ſtudet.

Hæc vt acria & vtrinq; damnoſa cenſuit Guſmannus. Vir ille prudens novit quantæ opes ex Anglorum cõmercio in Belgium redundarint, ex quo Lodouicus *Malanus* Flandriæ Comes, circa annum 1338. Anglos immunitatibus ampliſſimis conceſſis ad Emporium lanæ Anglicæ Brugis Flandriæ conſtituendum illexerit. Iam inde enim ex concurſu omnium fere gentium in Flandriam ad pannos ex Anglica lana, aliaſque Anglicas merces emendas, & ſuas diſtrahendas, incredibile eſt quantum res mercatoria, inſtitoria, naualis, & piſcatoria apud Belgas floruerit. Adeo vt lana Anglica verum fuerit Belgis *Vellus Aureum*, cui inclytus ille Militaris *ordo Velleris Aurei*, ſuam originem & Burgundiæ Duces magnas opes debuerunt. Certe hoc noſtro tempore (ex rationum tabulis loquor) commercium inter Anglos & Belgas 12. Milliones Aureorum in ſingulos annos ſuperauit, & panni Anglici (vt plumbum, ſtannum, & cætera taceam) Antuerpiam quotannis exportati V. Millionibus Aureorum ſunt æſtimati. Hinc ille ad rem componendam enixus, effecit vt commercium intercluſum in priſtinum ſtatum reſtitueretur, & quæcunq; à Calendis Ianuarii anno primo Elizabethæ vtrinq; contra decreta & inſtituta, ſuſpenderentur, donec à Delegatis vtrinq; plenius prouideretur.

Anglica lana Vellus Aureum Burgundiæ.

Opulentum inter Anglos & Belgas commercium.

Guſmanni opera reſtitutum.

Anno autem inſequente, cum Vicecomes *Montiſacuti*, Nicholaus Woottonus, & Gualterus Haddonus, à Supplicum libellis pro Anglis; Montignius, Aſſonuilus, & Ioachimus Egidius pro Belgis hæc Brugis ſemel atque iterum tra-

ctare

Digitized by Google

ſtare inciperent, tumultus Belgici incrudeſcentes colloquium interruperunt, poſtquam conueniſſet vt commercium libere exerceretur, donec Princeps alter alteri contra enuntiaret, mercatoribus quadraginta ante diebus vtrinque præmonitis, vt ſibi & mercibus conſulerent.

His foras compoſitis, ruris amœnitates quæſiuit Regina, & Cantabrigiam Academiam alterū Britanniæ lumen uiſit, vbi à ſtudioſis nullo non honoris genere excepta, Comœdiis, Tragœdiis, & Scholaſticis digladiationibus oblectata, ſingula Collegia perluſtrauit, & habita Latine oratione propēſam eorum beneuolentiam agnouit, multiplicem eruditionem laudauit, exhortata vt in pietatem & bonarum literarum ſtudium omni cogitatione incumberent, de quibus ſe bene merituram ſpoſpondit. *Elizabetha Academiam Cantabrigiam inuiſit.*

Reuerſa Robertum Dudleium Hippocomum ſumma gratia apud ipſam florentem, quem maritum Reginæ Scotorum, vt dixi, tacito conſilio deſtinauerat, vt ad tantas nuptias commendatior eſſet; Baronem Denbighiæ (data illi Denbighia cum latifundiis) creat, & poſtridie Leiceſtriæ Comitem, *ſibi & hæredibus maſculis de corpore legitime natis*. Cuius etiam in gratiam fratrem eius natu maioré Ambroſium titulo Baronis Inſulæ, ſiue *Lysle*, & Comitis Warvvici antea ornauerat, *ſibi & hæredibus maſculis legitimis, Robertoq; fratri ac hæredib. ſuis maſculis legitime de corpore procreatis*. Dudleius his honorib. auctus, vt gratiā apud Reginam Scotorū, quam omnib. officiis ambiuit, & demereri ſtuduit, iniret, illico Baconum Magni Sigilli Cuſtodem apud Reginā inſimulauit, quod in cauſa ſucceſſionis ſe contra Scotorū Reginam immiſcuerit, conſciuſq; fuerit libelli, quo Haleſius, quem dixi, ius Coronæ Angliæ, ſi Regina improles obiret, Suffolcienſi familiæ aſſerere conatus. Vnde ille in carcerem coniectus, Baconum vero licet inficiaretur ægre & ſerius apud Reginam in gratiam reſtituit Cecilius, qui ſuum hac de re iudicium ſepoſitum & reconditū apud ſe habuit, & ſemper habere ſtatuit, niſi quod profeſſus eſt, ipſa Re- *Rob. Dudleium ad honores euehit.* *Ille Baconum ſubaccuſat.*

gina

Digitized by Google

M.D.LX-IV.

Diuerſa de ſucceſſione ſtudia.

gina exprømere imperaret: quæ ſane nihil magis auerſis auribus vnquam audiuit, quam ius ſucceſſionis in diſceptationem vocari. Prudentiores autem & opulentiores nulla cura magis exercuit, dum in Religionis diſcidio, Proteſtantes eſſe. ueſcentes Scotorum Reginam, quia alterius religionis, etſi iuris minime dubitati ex apicibus & verſutiis legum rejiciendam, Pontificiorum alij, & plerique omnes, æqui bonique illam, vt veram & certam ex iure hæredem admittendam cenſerent: & nonnulli Margaretam Scotæ amitam vxorem Matthæi Stuarti Comitis Lenoxiæ, & eius liberos præferrent, vtique de quibus in Anglia natis optima quæque ſperabant. Hæc Scotorum Reginam non latuere, vtque quantum poterat, præuerteret, ex conſilio Comitiſſæ Lenoxiæ amitæ, Matthæum Comitem Lenoxiæ in Scotiam accerſiit ſpecie in auitum patrimonium reſtituendi, reuera vt de his rebus conſulendi, qui vxoris opera & veniam, & etiam literas commendatitias ab Elizabetha impetrauit, cum patria iam totos xx. annos exulaſſet.

Scota Lenoxium in Scotiam reuocat.

Lenoxii genus.

Ille (vt ad maiorem perſpicuitatem altius rem repetam) ex eadem *Stuartorum* ſtirpe, quæ regia Scotorum familia, & etiam regio eorum ſanguine, natus erat. Maria enim, Iacobi ſecundi Regis Scotorum filia, peperit Iacobo Hamiltonio Iacobum, primum, ex hac ſtirpe Araniæ Comitem, & Mariam filiam, vxorem Matthæi Stuarti Comitis Lenoxiæ huius prænominis primi. Iacobus Comes Araniæ primæ vxori repudiatæ, & ſuperſtiti ſuperinduxit Ienettam Betoniam, Cardinalis Betonii amitam, è qua Iacobum Caſtri-Heraldi Ducem ſuſcepit, quem hinc pro illegitimo æmuli habuerunt. Maria ſoror Comitis Araniæ, enixa eſt Matthæo Ioannem Comitem Lenoxiæ, qui ab Hamiltonis, dum Regem Iacobum I V. in libertatem aſſerere voluit, occiſus, reliquit hunc, de quo agitur, ſecundum Matthæum Stuartum, Lenoxiæ Comitem Iacobo Quinto patris nomine longe chariſſimum. Matthæus au-

S tem,

em, Rege defuncto, & Hamiltoniis rerum potientibus, n Galliam ſe ſubduxit: vnde in Scotiam ab Henrico Galiarum Rege, ne quid detrimenti Reſpublica Scotica per Hamiltonium Proregem caperet, remiſſus, operam ſtreiue præſtitit. Ille tamen vir vere bonus & apertus, Cardialis Betonii & Hamiltonii verſutiis irretitus, Galli fauore oreui excidit. Cumque nec domi manere, nec in Galliam edire potuerit, in Angliam venit, & Henrici Octaui fidei e permiſit, qui eum clientelis in occidua Scotiæ parte poentem gratanter excepit, vt proximum hæredem Regni cotiæ, poſt Mariam tunc infantulam agnouit, (etſi Hamiltonii, poſſeſſionibus in fiſcum redactis, damnauerint) Margaretamque *Douglaſiam*, ſuam è ſorore natu maiori neptem in matrimonium dedit, cum latifundiis in Anglia, uæ annis ſingulis valerent M D C C. *Marcis* ſtipulatione facta, vt ille Caſtrum Dunbritonium, Inſulam Butham cum Caſtro Rothſaio Anglo in manus traderet. Quæ fortiter iſcepta ſucceſſu caruerunt. M.D.LX. IV.

Hunc Scotorum Regina, fœmina prudens & prouida, quæque in ſpem Angliæ incubuit, in Scotiam, vt dixi, acerſiit, exilium remiſit, & in bona auita reſtituit, tum vt Iacobi Nothi fratris, quem Comitis Morauiæ honore auxerat, conatibus opponeret, tum vt de ſucceſſione in Anglia er huius filium, Henricum Darlium aliis ſpem præcluderet. Si enim ille iuuenis regio ſaguine in Anglia natus, Angliſque admodum charus, potentiori alicui familiæ Angliæ coniungeretur, ſubtimuit, ne ille Anglorũ viribus ſubixus, in iure ſucceſſionis in Anglia obſtaculo eſſet, cum lurimorum opinione, ſecundus ab ipſa regni Angliæ hæres haberetur. Nec illa quicquam magis in votis habuit, uam vt Scotiæ & Angliæ regna ad aliquem Scotici generis per ipſam deuoluerentur, & in auito *Stuartorum* cognomine per illum poſteris propagaretur. *Reuocandi Lenoxium cauſa.*

Hoc Elizabetha ſubolet, vtque anteuerteret, per Ranolphum Scotorum Reginã edocet, illas nuptias adeo ab *Angla anteuertere ſtudet.*

Anglis

M. D. LXIV.

Anglis vniuerſis improbari, vt Parlamentaria Comitia, Conſiliariis inuitis, in aliud tempus prorogarit, ne regni Ordines irritati, contra ipſius ius in ſucceſſione, vel hac de cauſa, ſtatuerent. Quod ne poſtea fieret, vtque Anglis ſatisfieret, monuit vt de alijs nuptiis cogitaret; iamque denuo Leiceſtrium in maritum maiorem in modum commendauit, quem ad Comitis honorem hoc præcipue nomine euexerat.

Leiceſtriũ denuo commendat.

Colloquiũ de nuptiis cum Leiceſtrio.

Hinc Berwici menſe Nouembri de nuptijs cum Leiceſtrio Bedfordius & Randolphus, Morauius & Lidingtonius delegati egerunt. Angli inconcuſſam amicitiam, perpetuã pacem, & ſpem certam ſucceſſionis polliciti ſunt, ſi illa Leiceſtrio nuberet. Hac enim lege promiſerat Elizabetha illam filiam adoptiuam, aut ſororem authoritate Parlamentaria declarare, ſimul ac ipſa Elizabetha nupſerit. Scoti contenderunt non è dignitate eſſe Reginæ, à Carolo Ferdinandi Auguſti filio, Rege Galliarum, Principe Condæo, & Duce Ferrariæ in vxorem expetitæ, ad nuptias nuperi Comitis, & ſubditi Angliæ deſcendere, ſpe ſola ſine vllis dotalitiis propoſita; nec ex honore Reginæ Angliæ eiuſmodi maritum tantæ Principi proximę agnatæ commendare. Hoc autem fore certiſſimum amoris argumentum, ſi permitteret illam pro arbitrio virum ſibi qui pacem cum Anglia colet, eligere, ſimulque annuam pecuniam aſſignaret, & ius ſucceſſionis Parlamentaria authoritate confirmaret. Toto hoc negotio percupijt ELIZABEHA, vt his nuptiis vtriuſque regni ſucceſſio in Anglico genere cõſtabiliretur, licet lente feſtinaret. Scotorum Regina, cum toto biennio res produceretur, & iam Darlium in maritum ſibi deſtinaret, ſuſpicata eſt dolo malo ſecum agi, & Elizabetham non alio conſilio has nuptias proponere, quã vt illa è procis potiſſimum ſibi præligeret, vel excuſatius Leiceſtrio nuberet, ſi ipſa Regina abſoluta in Leiceſtrii nuptias prius conſentiret. Delegati vero Scoti ſuis rationib. conſulentes, ad ſuam apud Reginam potentiam tuendam, quaſcunque nuptias quouis

Scota proci

modo

modo interturbare ſtatuerant. Vt illas cum Darlio impedirent, monuerat Elizabetha; ipſeque Leiceſtrius, ſpe potiundæ Elizabethæ plenus, clandeſtinis literis Bedfordiũ ſubmonuit, ne rem vrgeret, & in ſpem iſtam Darlio occulte fauiſſe creditur. M. D. LXV.

M. D. LXV.

DArlius interea, matre ſedulo & ſuppliciter apud Elizabetham intercedente, veniam adeundi Scotiam, & ibi tres menſes manendi ægre impetrauit; quæſito colore, vt particeps eſſet paternæ reſtitutionis. Hyemeque illa acerrima, qua Tamiſis ita gelu conſtrictus, vt peruius eſſet, Edenburgum venit menſe Februario. Iuuenis forma imperio digniſſima, aptiſſima membrorum compoſitione, ingenio mitiſſimo, & moribus ſuauiſſimis. Scotorum Regina vt vidit, ſtatim adamare cœpit, vtque amorem occultaret, cum Randolpho Anglo in Scotia Legato de nuptiis cum Leiceſtrio ſubinde colloquia miſcet, ſimulque Romæ diſpenſationem quæritcum Darlius & illa eo gradu ſe attingerent, vt ex iure Pontificio diſpenſatione opus eſſet. Cum hæc diluxiſſent, Lidingtonium ad Elizabetham mittit, vt ipſa conſentiente nuptiæ cum Darlio contraherentur, nec diutius vana expectatione à nuptiis detineretur.

Illa intimis conſiliariis rem proponit, qui ex occultis Morauii ſuggeſtionibus facile crediderunt, Reginæ Scotorum conſilium, per has nuptias, ad titulum, & ius ſuum in regnum Angliæ ſuffulciendum, & denuo aſſerendum; ſimulq; ad religionem Romanam reducendam, ſpectare: aliosque, ex certitudine ſucceſſionis per liberos ex his nuptiis, alios, ex ſtudio Romanę religionis illi adhęſuros: ſquandoqui-

M. D. LXV. doquidem longe plures per Angliam Eirenarchas Romanæ religioni deuotos eſſe, certo comperiſſent. Ad hęc præuertenda, maxime neceſſarium cenſuerunt, primum, vt Reginam exorarent, aliquem in matrimonium ſibi quamprimum aſſumere, vt ex certitudine ſucceſsionis, per eam, & eius ſobolem, & non aliunde res & ſpes Anglorum dependerent. (Timuerunt enim, ſi Scotorum Regina prius nuberet, & prolem ſuſciperet, ne plures in illam propenderent, ob ſucceſsionis certitudinem & ſecuritatem) ſecundo vt profeſsio Romanæ religionis, quantum poterat, per Angliam infringeretur, reformatæ .a. ſedulo promoueretur, & conſtabiliretur: hoc moderatius agendo cum præferuidis quibuſdam Proteſtantib. de Adiaphoris; illud, reuocando Epiſcopos Pontificios abdicatos ad cuſtodias, qui peſte graſſante per rura diſperſi erant, deferendo Epiſcopis ampliorem authoritatem leges Eccleſiaſticas exercendi contra terriculamentum illud *Præmunire* (quod Iuriſperiti obiectarunt) ſupprimendo libros è Belgio in Angliam, ab Hardingo & Theologis profugis emiſſos, ſubmouendo quoſdam Scotos Sacerdotes per Angliam latitantes, priuando profugos Anglos Beneficiis Eccleſiaſticis, quib. hactenus fruebantur, & adigendo Iudices regni, qui pleriq; omnes erant Pontificij, ad ſupremam Reginam authoritatem iureiurando agnoſcendam. Ad nuptias autem cum Darlio diſturbandas viſum eſt, vt in terrorem delectus militum per limites Scotiam verſus haberentur, & Bervvicus maiori præſidio firmaretur. Comitiſſa Lenoxiæ Darlij mater, Caroluſq; filius cuſtodiæ traderentur, Comes Lenoxiæ, & Darlius filius è Scotia, ſub pœna amiſsionis bonorum in Angliam reuocarentur, priuſquam aliquod fœdus cum Gallo aut Hiſpano iniretur. Scoti nuptijs aduerſantes ſuſtentarentur, & Catharina Greia cum Herefordiæ Comite in aliq̃ gratiā reciperetur, à qua ſola, vt ab æmula in regni ſucceſsione, Scotorũ Regina anxie timuiſſe credebatur. Nec aliud videbatur ꝙ maiorẽ morā & impedimentũ iſtis nuptijs inferre poterat.

Hinc

Digitized by Google

Hinc ad Scotorum Reginam mittitur Nich. Throcmortonus qui diu deliberãdum, quod ſemel ſtatuendum mo eret, nuptias præcipitatas pœnitentiam comitem ſubſe ui, & nuptias cum Leiceſtrio iterum atque iterum comendaret; il as cum amitæ filio iuri Pontificio omnino aderſari. Percupiit enim Elizabetha, vt per illam aliquis Anlici generis in vtroque regno ſuccederet, etſi non defuent, qui in rem religionis, & vtriuſque regni fore exiſtimaint. ſi ſine pro'e obiret. Illa reſpondit, rem iam reuocari on poſſe, nec eſſe cur Elizabetha ſuccenſeret, cum ex eius onſilio non externum, ſed Anglum elegiſſet: eumque reo vtriuſque regni ſanguine prognatum, & totius Britanæ longe nobiliſſimum. Lidingtonius inter hæc in Anglia ;ens, ſubinde Reginæ Scotorum matrimonium ſimulate eiceſtrio propoſuerat, necnon Norfolciæ Duci vt Regiis iptiis longe digniori, qui tunc temporis modeſta recuſãone declinauit. M.D.LXV. *Throcmortonus ad impediendũ mittitur.* *Illi reſpondetur.*

Regina Angliæ, vt aliquod impedimentum his feſtinatis iptiis interponeret, Lenoxium, & Darlium filium, tan tam ſubditos, iuxta formulam licentiæ conceſſæ, reuocat. ter modeſtiſſime literis ſe excuſat, filius, ne ſuo honori uerſetur, orat; innuit fieri poſſe, vt Angliæ patriæ chariſnæ vſui eſſe poſſit, atque ſe Scotorum Reginæ amatorem cultorem præ cæteris omnibus eſſe deuotiſſimum pan profitetur. Quæ vt amori reſponderet, eum mox Equiaurati dignitate, titulis *Baronis Ardmanock, Comitis Roſ-, & Ducis Rotheſiæ* exornat. Et quinto poſtquam in Scom venerat menſe, in maritum, cum plurimo tum procen aſſenſu, aſſumit, Regemque declarat, Morauio, (qui ſeorſim ambitioni incubabat, & ſub ſpecioſo religionis etextu, Ducem Caſtri-Heraldi, hominem minime man, in partes traxerat) fremente, & aliis tumultuantibus, eſtioneſque agitantibus, *An Pontificius in regem admitdus? An Scotiæ Regina maritum pro ſuo arbitrio ſibi eligeret? regni proceres ex ſua authoritate non imponerent?* *Lenoxius & Darlius e Scotia reuocantur.* *Se excuſant* *Scotiæ Darlio nubit.* *Morauius & alii hinc fremunt.*

Digitized by Google

M.D.LXV. Regina Angliæ, quæ molliſsimum Darlii ingenium, probumq; & apertum patris animum nouerat, miſerta iuuenis cognati, & Reginæ adoleſcētulæ, quibus res erat cum turbulētiſsimis hominibus, qui Regio imperio annos iam amplius viginti ſoluti, Reges ferre neſcierunt, placatius tulit. Nec ab iis metuit, cum æmulæ Reginæ potentiam tam mediocri conditione minime adauctam videret, Darlii matrem in ſua poteſtate haberet, & turbas in Scotia hinc orituras præuideret, quæ ſtatim concitatæ. Nonnulli enim Scotiæ proceres, Hamiltonius inprimis, & Morauius, nuptiis indignantes, hic, quod contractæ eſſent Angliæ Regina non conſentiente, ille, ex æmulatione in familiam Lenoxiam, ſed vterque religionis conſeruandæ obtentu, ad diſturbandas nuptias ſigna extulerūt, vt Regina neceſſario copias cōſcriberet ad nuptias ſecure celebrandas. Adeoq; acriter, ope Regis mariti, rebelles perſecuta eſt, vt in Angliā fugaret, priuſquam cohortes Anglorum, in eorū auxilium promiſſæ, aduenerint. Regina vero Angliæ, Morauio, qui Anglis erat addictiſsimus, conniuenter latebras conceſsit, & clam per Bedfordium pecuniam ſuppeditauit, donec poſtridie quam Dauid Rizius trucidaretur, in Scotiam (vt ſuo loco dicemus) redierit. Cauſæ cur Morauium & Scotos rebelles in Angliam admiſerit, huiuſmodi erant, quod Regina Scotię Yaxleium, Stādonum & Walshum, Anglos profugos in Scotiam, & *O-Nealum* Hibernicum, in patrocinium receperat, conſilia cum Pontifice contra Anglos agitauerat, & iuſtitiam in prædones & piratas non exercuerat.

Angla moderate fert.

Scoti nonnulli arma ſumunt.

In Anglia fouentur.

His nuptiis confectis, nihil conſultius viſum illis, qui Euangelicæ religioni & Angliæ ſaluti maxime ſtuduerunt, quam vt ad Scotorum Reginæ ſpem de Angliæ regno labefactandam, Elizabetha iam ſerio animum ad nuptias applicaret. Commodumque iiſdem diebus Maximilianus II. Imperator, per Adamum Smircoritum Legatum honorificas propoſuit conditiones, de nuptiis cum Carolo fratre contrahendis. Quo tempore, neſcio quibus de cauſis, niſi hiſce

Angla vt nubat ſuadetur.

Imperator fratrem commendat.

uiſce de nuptiis. ſimultates in aula exortæ ſunt grauiſſimæ, nter Suſſexium, qui nuptiis impenſe fauit, & Laiceſtrum qui in ſpem ſuam clam obſtitit. (Spes ſane maximas & improbas amplectuntur, qui inſperata ſunt conſecuti.) Sane ſuſſexius illum, vt hominem nouum, iniurioſe contempſit, qui duos tantum, vt ille detrahendo dicere ſolebat, cie- e poterat maiores, patrem ſcilicet & auum, eoſq; patriæ oſtes & perduelles. Vniuerſa hinc aula in partium ſtudia biit, & Comites, ſi quando prodirent, agmina aſſeclarum um macheris & parmis fertatis, prominentibus ex vmbone cuſpidibus, quæ tunc in vſu, quaſi vltima experturi, ſeum traxerunt. Sed poſt paucu los dies in gratiam priſtinam Regina reduxit, odiumque ſepeliuit potius, quam ſuſtulit. Vt omnino tamen tolleret, nihil non egit. Diſſenſiones enim procerum, & illud diuerbium, DIVIDE, ET IMPERA, nonnullis inculcatum, damnauit, vim Imperii in obedientium conſenſu eſſe rata. Mulierculatum autem æmulaione, & ſimultatibus ſubinde, nec inutiliter quidem, ſe bleclauit.

M. D. LXV.

Hinc ſimultates in Aula.

Quas Elizabetha componit.

Inter hæc, illa rerum Scoticarum non immemor, poſt num & alterum menſem à nuptiis in Scotia celebratis, Tamworthum è priuato cubiculo nobilem ad Scotorum Reginam miſit, vt de pace non violanda admoneret, de præcipitato cum natiuo Angliæ ſubdito matrimonio, ſine uo conſenſu, expoſtularet; ſimulque Lenoxium, & Darium filium, in Angliam remitti ex fœderis formula, & Moauium in gratiam recipi poſtularet. Illa rem ſubodoraa, hominem non admiſit, ſed articulis ſcripto tradiis, *verbo Principis pollicetur, nec ſe, nec maritum quicquam moituros, quod fraudi ſit Reginæ Angliæ, aut legitimis ex eius corpoe liberis, aut regni tranquillitati, vel profugos admittendo, vel œdus cum exteris ſanciendo, vel quauis alia ratione; imo libentiſime eiuſmodi fœdus cum Regina & regno Angliæ contracturos, uod vſui ſit & honori regno vtrique, nec quicquam in religione, egibus, & libertatibus Angliæ innouaturos, ſi quãdo Angliæ regno*

Anglicus Legatus in Scotia neglectus.

Scripto reſpondetur.

Digitized by Google

M.D.LXV. *potirentur. Hac tamen lege, vt Elizabetha eadem viciſſim erga ſe & maritum plene præſtaret. Et ſucceſſionem Coronæ Angliæ in ſua perſona & legitima ſua ſobole, eaque deficiente, in Margareta Comitiſſa Lenoxia, matre mariti, & ipſius liberis legitimis Parlamentaria authoritate conſtabiliret. Quod ad cætera, ſe de nuptiis cum Darleo (quamprimum nubere certo ſtatuiſſet) Reginam certiorem feciſſe, reſponſum autem tuliſſe nullum. Se Reginæ poſtulatis ſatisfeciſſe, quandoquidem non alienigenæ ſed Angligenæ nupſiſſet, quo non alium genere nobiliorem, nec ſe digniorem, in vniuerſa Britannia nouerat. Illud autem nouum videri, vt Darlium apud ſe non detineret, quem ſibi maritum ſacro matrimonij fœdere iunxerat; aut Lenoxium in Scotia non retineret, qui ſit natiuus Scotiæ Comes. Quod ad Morauium, quem experta eſt hoſtem infeſtiſſimum; blande rogat, vt ſuos ſubditos ſuo ipſius iudicio relinqueret, cum ipſa in cauſis ſubditorum Angliæ ſe minime intermiſceat.* Hoc reſponſo rediit Tamworthus parum pro dignitate, vt ipſe putauit, acceptus, vtique ille homo procax Reginæ Scotorum exiſtimationem, obloquio neſcio quo læſerat, & maritum Regis titulo non dignatus.

Cæcilia Suecica in Angliam venit. Eodem tempore hæc honori Elizabethæ acceſſerunt, quod ex conſentiente omnium de virtute eius fama, Cæcilia, ſoror Erici Regis Sueciæ, vxor Chriſtophori Marchionis Badenſis iam grauida, ex vltimo Septentrione, longo per Germaniam itinere, ad eam inuiſendam venerit, quam cum marito magnifice excepit, penſione annua aſſignata, filioque ex ſacro fonte ſuſcepto, cui *Edwardi Fortunati* nomen indidit, & Donaldus *Mac Carty More*, præpotens Hiberniæ Dynaſta, ſupplex territoria ampliſſima in manus tradiderit, vt ab ea recepta, *iure feudali ſibi, & hæredibus maſculis, legitime natis teneret.* Deficientibus autem illis, Coronæ Angliæ addixit. Illa eum pro humanitate benigniſſime complexa, (Princeps ad beneuolentiam hominum alliciendam nata) ex prudentia, honore Comitis *Glencar*, & Tegum filium, titulo Baronis *Valentiæ*, ſolomni ritu inueſtiuit, muneribus affecit, itineris expenſas

Glencaria Comes creatus.

perſoluit,

perſoluit, vt inſtrumenta contra Deſmonium, rerum nouandarum iam ſuſpectum haberet.

M.D.LXV.

Res Hiberniæ.

Præfuit Hiberniæ hoc anno Iuſtitiarij titulo Nicholaus Arnoldus, vir Ordinis Equeſtris è Comitatu Gloceſtrenſi, nec plures quam MDXC. milites in præſidiis habuit; ſed, ille reuocatus, prouinciam tradidit Henrico Sidneio, qui regnante Maria aliquandiu Hiberniæ fuerat Iuſtitiarius & Theſaurarius, & iam Walliæ Præſes. Primi Hiberniæ Præſides, quos *Proreges* hodie Latine dicimus, vt obiter adnotem, à primo Anglorum ſub Henrico Secundo ingreſſu, vſq; ad Edvvardi tertii tempora, dicti erant *Iuſtitiarii Hiberniæ*, & *Iuſtitiarii atque Cuſtodes terræ Hiberniæ*; deinde *Locum tenentes*, & eorum Vicarii *Deputati*. Poſtea pro Principis arbitrio, nunc *Deputati*, nunc *Iuſtitiarii*, nunc *Locum tenentes*, (qui titulus honoris pleniſſimus) ſed plerumque vna eademque authoritate. Et proculdubio primi illi Hiberniæ Iuſtitiarii (vt Iuſtitiarius Angliæ, qui etiam *Iuſtitia* in abſtracto illo æuo dictus) *conſtituti erant ad pacem conſeruandam, & iuſtitiam vniuerſis & ſingulis exhibendam*: vt Proprætores & Proconſules olim apud Romanos ſummo cum imperio in Prouinciam miſſi.

Proreges & Iuſtitiarii Hiberniæ.

Sidneius Prouincia ſuſcepta, Momoniam, Auſtralem Hiberniæ partem, confuſiſſimam inuenit, Giraldo Comite Deſmoniæ, qui omnia officia fidelis ſubditi ſancte promiſerat, & Thoma Comite Ormondiæ, aliiſque atrociter inter ſe tumultuantibus, & in inteſtina bella prorumpentibus, Adeo vt Regina Deſmonium in Angliam, ad lites dirimendas, acciuerit, & Præſidem ad iuſtitiam adminiſtrandam, per prouinciam illam conſtituerit, cum Adſeſſore, duobus Iuriſconſultis, & Scriba, primumq; Præſidem nominauit Warhamum à *S. Leodegario*, ſiue *S. Leger*, virum in rebus Hibernicis longo vſu verſatiſſimum.

Diſcordia inter Deſmonium & Ormondium

Primus Momoniæ Præſes.

Medio Octobri hoc anno animam Deo reddidit Thomas Chalonerus, ex Hiſpanica legatione iampridem reuerſus, vir clariſſimus, patria Londinenſis, educatione

Th. Chaloneri obitus.

Digitized by Google

M. D. LXV.

Cantabrigienſis, qui tam Muſis quam Marti ſe deuouerat. Iuuenis ſub Carolo Quinto in expeditione Algeriana meruit, vbi naufragus cum nataſſet donec vires & brachia deficerent, tandem rudente mordicus apprehenſa, nō ſine dentium aliquot jactura euaſit. Regnante Edvvardo Sexto, in prælio Muſſelburgenſi adeo ſtrenue pugnauit, vt Dux Somerſettenſis equeſtri dignitate ornauerit. Sub Elizabetha honorifica legatione ad Ferdinādum Imperatorem, & ordinaria in Hiſpania toto fere quadriennio perfunctus, vt *De Republica Anglorum inſtauranda*, terſo & erudito carmine quinq; libros compoſuit, dum, vt ille dixit, hieme in furno, æſtate in horreo degeret. Elatus eſt ad S. Pauli Londini, inſigni, pro dignitate, funere, cui primario inter atratos loco interfuit Cecilius, cū filius eius Thomas, qui poſtea Henrici Walliæ Principis pueritiæ admotus, nondum adoleuiſſet.

M. D. LXVI.

ANno auſpicante, Carolus IX. Rex Galliæ Ramboueletum cum inſignibus Ordinis cōchiliati S. Michaelis, in Angliam ad Reginam miſit, vt duobus pro ſuo arbitrio Angliæ proceribus donaret. Selegit illa Ducem Norfolciæ, & Comitem Leiceſtriæ, hunc vt chariſſimum, illum vt longe nobiliſſimum; quos Rambuletus, poſtquam pro Rege ſuo inter S. Georgij Equites auratos honorifice Windſoræ collocatus eſſet, rite in Regia Weſtmonaſterij inueſtiuit. Quod inſtar magni honoris tunc habuit, quæ meminerat nullos ex Anglis, præter patrem Hēricum VIII. fratrem Edvvardum VI. & Carolum Brandonum Ducem Suffolciæ, in illum ordinem fuiſſe adſcitos; quem illa, omnium, quæ ad honorem ſpectant, obſeruantiſſima, poſtea euiluiſſe indoluit, cū cuilibet ſine diſcrimine quaſi proſtitui vidiſſet. Nec honorariis rebus tantū

vaca-

Digitized by Google

vacauit, ſed ante omnia ciuium ſaluti ſtudioſiſſime. Cum enim ex cœli intemperie annonæ difficultatem rerum periti timerent, non ſolum rem frumentariam ex Anglia euehi vetuit, ſed magnam vim inuehi prouide curauit.

M. D. LXVI.

Rei frumentaria proſpectum.

Dum hæc aguntur, Henricus Comes Arundeliæ inter proceres regni præpotens, poſtquam vana ſpe matrimonij cum Regina magnas opes profudiſſet, ſpeſque illa, Leiceſtrio jam apud Reginam potentiſſimo, & amicis in Aula fidem fallentibus, omnino infracta eſſet, impetrata venia, ſpecie valetudinis recuperandæ, reuera doloris minuendi cauſa ſolum ſponte mutauit. At alij ex Anglorum gente, qui pro innata fortitudine ſe ad arma nō ad otia natos exiſtimarunt, cum nobiles ex omnibus Europæ partibus ad famam belli in Turcas eſſent excitati, in Pānoniam profecti ſunt. Inter quos melioris notæ erant Ioannes Smithus Regis Edvvardi Sexti conſobrinus, ſcilicet ex ſorore Ianæ Seimoræ Regis matre natus, Henricus Champernonus, Philippus Butshidus, Richardus Greenuillus, Guil. Gorgeus, Thomas Cottonus, & alij.

Arundeli peregre profectus.

Et Angli in Hungariam.

Iunio ſubſequente Scotorum Regina fauſtis auſpicijs ad perennem Britanniæ fœlicitatem, filium Iacobum (qui jam Britanniæ Monarcha) peperit, quod mox per Iacobū Meluinum Elizabethæ ſignificauit. Illa etſi matris honorē ab æmula præreptum indoleret, Henricum Killegræum ſtatim miſit, qui partu leuatæ, & filio nato congratularetur, eamq; moneret, ne Shano *O-Neal* in Hibernia tunc rebellanti amplius faueret, aut Chriſtophorum Rokesbeium ex Anglia profugum foueret, vtq; in prædones quoſdam limitaneos animaduerteret.

Iacobus VI. Rex Scotorum natus.

Angla congratulatur.

Elizabetha in agros jam exſpatiata animi relaxandi cauſa, vt ſe non minus propitiam Muſis Oxonienſibus, quam Cantabrigienſibus candide inter ſe æmulis præberet, ad Academiā Oxoniam deflectit, vbi magnifice excepta, ſeptē dies ſubſtitit loci amænitate, Collegiorum pulchritudine, ſtudiorum ingeniis, & doctrina exquiſitiſſima inpri-

Oxonienſem Academiā inuiſit.

Digitized by Google

M. D. LX. VI.

mis oblectata, qui noctem ludis theatralibus, dies eruditis diſſertationibus protruſerunt, de quibus ſingulari Orationis ſuauitate Latine gratias cumulate egit, & benigniſſime valedixit.

Parlamentum habetur

Quamprimum Londinum rediit, Ordines Regni ad Cal. Nouembris diem ſcilicet indictum, frequentes conuenerunt, & poſtquam vnam & alteram legem rogaſſent, de ſucceſſione acriter agitare cœperunt, cum iam toto octennio Regina, quaſi virginitati deuota, de marito nihil ſerio cogitaret, & hinc Pontificii Scotorum Reginam, quæ modo filium pepererat, illinc Proteſtantes, diuiſis ſtudiis, alii alios ſibi proponerent, & ſinguli ſuæ ſecuritati, & religioni ſeorſim conſulentes, tempeſtates formidoloſiſſimi temporis, ſi illa ſine certo ſucceſſore diem obiret, ominarentur. Et eo vſque acria & feruida ingenia proruperunt, vt Reginam, quaſi patriæ & poſteritati deeſſet, incuſarent, Cecilium, vt prauum hac in re conſultorem, conuitiis & libellis famoſis proſcinderent, & Huicum Reginæ Medicum, vt matrimonii diſſuaſorem, ob neſcio quam muliebrem impotentiam, diris deuouerent. Penbrochiæ etiã & Leiceſtriæ Comites aliiq; palam, & Norfolcius occultiſſime cenſuerunt Reginæ maritum imponẽdum, aut ſucceſſorem publice Parlamentaria authoritate, vel Regina inuita deſignandum. Vnde illi *Camera Præſentiali*, quam vocant, excluſi, & Reginam accedere prohibiti; ſed culpam cum ſubmiſſione ſtatim deprecati, veniam exorarunt.

Ordines Reginam de nuptiis, vel ſucceſſore vrgent.

Proceres moderate.

Illi tamen cæterique in ſuperiori conſeſſu de ſucceſſore ſoliciti, per Baconum Magni Sigilli Cuſtodem, ipſorum Oratorem, pro officio, quod Deo, fide quam Principi, & charitate quam patriæ debent, omni animorũ contentione Reginam obſecrarunt, vt (quandoquidẽ per eam omnibus pacis, iuſtitiæ, & clementiæ beneficiis iã placide gaudeant) iiſdem & ipſi & poſteri ſecure & ſemper eandem fruerentur. Frui autẽ non poſſe oſtendunt niſi ipſa nubat,

&ſi-

& ſimul ſucceſſorem deſignet, Itaque primis votis optant, & orant, vt cuicunque, vbicunque, & quamprimum ibuerit, ſe ſacro connubii vinculo coniungeret, quo liberos regni adminicu a haberet & ſimul certum ſucceſſorem, ſi p ſa vel liberi ex ipſa ſuſcepti (q abſit) ſine ſobole obirēt, cū regni Ordinib. conſtitueret. Vt hoc tantopere, q ſumme neceſſarium efflagitarent, innuunt plures cauſas ſubeſſe; ſcilicet, timorem recentem, qui omnes inuaſit, cum nuperrime valetudo eius tentaretur, temporis opportunitatem, cum Ordines regni iam conueniſſent, qui de rebus tantis mature deliberarent, terrorem quem inde aduerſariis incuteret, & immortalem lætitiam, qua vniuerſos ſubditos perfunderet. Exempla maiorum, qui in huiuſmodi rebus poſterorum ſecuritati prouide conſuluerunt, laudant, damnata illa Pyrrhi voce, qui dixit, ſe regnum illi relicturum qui gladium habuerit acutiorem. Præterea proponunt, quanta malorum tempeſtas Angliæ impendeat, ſi illa, ſucceſſore certo non deſignato, mortalitatem exuerit, Seditiones & inteſtina bella, in quibus ipſa victoria eſt miſerrima, prorupta; religionem eliminandam, iuſtitiam obruendam, leges pculcandas, cum non fuerit Princeps certus, q legis eſt anima, regnum in prædam exteris ceſſurum. Et alias id genus calamitates enumerando exaggerant, quæ, illa ſine ſobole defuncta, omnes omnium penates penitus inuoluerent. Ex ſacris etiam literis præcepta, conſilia, & exempla modeſte adiungunt. M. D. LXVI.

Tumultuoſius a nonnullis in inferiori conſeſſu hæc egerunt, Bell⁹ & Monſonus magni nominis Iuriſconſulti, Duttonus, Paulus Wentworthius, atq; alii, qui nimio plus Regiæ Maieſtatis authoritatē conuellerunt, & inter alia diſſeruerunt, Reges ad ſucceſſorē deſignandum teneri, ſubditorum amorem eſſe validiſſimum, imo inexpugnabile Principum ppugnaculum, vnicum fulcrū & firmamentum. Principes a amorē illum conciliare nō poſſe, niſi efficiant, vt cū ſubditis bene agatur, non ſolum dum ipſi Principes vivunt, *Plebeii acerrimè.*

M. D. LXVI. ſed etiam poſt obitum. Hoc.a.nullo modo fieri poſſe niſi de ſucceſſore liquido conſtet. Reginam ſucceſſorẽ non deſignando, & iram numinis ꝓuocare, & animos ciuium abalienare. Vt vero numen ꝓpitium habeat & ciues amătiſſimos & obſtrictiſſimos, ſtatuaſq; ſibi in animis hominum nunquã perituras erigat, ſucceſſorem deſignet. Sin minus, non nutrix, non patriæ parens, ſed nouerca, imo patriȩ parricida audiat, q̃ Angliam eius ſpiritu iam ſpirantẽ ſimul cum ea exſpirare mauult q̃ ſupereſſe. Principes nullos, niſi ignauos, ſuis exoſ[illegible] & meticuloſas mulierculas à ſucceſſorib. vnq̃ timuiſſe, & pericula à ſucceſſore deſignato, illi Principi, qui ciuium charitate circumſeptus erit minime eſſe formidanda.

Regina ægre fert. Hæc illa aurib. iniquiſſimis, aliquandiu tamen aut ſpreuit, aut occulte tulit. Norat.n. vſu edocta, quantum immineat à ſucceſſore deſignato periculum, quandoquidem Maria regnante, plures è nobilitate & plebe oculos animoſq; in eã *A ſucceſſore deſignato pericula* ſucceſſuram coniecerant, quȩcunq; in Sanctiori Reginȩ penetrali aut intimo conſilio dicta & facta, mox ei enunciauerant, & Wiatus, alijq; ſua ſorte minus cõtenti, & rerum nouandarum auidi contra Mariam coniurarant, vt eam ne cogitantẽ quidem in ſolio collocarent. Nôrat competitorum ſpes melius cohiberi, eoſq; officio contineri, dum ſingulos expectatione ſuſpẽſos teneret, & nullum declararet. Nôrat liberos ex ꝑpropera regnandi cupiditate arma in parentes ſumpſiſſe, nec mitiora à conſanguineis poſſe expectari. Obſeruarat inter legendũ, & hac de re diſſerendo ſubinde memorabat, Succeſſores in linea collaterali raro fuiſſe declaratos; Ludouicum Aurelianenſem Carolo Octauo, & Ludouico Franciſcum Angoliſmenſem ſucceſſores in regno Gallico nunquam fuiſſe declaratos, ſucceſſiſſe tamen ſine ſtrepitu. Deſignationem etiam in Anglia, deſignatis ſemper fuiſſe exitioſam. Rogerum enim de *Mortuomari* Comitem Marchiȩ, regni hȩredem à Rege Richardo Secundo deſignatum, breui fuiſſe extinctum, eius filium Edmundum,

non

Digitized by Google

non alia de cauſa in Hibernico carcere conditum, totos viginti annos, contabuiſſe; Ioannem *De-la-Polem* Lincolniæ Comitem, à Richardo Tertio, cum filius obiiſſet, ſucceſſorem deſignatum, Henrico Septimo, ſemper fuiſſe ſuſpectũ, & demum noua molientem, prælio occiſum; fratremq; eius Edmundum capite ſub Henrico Octauo obtruncatum. Sed hæc extra rem videantur. Verum cum iſta quæ dixi, & magis aculeata, nonnulli animis incitatis & acri contentione indies magis magiſque declamitare non deſtiterint: illa xxx. è ſuperiori conſeſſu, & totidem ex inferiori ſeligi iuſſit & coram comparere, quos leni obiurgatione demulſit, & ſua Maieſtate, cui plurimum inerat authoritatis, ab incœpto deflexit, prolixe pollicita, non modo Principis ſolicitudinem, ſed & matris affectum. Cumq; ſubſidiariam pecuniam multo maiorem quam ſolebant, ea conditione Ordines obtulerint, vt certum ſucceſsorem deſignaret; oblatam illam ſupernumerariam omnino reſpuit, ordinariam, laudato illorum ſtudio accepit, quartamque Subſidii conceſsi ſolutionem omnino remiſit, dictitans pecuniam in ſubditorum arculis eſſe perinde ac in ſuis.

M. D. LXVI.

Blande mitigat.

Subſidii partem remittit.

Ordines oratione perſtringit.

Poſtremo horum Comitiorum die Ordines in hanc ſententiam paucis affata eſt, quæ paucioribus perſtringam. *Cum Principum verba in aures & animos hominum ſæpe altius penetrent, hæc ex me audite. Ego ſimplicis veritatis cultrix, vos etiam ingenuos eiuſdem cultores itidem fuiſſe ſemper exiſtimaui; At fruſtra fui.* Diſſimulationem *enim ſub* Libertatis *&* Succeſſionis *laruis in his Comitiis obambulaſſe deprehendi. Ex veſtro numero ſunt*, *qui* libertatem *de* Succeſsione *diſputandi, eandemque conſtabiliendi, protinus vel concedendam, vel negandam cenſuerunt. Si conceſſiſſem, hi votis potiti, de me triumpharant. Sin negaſſem, meorum in me odium, quod hoſtes infeſtiſſimi hactenus non poterant, concitare cogitarant. Verum intẽpeſtiua horũ fuit prudentia, conſilia p̃propera, nec exitum pſpexerunt. Hinc tamen, q̃ mihi æquiores, qui iniquiores, ego facile pſpexi; & vniuerſum conſeſſũ veſtrũ quadrifariã diuidi poſſe video.*

Alii

Digitized by Google

M. D. LXVI.

Alii enim fuerunt architecti & authores, alii actores, qui verborum lenociniis ſuaſerunt, alii qui lenociniis ſeducti annuerunt, alii qui huiuſmodi audaciã demirati ſiluerunt; & hi ſane ſunt excuſatiores. An exiſtimatis me veſtram ſalutem & ſecuritatem per Succeſſionem *negligere, aut* Libertatẽ *velle infringere? Abſit.* Ne *cogitaui quidẽ. Verumenimuero mihi viſum vos in foueam ruentes reuocare. Sua cuique rei ineſt tempeſtiuitas. Fortean Principem poſt me prudentiorem habeatis, ſed nunquam veſtri amantiorem. An huiuſmodi Comitia iterum videam, neſcio; vos autem cauete ne Prinipis patientiam lædatis.* Nihilominus *hoc vobis ad veritatem perſuadete, me deplerisq; veſtrum præclare ſentire, & ſingulos priſtina beneuolentia ex animo complecti.*

Ita mulieris prudentia hos motus cohibuit, quos dies adeo leniuit, quæ ſemper ſerenior illuxit, vt pręter ſeditioſos aut meticuloſos, admodum pauci de ſucceſſore angerentur. Nec certè homines plerique omnes, quicquid præ ſe ferunt, plus in publicis ſentiunt quam quantum ad res priuatas pertineat. Vt tamen certius conſtaret de ſucceſſore,

Scota in ſucceſſionis iure apertè fauet

quẽ illa ex iure minime ambiguo cogitauit. Thorntonum iuris in Collegio Lincolnienſi Londini hoc tempore prælectorẽ, de quo Scotorũ Regina conqueſta erat, ꝙ inter legẽ dũ ius ſuum in diſceptationẽ vocauerit, in carcerẽ coniecit.

In hoc Ordinum conuentu (præter alia in vſum Reipublicæ) declaratum eſt vnanimi omnium conſenſu, *Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Angliæ electionem, conſecrationem, confirmationem, & inueſtituram (quæ nonnulli calumniando in quæſtionem vocarant) legitima eſſe, eoſdemq; rite, & ex Actu Statutiſq; regni, & electos & conſecratos fuiſſe.* Sancitũ etiã *& eos, & iam inde eidẽ conſecrandos, recte & rite eſſe, & fore cõſecratos, quacunq; Lege & Canone nõ obſtante.* Põtificij .n. illis tanq̃ Pſeudoepiſcopis obtrectarunt, forſan eo ꝙ vnctio, annul⁹. pedũ paſtorale, cum benedictionib. nõ adhibita; & quaſi à trib. Epiſcopis nõ eſſent rite ordinati, q ſuã aſcendendo ordinationem ad Apoſtolicam authoritatem à Chriſto acceptam referre poſſent. Quod tamen, vt ex Regeſtis patet, veriſſimè

Epiſcoporum ordinatio confirmatur.

X

poterant,

Digitized by Google

poterant, piis precationibus, deuota Spiritus Sancti inuocatione, manuum trium eiuſmodi Epiſcoporum impoſitione, concione habita, & Euchariſtia celebrata, conſecrati. M. D. LXVI.

Sub hoc tempus, cum ſalutari ſeueritate inſolétia quorundam prauorum, qui paſſim delatoribus illis (quos *Promotores* vulgus vocat) vim inferebant, cædebant, & vociferationibus per plateas exagitabant, compreſſa eſſet, dies Baptiſmo Principis Scotiæ conſtitutus aduenit, ad quem è ſacro fonte ſuſcipiendum Regina rogata, Comitem Bedfordiæ cum Baptiſterio ex ſolido auro in donum honorarium miſit, iuſſitq; expreſſe, vt nec ille, nec Angli illum comitati, Darlium regio titulo dignarentur.

Promotores cohibentur.

Cæremonia peracta, Bedfordiæ Comes, quæ in mandatis habuit cum Scotorum Regina agit, ſcilicet vt domeſticæ inter eam & maritum lites componerentur (iucundiſſimam enim inter ipſos vitæ & amoris ſocietatem maleuoli quidam iurati vtriq; hoſtes ſubdole diremerant) & Tractatus Edenburgenſis ratus haberetur. Hoc illa pernegauit, cauſata in Tractatu nonnihil ineſſe, quod ſuo ipſius, & liberorum iuri ad Coronam Angliæ derogaret. Promiſit tamen ſe delegatos in Angliam miſſuram, qui de confirmando, quibuſdam immutatis, agerent, ſcilicet, vt titulo & Inſignibus Angliæ abſtineret, dum Elizabetha ſupereſſet, & qui ex illa naſcerentur, quaſi in Tractatu conciperetur, vt omnino abſtineret: necnon edocerent, quam inſigni iniuria fuerit affecta peſſimis eorum artibus, qui ingenua mariti credulitate nimio plus abutebantur. Iamque illa afflicta valetudine, filiolum Elizabethæ fidei & tutelæ per literas commendauit, in quibus (*etiamſi nouerit*, literarum verbis vtor, *ſe indubitati iuris eſſe hæredem Angliæ poſt Reginam, & multos multa contra ius illud comminiſci*) promiſit ſe nolle aliquam iuris ſui declarationem amplius vrgere, ſed ſummo cum ſtudio contra omnes ipſi adfuturam & ſemper adhæſuram.

Bedfordii in Scotiam legatio ad Principis Baptiſmū.

Scotiæ Princeps Angliæ fidei commendatur.

Hoc

M. D. LXVII.

Hoc anno, vno eodemque die, vitam cum morte commutarunt duo à ſanctiori conſilio, Ioannes Maſonus Regiæ Cameræ Quæſtor, vir grauis atque eruditus, Eccleſiaſticorum Beneficiorum incubator maximus; & Richardus Sackvillus ærarij Proquæſtor, vir prouide, prudens, ex matre Bolenia Reginæ cognatus. Huic ſuffectus Walterus Mildmaius, vir integer & conſultiſſimus; illi Franciſcus *Knollis*, qui Catharinam Cariam Reginæ ex Maria Bolenia conſobrinam duxerat.

Ioannis Maſoni & Rich. Sackuilli obitus.

M. D. L X V I I.

VErum priuſquam delegati illi à Scotorum Regina aduenerint, vno & altero menſe poſt Scotiæ Principem baptiſatum, Rex eius maritus altero & viceſimo ætatis anno, intempeſta nocte, atroci & horrendo ſcelere, quod boni omnes ſunt deteſtati, in lecto ſtrangulatus eſt, & in hortum proiectus, ædibus puluere ſulphureo ſubrutis. Rumor illico late per Britanniam ſparſus, crimen in Mortonium, Morauium, & confœderatos contulit, illi imbelli ſexui inſultantes, in Reginam tranſtulerunt. Quid Georgius Buchananus hac de re cū in *Hiſtoria*, tum in libello, cui *Detectio* titulum fecit, prodidit, ex libris impreſſis nemo non nouit. Cum autem ille partium ſtudio, & Morauij munificentia abreptus, ita ſcripſerit, vt libri iſti falſitatis damnati fuerint ab Ordinibus regni Scotiæ, quorum fidei plus tribuendum; & ipſe ingemiſcens coram Rege, cui fuit pædagogus, ſubinde ſe reprehenderit (vt accepi) quod tam virulentum calamum in Reginam bene meritam ſtrinxiſſet, morienſque optauerit vt tantiſper ſupereſſet donec maculas, quas maledicentia falſo aſperſerat, reuocata veritate, vel ſanguine elueret; niſi (quod ipſe dixit) hoc vanum eſſet, cum præ ætate delirare videretur. Liceat mihi (vt altera etiam

Darlius Rex Scotorum occiditur.

Buchananus ab Ordinibus Scotiæ falſi damnatur.

etiam pars audiatur) rem omnem tum ex aliorum ſcriptis, quæ eo tempore prodierunt, ſed in Morauij gratiam & Reginæ odium in Anglia ſuppreſſa, tum ex Legatorum atque fide dignisſimorum literis, quantum intelligere poſſum, ſine omni amoris aut odij fuco, paucis explicare. *M. D. LXVII.*

Anno 1558. in nuptiis Franciſci Delphini & Mariæ, Reginæ Scotorum, Iacobus, frater nothus Reginæ, vulgo dictus *Prior S. Andreæ*, (Religioſis enim in Metropolitica Eccleſia Andreopolitana præpoſitus erat) religioſam illam appellationem dedignatus, ſplendidiorem honoris titulum ambiuit, quem cum illa, ex Guiſiorum auunculorum conſilio, non concederet; ille animo offenſo in Scotiam reuerſus, ſub ſpetioſo religionis reformandæ, & Scoticæ libertatis aſſerendæ prætextu, res turbare cœpit, effecitque vt religio in confœderatorum conuentu, Regina inconſulta mutaretur, & accitis Anglorum auxiliis, Galli è Scotia emouerentur. Franciſco Galliæ Rege defuncto, ille in Galliam ad ſororem aduolauit, quæcunque contra eius rem, aut exiſtimationem in Scotia facta, à ſe amolitus, omnia officia, quæ à fratre ſoror expectare poſſit, Deum conteſtans, religioſe promiſit. Spe etiam concepta, eam Gallicis delicijs à tenella ætate innutritam in Scotiam non reuerſuram, cum Guiſijs egit, vt aliquis è Scotica nobilitate *Regens Scotiæ* deſignaretur, & ſe, vt maxime idoneum, quaſi digito demonſtrauit. Cum autem in Scotiam remiſſus eſſet, non alia cum authoritate, quam cum Diplomate, quo Regina regni Ordinibus conueniendi, & in Reipublicæ vſum conſulendi ius fecerat. Ille ſpe deiectus, animo percito per Angliam rediens, Anglis ſuggeſſit, vt ſi Religioni in Scotia, tranquillitati in Anglia, & Elizabethæ ſecuritati conſultum vellent, quouis modo tranſitum Reginæ in Scotiam impedirent. Illa tamen ſoſpes Anglorum naues cœlo nebuloſo prætervecta, in Scotiam appulit, fratremque omni beneuolentia complexa, ſummam rerum ei quodammodo detulit. Hæc

Ad Scoticæ digreſſio.

Iacobus Prior S. Andreæ.

Adminiſtrationi regni Scotiæ ambit.

Fruſtratus Reginæ Scot. ſe clam opponit.

Digitized by Google

M. D. LXVII.

tamen ambitionis ſarmenta non amputarunt, quæ indies magis dictis & factis pullularunt. Nec enim continere ſe poterat, quin ſubinde apud ſuos deplangeret; bellicoſam Scotorum gentem, non minus quam Anglorum, mulie-bri ſubiici imperio, & ex doctrina Knoxi, quem pro Patriarcha habuit, ſæpius diſſereret, Regna virtuti, non generi deberi, fœminas regnorum ſucceſſione eſſe excludendas, & earum imperium eſſe *monſtroſum*. Per ſuos etiam cum Regina egit, vt quatuor è regia *Stuartorum* familia ſubſtitueret, qui, ſi illa ſine prole obiret, ſibi inuicem in regno ſuccederent, nulla habita ratione, ſiue legitimi ſiue illegitimi; ſpe perſuaſus, ſe ex illis futurum, cum filius Regis eſſet, etſi illegitime procreatus.

Ambitionē prodit.

Regina autem, cum pro prudentia perpenderet, huiuſmodi ſubſtitutionem iuri Regni aduerſari, rectis hæredibus fraudi fore, exemplo perniciosiſſimum, & ipſis ſubſtitutis periculoſum, ſibiq; obſtaculo, ne iterũ nuberet; blande reſpondit, ſe mature cum regni Ordinibus de re tanta deliberaturam. Vtq; ſe benignam & beneficam fratri præberet, illum titulo Comitis Marriæ, & poſtea Comitis Morauiæ (quia Marria controuerſi iuris erat) ornauit, & ad ſplendidas nuptias promouit, interim ignara, illum, venditando ſe legitimum eſſe Regis Iacobi Quinti filium, ſibi regnum affectare. Ad quod, quo viam ſibi facilius præſtrueret, gratia qua apud Reginam pollebat, Gordoniam familiam nobiliſſimam, clientelis præpotentem, à qua, dum ſibi, & religioni reformatæ timeret, oppreſſit, Hamiltonium Ducem Caſtri-Heraldi (qui proximus regni hæres reputatus) aula excluſit, Aranium eius filium carcere concluſit, Bothvvellium in Angliam relegauit, & quos ſibi aduerſari poſſe putauit, ſingulos de gradu deiecit. Ipſam etiam Reginam, tanquam tutor pupillam, in ſua poteſtate habuit, ante omnia anxie ſolicitus, ne de nuptiis cogitaret.

Morauiæ Comes creatur.

Proceres Scotiæ perſequitur.

Quamprimum autem compeiſſet, hinc Imperatorem pro fratre, inde Hiſpanum pro filio eam ambire, ab vtroq; omnino

A nuptiis diſſuadet.

Digitized by Google

omnino diſſuaſit, vtique libertatem Scoticam Principem externum, nec poſſe, nec velle ferre, & quandocunque ſceptrum ad femellas deuolutum fuerit, illas non alios, quam ex Scotica gente, maritos aſſumpſiſſe: Verum poſtquam omnibus omnium Scotorum votis expeti videret, vt illa nuberet, & præſentiſceret, effectum eſſe prouidentia Comitiſſæ Lenoxiæ, vt in nuptias Darlii propenderet; ille etiam eum in maritum commendauit, ſperans, iuuenem facillimo ingenio, ad eius nutum futurum. Vt tamen ſenſit Reginam Darlium vnice amare, & ſuam gratiam apud illam elangueſcere, conſilii pœnituit, monuitque Elizabetham vt quacunque poſſet ratione nuptias impediret. *M. D. LXVII.*

Nuptiis iam confectis, & Darlio Rege declarato, quum Regina donationes illi & aliis contra legem in minori ætate factas reuocaret, arma cum aliis in Reges induit, cauſatus nouum Regem Proteſtantium religioni aduerſari, & nuptias ſine aſſenſu Reginæ Angliæ cōtraxiſſe: Sed ne ten tata quidem Martis alea, in Angliam, vt dixi, fugit, omnique auxilii ſpe ibi fruſtratus; egit per literas cum Mortonio, homine profunda verſutia, qui quaſi alter idem, vt cum nuptiæ diſſolui non poſſent, ſaltem amor inter coniuges occultis artibus diſſolueretur. Et commoda quidem occaſio ſe obtulit, cum illa domeſticis ſimultatibus exortis, vt tumentem iuuenis animum cohiberet, & Ma eſtatis iura ſibi integra conſeruaret, mariti nomen in actis publicis poſtponere, & in nummis ſignandis omnino omittere cœpiſſet.

Nuptias exagitat.

In Angliam fugit.

Diſcordiam inter coniuges diſſeminare ſtudet.

Mortonius accendendis offenſionibus artifex, in Regis iuuenis animum blanditiis influit, perſuadetque vt regni Scotiæ Coronam, vel inuita Regina, ſibi imponeret, & fœminæ dominatu ſe emanciparet, cum fœminarum ſit parere, virorum imperare. Hoc conſilio ſperauit ille non ſolum Reginam, ſed etiam proceres & plebem à Rege omnino alienare. Vt Reginam abalienaret, primum variis calumniis Regem in Dauidis Rizii Pedemontani cædem inflammat,

Digitized by Google

M. D. LXVII. ne ille ſagax ipſorum conſilia anteuerteret. (Hic profeſſione Muſicus, anno ſuperiori in Scotiam cum Moretto Legato venerat, & à Regina in familiam & gratiam ob ſolertiam receptus, ad Gallicas Epiſtolas & intima conſilia, Secretario abſente, adhibitus erat.) Deinde, vt eandem infeſtius abalienaret, perſuadet Regi, vt ipſe cædi præſens cum Reuueno, & percuſſoribus intereſſet. Qui vna cum illo in Reginæ conclaue inter cœnandum irrumpentes, dum illa cum Comitiſſa Argatheliæ menſæ adſideret, hominem ad repoſitorium è ſublatis è regia menſa cibis delibantem (vt miniſtri interioris admiſſionis ſolent) ſtrictis gladiis aggreſſi, coram ipſa grauida, trepidante, ſclopeto in pectus intonato, vt parum abfuerit quin abortum fecerit, in antithalamium rapuerunt, crudeliſſime trucidarunt, ipſamque Reginam in conclaue concluſerunt, Mortonio omnes aditus interim obſidente.

Dauid Rizius necatur.

Morauius reuocatur.

Hæc cædes perpetrata eſt pridie eius diei, qui Morauio dictus, vt in Ordinum conuentu iudicio de rebellione ſe ſiſteret, qui poſtridie ſe ſtetit, cum nemo expectaret, & in tanta rerum perturbatione, nemo ex aduerſo appareret, Vt cædes Dauidis compoſito maturata Morauii in ſalutẽ & ſecuritatem videretur. Regina tamen, marito exorante, eũ gratanter excepit, & in fraterno eius amore tota acquieuit. Regem vero, facinoris magnitudine perſpecta, & Regina iam iratiſſima, temeritatis pœnituit, ad eius clementiam cum lachrimis lamentiſque ſupplex confugit, culpamque deprecatus ingenue fatetur, ſe, Morauio & Mortonio authoribus, tanto ſcelere adſtrinxiſſe; Morauiumque iam inde ita odio habuit (Mortonius enim, Reuenus, & alii, ob Dauidis cædem in Angliam profugerant, cum commendatitiis Morauii literis ad Bedfordium) vt de illo tollendo cogitaret. Sed cum ex iuuenili ardore, nec cogitationes celare poſſet, nec qua fuit in Reginam coniugem obſeruantia, exequi auderet, illam edocet in Reipub. vſum, regiæque familiæ ſecuritatem futurum, ſi Morauius è medio tolleretur.

Mortonius in Angliam profugit.

tur. Illa rem deteſtata, ab eiuſmodi conſiliis etiam minando deterruit, ſpe iniecta gratiam inter ipſos componendi. Ille tamen, cum potentiam nothi apud Reginam ægris oculis intueretur, præ impatientia idem conſilium cum aliis agitat, quod vbi Morauio innotuit, vt præuerteret, ſimulatione officii, occultiores inſidias iuueni opponit, Mortonio conſultore, licet abſente, vſus. *M. D. LXVII.*

His viſum ante omnia Reginæ animum à Rege, amore nondum redintegrato, prorſus auertere, & Bothwellium nuper Morauio reconciliatum, atque apud Reginam gratia pollentem in ſocietatem pellicere, propoſita ſpe diuortii ab vxore, & nuptiarum cum Regina ſimul ac eſſet vidua. Et ad hæc præſtanda, eumque contra omnes defendendum, obſignatis tabulis ſe obligarunt, perſuaſi, ſi res ſuccederet, ſe poſſe vna opera Regem tollere, Reginæ exiſtimationem apud proceres & plebem labefactare, Bothwellium peſſundare, & ad ſe ſummam rerum attrahere. *Regina à marito abalienatur.*

Bothwellius homo nequam, ambitione obcœcatus, & inde ad audendum proiectus, ſpem propoſitam facile arripuit, & cædem ſcelerate perpetrauit, cum Morauius vix ante xv. horas ſe ad ſua longius ſubduxiſſet, ne qua ſuſpicione perſtringeretur, vtque inde coniuratis, ſi opus, ſubueniret, & ſuſpicio tota in Reginam caderet. Simul ac in aulam redierat, & ille, & coniurati Bothwellium ex familiæ ſplendore, opera contra Anglos fortiter nauata, fide ſpectata, vt eius amore digniſſimum, in maritum commendarunt. Suggeſſerunt, illam ſolam & ſolitariam non poſſe tumultus excitatos compeſcere, inſidias anteuenire, molemque regni ſuſtinere; in ſocietatem igitur lecti, periculi, & conſilii illum adſumeret, qui poſſit, velit, & audeat ſe opponere. Eoque adegerunt, vt mulier trepida, duabus tam tragicis cædibus perculſa, & Bothwellii erga ſe & matrem ſuam fidei & conſtantiæ memor, quæ quo confugeret quam ad fratris fidem non habuit, aſſenſum præbuerit. His tamen legibus, vt tenelli filii ſaluti ante omnia cōſuleretur, *Ille occiditur.* *Bothwellius in maritum commendatur.*

Digitized by Google

M. D. LXVII.

deinde vt Bothwellius, tam à Regis cæde, quam à prioris coniugii vinculo legitime liberaretur.

Proteſtatio de cæde Darlii.

Quid hac de re ſtatim publice proteſtati ſint Georgius Comes Huntleiius, & Comes Argathelius, inter Scotiæ proceres facile principes, libet hic ex autographo ad Elizabetham, quod vidi, ſubtexere. *Quandoquidem Morauius, & alij, ad obuelandam rebellionem contra Reginam, cuius authoritatem ſibi arrogant, illam, tāquam cædis mariti conſciam, aperte calumnientur; nos hæc publice proteſtamur & atteſtamur. Menſe Decembri M. D. LVI. cum Regina Cragmillariæ ageret, Morauius & Lidingtonius coram nobis agnouerunt, Mortonium, Lindſeium, & Reuuenum, non alio conſilio Dauidem Rizium trucidaſſe; quam vt Morauij ſaluti conſulerent, qui eodem ipſo tempore erat proſcribendus. Ideo ne male grati viderentur ſibi in votis eſſe, vt Mortonius & reliqui ob Dauidis cædem exulantes, reducerentur. Hoc autem fieri non poſſe innuerunt, niſi Regina à marito diuortio ſeparetur; quod ſe effecturos ſpoponderunt, modo nos aſſenſum præberemus: Poſteà Morauius mihi Huntleio promiſit, auitum patrimonium reſtituendum, & æternam gratiam apud exules ineundam, ſi diuortio fauerem. Iuimus deinde ad Bothvvellium, vt ille vna conſentiret. Poſtremo ad Reginam acceſſimus, & Lidingtonius omnium nomine maiorem in modum orauit, vt exilium Mortonio, Lindſeio, & Reuueno remitteretur, Regis errata & offenſiones in Reginam & Regnum verborum atrocitate exaggerauit, monſtrauitq;, & Reginæ & Reipub. omnino intereſſe, vt diuortium quamprimum fieret, quandoquidē Rex & Regina non poſſent ſimul cum ſecuritate in Scotia verſari. Illa reſpondit, ſe malle ad tempus in Galliam ſecedere, donec maritus ætatis errata agnoſceret; nolle enim quicquā fieri quod fraudi ſit filio, aut ſibi dehoneſtamento. Ad hæc Lidingtonius, Nos qui tibi à conſilio ſumus, hæc cauebimus. At impero, inquit illa ne q̄d faciatis, quod vel honori meo, vel conſcientiæ maculam inurat. Res ſit in integro donec Deus deſuper medeatur; Quod vos mihi bonū futurum exiſtimatis, in malū cedet. Cui Lidingtonius, Rem nobis cōmittas, & nihil videbis niſi quod bonū, & Parlamētaria authoritate comprobandum.*

Digitized by Google

bandum. Hinc, cum poſt pauculos dies Rex nefaria cæde fuerit ex-extinctus, Nos *ex interno conſcientiæ teſtimonio pro certiſſimo habemus Morauium & Lidingtonium fuiſſe authores, machinatores, & ſuaſores huius regicidii, quicunque fuerint regicidæ*. Hæc illi. *M. D. LXVII.*

Confœderati iam toti in hoc erant, vt Bothvvellius regicidii abſolueretur. Protinus igitur Parlamentaria Comitia, nulla alia de cauſa indicuntur, & edicta prodeunt, vt regicidii ſuſpecti apprehenderentur. Cumque Lenoxius Regis cæſi pater Bothvvellium vt regicidam accuſaret, vehementiusq; inſtaret, vt priuſquam Ordinum conuentus haberetur, ille judicio ſiſteretur; hoc etiam conceſſum eſt, juſſuſq; Lenoxius vt intra viceſimum diem ſe contra ſiſteret. Quo die, cum ille nihil ab Angliæ Regina intelligeret, & in vrbe hoſtium plena adeſſe ſine vitę periculo non poſſet, Bothvvellius pro tribunali ſiſtitur, & Mortonio cauſam eius ſuſtinente, Iudicum ſententiis abſoluitur. *Bothvvellius Regicidij abſoluitur.*

Hoc negotio confecto, conjurati effecerunt, vt plurimi è nobilitate nuptijs adſentirent, chirographis ſcripto appoſitis, ne ille promiſſis nuptiis excluſus, eos, vt totius ſceleris architectos, inſimularet. Ex his nuptijs cum Bothvvellio (qui Orcadum Dux creatus) ſuſpicio, Reginam cædis fuiſſe conſciam, apud omnes inualuit, quam conjurati, miſſis literis, paſſim auxerunt, & occultis coitionibus Dunkeldiæ, in Reginæ abdicationem & Bothvvellij exitium ſtatim conſpirarunt. Morauius tamen, vt totius coniurationis expers videretur, exorauit Reginam licentiam in Galliam proficiſcendi, vtq; omnem diffidentiam tolleret, res ſuas vniuerſas in Scotia, Reginæ, & Bothvvellij fidei cōmendauit. Vix ille ex Anglia trāſierat, ecce, qui Bothvvellium à reatu cædis abſoluerant, & chirographis in nuptias conſenſerant, in eum arma ſumpſerūt, quaſi apprehenſuri: reuera ſubmonuerunt, vt ſibi fuga conſuleret non alio cōſilio, quam ne apprehenſus totam machinationem renudaret, & ipſius fugam in argumentum, ad Reginam regi- *Reginam ducit.* *In eum & Reginam Conſpiratio.* *Morauius in Galliam ſecedit.* *Bothvvellius fugatur.*

M.D.LXVII.

Regina in carcerem truditur.

cidij accuſandam arriperent. Illam autem interceptam cõtumelioſiſſime indignis modis exagitarunt, & vili palla amictam in carcerem ad *Locum Leuinum* contruſerunt, ſub cuſtodia matris Morauij, quæ Iacobi Quinti pellex incarceratæ Reginæ calamitatem petulantiſſime inſectata eſt, gloriando, ſe legitimam fuiſſe Iacobi V. vxorem, filiumq; Morauium prolem eſſe legitimam.

Elizabetha de hoc expoſtulat.

Quamprimum hæc certis nuntiis Elizabetha comperiſſet, deteſtata ex animo hanc effrænem, in Principem ſororem & vicinam, ſubditorũ inſolentiam, (quos perfidos, rebelles, ingratos, & crudeles ſubinde appellauit) miſit Nicholaum Throcmortonum in Scotiam, vt apud confœderatos de hac in Reginam inſolentia expoſtularet, & rationẽ iniret, quomodo illa in priſtinam libertatẽ & authoritatem reſtitueretur, ſuppliciũ de regicidis ſumeretur, & Princeps tenellus in Angliam, quo ſecurius eius ſaluti conſuleretur, & non in Galliam mitteretur. Quæ hac de re deinceps dixero, dum ille in Scotia hæreret, ex illius literis fide, quæ ſane optima ſane & ſpectatiſſima, habe.

Quid de Scota captiua fiat conſulitur.

Ille plures in Scotia Reginæ infenſiſſimos inuenit, qui ipſi, vt etiam *Villeroio* & Croco, Legatis Gallicis, aditum ad Reginã plane negarunt. Quid tamen de illa ageretur, coniurati neutiquã inter ſe conuenire poterant. Lidingtonius & pauculi alii in authoritatem reſtituendam cenſuerunt, his legibus, vt Regicidæ ex lege punirentur, Principis ſaluti proſpiceretur, Bothvvellius diuortio ſepararetur, & religio conſtabiliretur: alij, vt in Galliam aut in Angliam perpetuo exilio relegaretur, modo Rex Galliæ, aut Regina Angliæ fide-iuberent, quod illa omnem regiam authoritatem in filiolum & quoſdam è proceribus, regno eiurato, transferret. Alij vt judicio ſiſteretur, damnaretur, in perpetuo carcere condereretur, & filius in Regem inaugurraretur. Alij deniq;, vt regia authoritate & vita ſemel ſimulque extremo ſupplicio ſpoliaretur. Et hoc Knoxus & aliquot verbi Miniſtri è ſuggeſtis intonarunt. Contra Throcmortonus

tonus

Digitized by Google

tonus è ſacratum literarum authoritate, de obſequio præſtando *ſupereminētioribus poteſtatibus gladiũ geſtantibus*, multa propoſuit, acriterq; diſſeruit, *Reginam nullius iudicio, præterquam cæleſtis Iudicis ſubiacere, pro nullius Tribunali in terris poſſe ſiſti, nullam eſſe magiſtratus authoritatem in Scotia, quæ à Reginæ authoritate non eſt delegata, & ab ipſa reuocabilis.* Illi peculiare ius regni apud Scotos oppoſuerunt, & in cauſis extraordinarijs extra ordinem eſſe decernendum, rationib. à Buchanano acceptis, qui tunc temporis, Moraujo ſuaſore damnatũ illũ Dialogũ, *De iure regni apud Scotos*, ſcripſit, quo populo jus eſſe Reges creandi & abdicandi cõtra Hiſtoriæ Scoticæ fidẽ aſtruitur. Nec deſtitit ille pro Regina reſtituenda, & acceſſu ad eam importune interpellare, etſi à Lidingtonio ſubinde reſponſum erat, acceſſum non poſſe illi concedi, cum Gallis negaretur. Gallo non diſplicendũ, vt Angliæ Reginæ placerent, quam ſuis ſolũmodo rationibus inſeruire exeperti erant non ita pridem, cum Gallos in rem ſuam è Scotia demoueret, & nuperrime cũ Scotis exulibus, ob cædem Dauidis Rizij, tantillum fauoris, & parca quidem manu, præberet. Ad hæc, cauendum, ne ex importunitate iſta Scoti ad Gallorum amicitiam, Anglis neglectis, ſe reciperent; ſubmonuitq; Gallico prouerbio: *Il perd le ieu, qui laiſſe la partie*, ne Angli Scotos amicos diſtituerent.

M. D. LXVII.

Throcmortonus Scotæ cauſam tuetur.

Scoti contra diſſerunt, ex argumentis Buchanani.

Deinde verboſo ſcripto, quod Throcmortono ſine alicuius ſubſcriptione tradiderunt, proteſtati ſunt, ſe non alio conſilio Reginam in ſeceſſum ſecluſiſſe, quam vt à Bothvvellio, quem perdite in ipſorũ perniciem adamauit, ſeiũgerent; donec impotens amor in illum, & muliebris iracundia in ipſos deferueſceret; & hoc reſponſo vt acquieſceret, juſſerunt, donec reliqui proceres conuenirent. Reginam tamen indies arctiori cuſtodia concluſerunt, etſi lachrimis oppleta, demiſſiſſimis precib. obteſtaretur, vt mitius cum ea ageretur, ſi non vt Regina, tamen vt Regis filia & Principis mater, quem, vt ſemel inuiſeret, ſæpius fruſtra ſupplicauit. Sed ne ſigillatim iniurias in illam perſequar,

Digitized by Google

M. D. LXVII. tandem blande aggreſſi ſunt, vt regno ſponte cederet, excuſatione quæſita, vel ex aduerſa valetudine, vel regnãdi moleſtia, vel quod alij ſubtilius monuerunt, vt ceſſione facta illa negligentius cuſtodita, facilius euaderet. Cum hæc non

Regni reſignationẽ extorquẽt.

ſuccederent, minitati ſunt, illam publico iudicio ream peragere, vitæ incõtinenter actæ, Regicidij & Tyrannidis, hoc nomine quod leges & patria iura violaſſet, nominatim quę Randanus & D'Oiſelius, Regis Galliarum, & ipſius nomine confirmarant. Tandem mortis terrore iniecto, eam inauditam compulerunt, tribus Diplomatibus chirographum apponere, quorum primo regnum ceſſit filiolo vix XIII. menſes nato, altero Morauium Proregem conſtituit, dum filius in minori eſſet ætate, tertio, ſi Morauius onus recuſaret hos rectores filio nominauit, IACOBVM, Caſtri-Heraldi Ducem, Matthæum Lenoxiæ, Gileſpium Argatheliæ, IOANNEM Atholiæ, IACOBVM Mortonii, Alexandrinum Glencarniæ, & IOANNEM Marriæ Comites. Nec mora, illa Reginæ Angliæ per Throcmortonum ſignificauit, ſe coactam ceſſiſſe, & ceſſionis inſtrumento inuitam ſubſcripſiſſe, ex conſilio Throcmortoni, qui perſuaſerat ceſſionem in carcere, *qui iuſtus eſt metus*, extortam plane irritã eſſe. Sed de his plura anno ſequente, ex vtriuſq; partis accuſationib. & defenſionib. corã cognitoribus Eboraci.

Iacobus Sextus in Regem inauguratur.

Quinto à ceſſione die, Iacobus Reginæ filiolus in Regem inungitur, & coronatur, Ioanne Knoxo concionante; proteſtatione ab Hamiltoniis interpoſita, ne præiudicio eſſet Duci Caſtri-Heraldi in iure ſucceſſionis contra familiam Lenoxiam. Elizabetha vero Throcmortonum intereſſe vetuit, ne illa tam iniuſtam Reginæ abdicationem, legati ſui præſentia, approbare exiſtimaretur.

Morauius in Scotiam redit.

Die viceſima à ceſſione, Morauius ipſe in Scotiam è Gallia rediit, tertia poſt die, cum nonnullis è coniuratis Reginam acceſſit, crimina plurima obiecit, & tanquam cõfeſſor religioſus plurib. egit, vt vera pœnitentia ad Deum ſe conuerteret, & illi⁹ miſericordiam imploraret. Illa de ante actæ

vitæ

Digitized by Google

vitæ peccatis doluit, ex objectis, alia agnouit, alia extenuauit, alia ex humana fragilitate excuſauit, & plura prorſus denegauit. Illum obſecrauit, vt gubernacula rerum pro filiolo ſuſciperet, vtque ſuæ exiſtimationi & vitæ parceret, iterum obteſtata eſt. Ille hoc ſibi integrum eſſe negauit, ſed à regni Ordinibus efflagitandum. Si tamen illa vitæ & honori conſultum vellet, hæc obſeruanda præſcripſit, Ne regni & Regis tranquillitatem interturbaret, ne è carcere ſe ſubduceret, ne Reginam Angliæ, aut Regem Galliæ excitaret ad Scotiam externo vel interno bello infeſtandam, ne amplius Bothvvellium adamaret, aut de vlciſcendis Bothvvelli adverſariis cogitaret. *M.D.LXVII.* *Regina præſcribit.*

Iam Prorex ſiue *Regens* declaratus, ſe obſignatis tabulis obligat, nihil acturum, quod ad bellum aut pacem, Regis perſonam, & matrimonium, aut Reginæ libertatem ſpectet, ſine conjuratorum aſſenſu. Throcmortonum per Lidingtonium monet, ne amplius pro Regina interpellet, ſe & cæteros malle omnia perpeti, quam pati, vt illa liberata, Bothvvellium retineat, filium in pericula, patriam in turbas conjiciat, & ipſos proſcribat. Nouimus, inquit, quid vos Angli bello poſſitis, noſtros limites vaſtetis, & nos veſtros; certoq; ſcimus, Gallos, pro antiquo inter nos fœdere nos minime derelicturos. Lignerolio tamen Gallico Legato aditum ad Reginam denegat, donec Bothvvellius apprehenderetur; miſeramque Reginam aſperius, quam pro meritis erga eum, indies tractat, contra quam Regi Gallorum promiſerat. Hæc hactenus ex Throcmortoni literis. *Regens ſiue Prorex conſtituitur.*

Mox Morauius ſupplicium ſumit de Ioanne Hepburno, Paride Gallo, Daglisho, & alijs Bothvvellij famulis, qui Regis cædi intererant. Sed illi, quod minime expectauit, ad patibulum coram Deo & Angelis proteſtati ſunt, ſe ex Bothvvellio intellexiſſe, Morauium & Mortonium Regicidij authores fuiſſe, Reginam ab omni ſuſpitione exemerunt: vt & ipſe etiam Bothvvellius captiuus in Dania, & *De regicidis quibusdam ſupplicium ſumit.*

Digitized by Google

M. D. LXVII. viuens & moriens Reginam minime conſciam fuiſſe religioſa aſſeueratione ſępenumero conteſtatus eſt. Et decimo quarto poſt anno, cum Mortonius extremum ſupplicium ſubiturus eſſet, faſſus eſt, Bothwellium ſecum egiſſe, vt in Regicidium conſentiret, quod cum omnino abnueret, niſi Regina ſub chirographo mandaret; Bothwellium reſpondiſſe, hoc neutiquam fieri poſſe, ac facinus, ipſa inconſulta, perpetrandum eſſe.

Reginam ſuſpitione eximunt.

Angla, & Gallus liberare ſtudent.

Hanc præcipitatam Reginæ abdicationem, atque coniuratorum, in legatos peruicatiam, & Elizabetha, & Gallus, vt cum Regiæ maieſtatis probro coniunctam, ægerrime tulerunt, & Hamiltonis; qui à Regina ſteterunt, fauere cœperunt. Paſquierus etiam à Gallo Legatus, egit cum Regina Angliæ, vt vi & armis reſtitueretur. quæ conſultius exiſtimauit, vt commercia tum in Gallia tum in Anglia Scotis interdicerentur, donec liberaretur: vt ea ratione populus à proceribus diſiungeretur, qui coniunctim in Reginam cõiuraſſe videbantur. Sed hęc Scotica pauliſper omittamus.

Caletum repetitur.

Cum iam octo annis explętis, Caletum, ex Tractatu apud Caſtellum Cameracenſe, Anglis reddẽdum eſſet, Thomas Smithus in Galliam cum Guilielmo Wintero, claſſicarum machinarum præfecto, miſſus, clarigante tuba ante maritimam Caleti portam, oppidum Caletum cum territorio, & quibuſdam machinis bellicis, clara voce Gallice ex Tractatu repetiit, & hoc in acta à Notario mox relatum, Germanis quibuſdam mercatoribus, & Belgis, qui forte aderant, in teſtimonium adhibitis. Mox Regem Galliæ acceſſit ad Caſtrum Foſſatenſe, vbi cum HENRICO Norriſio legato ordinario denuo repetijt. Rex rem ad Conſiliarios reiecit, è quibus Michaelis Hoſpitalius Cancellarius, graui & compoſita oratione, in hanc ſententiam diſſeruit.

Contra aſſeritur.

Quo iure Angli repetunt Caletum, eodem etiam Lutetiam Pariſiorum repetere poſſe; hanc enim perinde ac illud bello acquiſierant, & vtrumq; bello amiſerunt. Anglos ius nouum in Caletum prætendere, Gallorum ius ipſi regno eſſe coæuum. Quamuis Angli

ce-

Digitized by Google

CC XXX. *plus minus annos poſſederint, ius tamen penes Galliæ Reges fuiſſe, non minus quam Ducatum Aquitaniæ & Normaniæ, quos Angli diu armis detinuerant. Gallos Caletum, vti etiam Ducatus illos, non bello acquiſiuiſſe, verum recuperaſſe. Præſcriptionẽ temporis quã allegant, inter Principes locum habere nullum, ſed ius ſemper valere, & ex* XII. *Tabulis* Aduerſus hoſtem æternam eſse authoritatẽ, *Anglos in negotiis contrahendis admodum eſſe conſultos, in recenti tamen Tractatu Trecenſi, poſtquam bellum de Caleto potiſſimũ inchoaſſent, ne Caleti q̃dem meminiſſe, vt agnoſcere viderentur ſe ſuo in Caletum iure omnino ceßiſſe. Tractatum equidẽ Trecenſẽ nouationem fuiſſe, ita vt Tractatus plane tunc fuerit renouatus; Nec obſtare clauſulam illam,* de reſeruationib. iurium; *cum tantum minutiora reſpiciat, & hoc de Caleto inter potiſſima cenſendum. Quicquid in Scotiã Franciſcus* II. *attentauerit, iuri Caroli* IX *fraudi eſſe non poſſe. Quæ quis priuatus attentauerat, in quibuſdam cauſis legib. ſubiici, in Principum. a. cauſis aliter ſe res habere. De attentatis in Scotia, dotali regno, cum Scotorum Regina Angli expoſtulent, qui de Franciſci & Reginæ conſilio ex coniecturis augurantur, cum Angli Franciſcopolim in Gallia ſpecioſo obtentu, Regi eam conſeruandi, ingreſſi, valido impoſito præſidio, & bellico apparatu longe inſtructiſsimo, armis tenuerint, & Condæo fœderatiſq́ pecuniam ſuppeditarint; ideoq́ ſuo in Caletum iure, ſua ipſorum culpa, excidiſſe. Diuino numini viſum eſſe, vt Caleto à Gallis recuperato, bella inter Gallorum & Anglorum gentes conſopirentur, quas interfluente pelago diuiſerat, vt ille canit.*

Et penitus toto diuiſos orbe Britannos,

Reginam etiam Angliæ magis ſuo commodo conſulturam, pacem cum Gallo colendo, quam Caletum recuperando. Deniq́ neminem vel audere Regi authorem eſſe, vt Caletum Anglis reſtitueretur; ſi quis autem ſit, illum extremo ſupplicio eſſe digniſſimum, imo infra inferos amandandum.

Ad hæc Smithus, *Se non expectaſſe, vt tam obſoletum Gallorum ius ad Caletũ, ex profunda antiquitate repeteretur. Iam tandem. a. perſpicere, quicquid Galli, quo iure qua iniuria, in poſſeſſionem ſemel attraxerint, id pro ſuo, iure deputare tanquam ius ijs ſelum*

M. D. LXVII.

Smithus reſpondet.

Digitized by Google

M. D. LXVII. *ſolum eſſet in armis, & nihil intereſſet, bona an mala fide poſſideant. Gallos exiſtimare ſe Caletum poſtliminii iure tenere quod ex Conuentione tenent, nullam poſteriorem Conuentionem admittere, & apud animum ſtatuiſſe, pactam de Caleto reſtituendo fidē neutiquam præſtare. Hæc vero omnibus omnium rationum momentis præponderare. Laudem quam tribuit Anglis, quaſi conſultis in pactionibus faciendis, Gallos ſibi ſemper arrogaſſe, & Anglis detraxiſſe, Nouationem contractus plane Antiſtrophon eſſe, & in Gallos vere poſſe retorqueri, ſcilicet quia regina Caletum repetiit, eo quod Galli,* innouando & attentando armis in Scotia, *iure in Caletum exciderint. Galli contra Anglos iure in Caletum excluderent, eo quod poſtea ad Franciſcopolim armis Regina Angliæ* attentauerit. *Cum in his alter alteri nihil cōcederet,* inquit, *in pacem Trecis conuenimus, q̄ ſi Nouationē induxerit, Nouationē illam ius Gallorū in Caletum extinxiſſe & Anglorum confirmaſſe quorum dies nondum venerat, qua Caletum vendicare nō poterant, octennio tunc temporis nō exacto.* Hîc aſſurgens, & ad Galliæ Cōſiliarios conuerſus, *Veſtrā* inquit, *fidem qui adfuiſtis, appello, cū nos ius noſtrum ad Caletum disertis verbis reſeruandum vrgeremus, vos omittendum, quia tempus nondum venerat; an non inter nos conuenerit, vt tacite reſeruaretur, ſub clauſula illa;* Omnes aliæ petitiones, & demandæ inuicem remanebunt ſaluæ & integræ: & pari modo exceptiones & defenſiones hinc inde reſeruabuntur. *Quod ad Franciſcopolim, eam Anglos ingreſſos eſſe pacifice, ab incolis & nobilibus Normanniæ rogatos, proteſtatione facta, ſe in vſum Regis Galliæ conſeruaturos. Ita vt nihil armis contra Regem Gallorum* attentauerint, *aut* innouarint *in Tractatus præiudicium; tenuiſſe autem, non aliquo proprietatis iure, ſed in vadimonium, vt æqua ſibi fierent de Caleto detento, cuius ius, tam quoad poſſeſſionem quam proprietatem, ad Reginam deuolutum erat, ex Gallorum in Scotia attentatione, plane contra Tractatum. Quod ad pecuniam illam, Condæo & fœderatis, non alio conſilio mutuo datam fuiſſe, quam vt Germanis militibus de ſtipendio tumultuantibus ſatisfieret, ne Regis agris & vicis vaſtitatem inferrent. Quæ etiam REX Edicto agnouit facta*

fuiſſe

Digitized by Google

fuiſſe, a bon fin. Et pour noſtre ſeruice. Hæc & eiuſmodi Smithus. M. D. LXVII.

Cum de inſtructiſſimo apparatu bellico Anglorum in Franciſcopoli, multa loqueretur Momorantius Conſtabularius, gladio cum vagina Liliata (qui officii eſt Inſigne) ſublato, quaſi non ad vnum opidulum propugnandum, ſed ad vniuerſam Normanniam expugnandam ſufficeret. *Non eſt*, inquit Smithus, *cur hoc quis demiretur, cum Angli gens maritima ſciat, ſe in ventos, maris dominos imperium non habere, ei igitur tempeſtiue & plene in poſterum prouidere.* Galli poſtea grauiſſime conqueſti, Proteſtantes è Gallia profugos, Legato Gallico repoſcenti, non fuiſſe ex pactis redditos; in aliud tempus rem prorogarunt, quæ, bello inteſtino in Gallia illico incrudeſcente, quaſi ſenſim ſilentio expirauit. Et proculdubio Galli apud ſe ſtatuerant, Caletum nunquam reddendum. Statim enim atq; captum erat, vetera propugnacula ſubruerant, noua inchoarant; ædes & fundos alios in quinquaginta annos elocarant, alios in perpetuum donarant.

Res dilatione euaneſcit.

Dum hæc in Gallia tractantur, Comes Stolbergenſis à Maximiliano Imperatore in Angliam venit, de nuptiis cum Carolo Archiduce acturus, quo nomine Regina Comitem Suſſexiæ ad Imperatorem, cum Georgiani Ordinis inſignibus, paulo ante miſerat, qui, ex charitate in patriam, cum æmulatione in Leiceſtrium coniuncta, nullum non mouit lapidem, vt Regina Principi alicui externo matrimonio coniungeretur, & Leiceſtrius ſpe depelleretur. Nec quicquam Suſſexio crebrius in ore, quam, ſiue *Honor*, ſiue *Potentia*, ſiue *opes* in Reginæ matrimonio ſpectentur, externum Principem vel nobiliſſimo Anglo præponendum. Adeo vt quidam, qui contra ſenſit, contra lepide dixerit, *Vbi tria illa*, Honos, Potentia, *&* Opes *in nuptiis ſpectantur*, Diabolum *&* Mundum *auſpices eſſe & pararios.* Leiceſtrius in ſuam tamen ſpem pronus, Baronem Northum, quem ſibi itineris Comitem Suſſexius adiunxerat, ſubornauit, vt quid

Suſſexius ad Imp. de nuptiis mittitur.

M. D. LXVII. quid diceretur ſubauſcultaret, quid ageretur obſeruaret, & quantum Suſſexius nuptias cum Archiduce promoueret, tantum ille clam impediret, ſubinnuendo, Reginæ animum à nuptiis eſſe auerſiſſimum, quicquid præ ſe ferret, & Suſſexius oſtentaret. Nec ipſe domi deſtitit omnia externi coniugij incommoda auribus ingerendo, Reginam deterrere.

Leiceſtrius ſe opponit.

Propoſuit *illud recens Mariæ ſororis cum Philippo Hiſpano coniugium, quo illa in perpetuum mœrorem & Anglia in Hiſpanicæ ſeruitutis periculum fuerat coniecta*: Diſſeruit, *exterorum mores, mentem, & ingenium perſpici non poſſe, quæ in marito, qui indiuiduo nexu ſit vna caro, perſpici inprimis intereſt. Cum lingua, moribuſque peregrinis aſſidue verſari, moleſtiſsimum eſſe & miſerandum. Liberis ex peregrino coniugio procreatis, inſolens, & peregrinum quiddam innaſci, exterorum conſortio nouos mores, noua inſtituta in Rempub. inuehi, Mulieres Principes externis nuptiis, non ſuum, ſed alienum regnum plerumque augere, ſe ſuoſque alieno imperio ſubiicere, necnon regni arcana exteris prodere. Exterum maritum, pro innata in patriam charitate, Anglos ſuis poſthabiturum. Angliæ externo auxilio nihil opus eſſe, quæ ad ſe ſuaque tuenda, & vim externam propulſandam ſatis habet in ſe præſidii, alterius regni acceſsione nihil niſi maiores expenſas, curas, & ſolicitudinem accedere; vtque corpora humana, ita & imperia mole ſua laborare. Illud autem in nobilitatis contumeliam à nonnullis vſurpari, domeſtico coniugio aliquid à* Regia *dignitate detrahi, cum* Regia *Maieſtas, quæ ad tantam ſublimitatem viam ſibi virtute aperuit, à nobilitate ortum repetat, nobileſque familiæ, Regiæ ſtirpis quaſi radices exiſtant, indeque eſſe quod Reges Angliæ, Duces, Marchiones,* Co*mites, & Vicecomites* Conſanguineorum *titulo in literis ſemper ſalutarunt.*

Ex coniugii externi incommodis.

Cum magno & ſplendido apparatu Suſſexius interim per Antuerpiam, Coloniam, Moguntiam, Wormatiam, Spiram, Vlmam, Auguſtam Vindelicorum, in Auſtriam venit. Vbi honorifice exceptus, Imperatoris ſumptibus quinq;

Digitized by Google

quinq; mēſes hæſit, de rebus grauiſſimis, & Caroli nuptiis cum eo aſſidue collocutus: & ſtato die eum Georgiani ordinis inſignibus inueſtiuit ad preces veſpertinas; cum Miſſæ Sacrificio intereſſe ex conſcientiæ ſcrupulo recuſaret. In hoc negotio occurrerunt difficultates de religione, Ducis ſuſtentatione, titulo Regio, & ſucceſſione, de quibus multa vltro citroque agitata. De titulo conuenit, vt Carolus Archidux Regis Angliæ titulo & nomine frueretur. De ſucceſſione, ex iure regni non poſſe ſuccedere, id enim liberis fraudi futurum, quorum tamen tutelam vt haberet, conuenit. Nec ampliora Philippo Hiſpano, cum Mariam duceret, conceſſa fuere. De ſuſtentatione, ſi aulicos quos ſecum adducet, & retinebit, ſuo ære alere voluerit, Reginam cætera, & illud etiam, ſi requirat, prolixe pro Regia dignitate ſuppeditaturam. Verum de religione ſcrupulus reſedit. Poſtulauit Imperator, necnon ipſe Carolus, vt templum concederetur publicū, quo ſibi & ſuis ſacra Romano ritu celebrarentur. Cum hoc non audiretur, mediū quiddam excogitauit Imperator, vt loco aliquo priuato in Regia ſuis ſacris pacifice vteretur (quod Pontificiorum Principum Legatis in ſuis ædibus permiſſum) idq; his legibus, vt Angli non admitterentur, nec ipſe, aut famuli religioni in Anglia receptæ contrauenirent, aut contrauenientib. fauerent. Si propter ſacra aliqua suboriretur offenſa, ad tempus intermitteret; necnon, vt cum Regina ſacris Eccleſiæ Anglicanæ ritu celebrandis adeſſet. Hac re mature in Anglia deliberata (ne multis immorer) reſpondit Regina. Quod ſi hoc concederet, conſcientiam ſuam læderet & publicas regni leges aperte violaret, non ſine maximo, tum dignitatis, tum ſalutis periculo. Sin autem Carolo placeret Angliam adire, vt præſentem videret, itineris ſuſcepti dignos fructus relaturū. Ita Suſſexium ſummo cum honore dimiſit Imperator, & ille Gretzium deflexus Carolo valedixit, qui cōmodius reſponſum à Regina fruſtra ſperauit.

M. D. LXVII.

Articuli de coniugio.

De religione ſcrupulus.

Iam

M. D. LXVII. Iam inde enim dies hæc paulatim extenuauit, quæ toto ſeptennio honorificis internuntiis adoleuerant. Neceſſitudinis tamen, & tanta mutuæ beneuolentiæ inter Principes charitas permanſit, vt Imperator Pontificis Romani in Elizabetham molitiones ſemper impedierit. Carolus Archidux haud multo poſt in vxorem accepit Mariam Alberti V. Ducis Bauariæ filiam, quæ illi Hiſpaniæ & Poloniæ Reginas præter alios peperit.

Legati à Moſco. Venerunt ſub hoc tempus in Angliã Stephanus Tvverdico, & Theodorus Pogorella, à potentiſſimo illo Ioanne Baſilide Ruſſorum & Moſcouiæ Imperatore, cum pretioſis pellibus Zibellinis, Luſernis, & alijs, quæ illo tempore, & ſuperioribus ſeculis ab Anglis, in ornamentum, & ſalubritatem inprimis, expetitæ; Omneq; ſtudium & operam Reginæ & Anglis prolixe detulerunt; quæ Imperator ille, iam ante cumulate præſtiterat ex his initiis.

Dum quidam Mercatores Londinenſes, quorum primarij Andreas Iuddus, Georgius Barneſus, Guilielmus Gerardus, & Antonius Huſeius, Anno 1553. viam in Cathaiam, per mare illud glaciale ſiue Hyperboreum, quærerent ductu Hugonis Willoughbæi, qui rigenti frigore enectus, Richardus Chancellerus ab illo ſecũdus, auſpicato in Ruſſiam aditum, prius ignotum aperuit, delatus in oſtium Duinæ flu. ſub latitudine Poli Borealis 64. vbi Monaſteriolum S. Nicholao ſacrum. *Angli viã per mare in Moſcouiam aperuerunt.* Hinc trahis, pro more regionis, Moſcuam Imperator accerſijt, gratãter excepit, & benigne demiſit, amplas immunitates Anglis pollicitus, ſi in ſuo Imperio mercaturam exercerent, ex animo lætatus, merces exoticas mari in Ruſſiam poſſe inuehi, quas Ruſſi antea per Naruam & hoſtiles Poloni regiones difficulter acceperãt. Cum Chancellerus reuerſus hæc docuiſſet, & quanti pretii Anglici panni in illo tractu eſſent, & quam vili ſpartum, linumq; ad rudentes, cæra, & pelles pretioſæ venundarentur: *Moſcouitica mercatorum ſocietas.* Mercatores illi in Collegium ſiue Societatẽ, annuente R. Maria, coaluerunt, quam *Moſcouiticam* vocamus, & multis

multis immunitatibus à Baſilide indultis, iam inde claſſe quotannis eo miſſa, quæſtuoſam mercaturam exercuerũt: quæſtuoſiſſime autem, poſtquam Elizabethæ apud Baſilidem gratia anno M. D. LXIX. impetraſſent, vt nulli præter Anglos ex illa Societate, in Septentrionali Ruſſiæ parte negotiarentur, & illi ſoli per ampliſſimum eius Imperium merces diſtraherent, vt ſuo loco dicemus. *M. D. LXVII.*

Cum his legatis Ruſſicis reuerſus eſt in Angliam Antonius Ienkinſonus qui Ruſſiam diligentiſſime perluſtrauit, tabula Geographica deſcripſit, primus Anglorum mare Caſpium nauigauit, & ad Bactros penetrauit. Huic Imperator arcana mandata, quæ ſuis non communicauit, dedit. Silicet vt cum Elizabetha ſedulo ageret, de mutuo defenſionis & offenſionis fœdere contra omnes, ineundo, & naupægis, nautis, & bellico apparatu in Ruſſiam mittendis. Vtq; iureiurando præſtito, Regina ſe obſtringeret, ad eum cum vxore & liberis humaniter excipiendum, ſi vel à rebellibus vel hoſtib. imperio eiiceretur. Ita Tyrannus, à quo nihil cuiquam tutum ipſe ſibi minime tutus videbatur. Et inique ſane tulit, quod Regina ad hæc circumſcripte reſponderit. Nec tamen deſtitit hæc, literis etiam & legatione, vt ſuo loco dicemus, vrgere; ſubinde requirens, vt Antonius ille remitteretur, quaſi in tanti momenti arcanis mala fide egerat. *Arcana à Moſco Legatio.*

Primo huius anni menſe animam Deo reddidit Nicholaus Wottonus vtriuſque Iuris D. Eccleſiæ Cantuarienſis, ſimulque Eboracenſis Decanus, vir natalibus clarus, ſed prudentia domi foriſque longe clarior: Regibus enim Henrico Octauo, Edwardo Sexto, Mariæ & Elizabethæ ab intimis conſiliis, ad Imperatorem; Galliæ & Hiſpaniæ Reges, alioſque Principes nouies legatus, ter pacis reconciliatæ inter Anglos, Gallos, & Scotos delegatus, & ab Henrico Octauo inter ſedecim ſupremi teſtamenti curatores electus. *Nich. VVotoni obitus.*

Diem etiam ſupremum obiit Elizabetha Leiburna, *Ducissa Norfolciæ mors.*

K Tho.

Digitized by Google

M. D. LXVII.

Tho. Ducis Norfolciæ vxor tertia, quæ vidua Baronis Dacrei ante annũ enupta, liberos illi peperit nullos ſed priori marito Georgium Baronem, qui adoleſcentulus, periit, equo ligneo deſultorio oppreſſus, dum inſilire diſceret, & tres filias, tribus Ducis filiis, de futuro deſponſatas.

Shanum *O-Neal*, filium legitimum Coni- *O-Neal* agnomine *Bacco*, id eſt, Claudi, potentiſſimum in Septentrionali Hiberniæ plaga, quæ Vltonia dicitur, Dynaſtam, in Angliam veniſſe, & ſupplicem rebellionis culpam deprecatum anno M. D. L X I. diximus. Ille domum reuerſus eam Hiberniæ partem contra Scotos ex Cantira & Hebridibus irruentes fortiter defendit, eorum ductoribus Iacobo *Mac-Conello*, cui gener erat, & Angno eius fratre cæſis.

Shanus O-Neal tumultuatur.

Qua victoria inſolentior, in minores Vltoniæ regulos tyrannidem exercere cœpit, Armacham Hiberniæ Metropolim in odium Archiepiſcopi incẽdio deformauit, *O-Donellum*, qui in hoc tractu ſecundus ab eo, bonis ſpoliauit, captiuum abduxit, & vxorem rapuit, *Mac-Guirum* ex auita hæreditate deturbauit, *Mac-Geniſſum*, & alios deprædatus. Quorum patrocinium cum Angli ſuſciperent, rebellionis ſignum in Reginam ſuſtulit, quod Thomæ Cuſaci ex Ordine Equeſtri ſuaſu mox depoſuit, & filio in obſidẽ dato, in ordinem rediit. Vtque in officio contineretur, ſtatuit Regina, Henrici Octaui Diplomate refixo, quo Matthęum, falſo Coni filium creditum, patris ſucceſſorem declarauerat, huic Shano, vt certo filio & hæredi, titulum honorariũ Comitis Tir-Oeniæ & Baronis *Dunganooni* conferre. Sed vir ingenio irriquieto, cum videret ſe potuiſſe conſcribere ex ſuis cIↄ. Equites, pedites IIII. cIↄ. & ſtipatores iam haberet ſeptingentos; huiuſmodi honorarios titulos præ *O-Nealt* nomine, barbario tumore dedignatus, pro Vltonię Rege inter ſuos ſe venditauit, Ruſticos ad bellum exercuit, Hiberniæ regnum Scotorum Reginæ obtulit; eoque odio in Anglos exarſit, vt Caſtrum, quod in Lacu *Eaugh* conſtruxit, *Feoghnegall*, id eſt, *Odium Anglorum* nominauerit, &

Rebellat.

quoſdam

Digitized by Google

quoſdam è ſuis ſtrangulauerit, quod Anglicô pane veſcerē-tur, de Regina tamen nunquam niſi cum honore locutus. M. D. LXVII.

In hunc Henricus Sidneius Prorex iuſſus eſt mouere, & Edwardus Randolphus, egregius Ordinum ductor, in Septentrionalem Vltoniæ oram, cum ala equitum, & ſeptingentis peditibus per mare miſſus, ad *Dirriam* exilem ſedem Epiſcopalem prope *Logh Foyl*, vt illum à tergo premeret, quandocunque Prorex ex altera parte aggrederetur. Shanus his cognitis, Dundalkiam furibundus adoritur, ſed à præſidiariis, magna clade accepta, repellitur, nec minori apud *Whites-Caſtle*, Comitatum *Louth* ferro flammaque poſtea vaſtaturus à parua Anglorum manu, multis ſuorum deſideratis, in fugam coniicitur. *Dirriam* deinde profectus agrum circumuicinum prædatur, Anglos præſidiarios ad pugnam prouocat, qui acie inſtructa, incompoſitam multitudinem facile perrumpunt fundunt, fugantque. Victoria autem triſtis ex infœlici fato Randolphi ductoris, qui inter medios hoſtes magnanime pugnans, occubuit, Vir ſane noſtra memoria eximius; nec fuit alius qui maiorem authoritatem cum maiore charitate apud milites conciliauit. Illi ſuffectus Edw à *S. Laudo* ſiue *S. Lo* rebelles hac in parte grauibus afflixit damnis, donec fortuito igne præſidium cum re annonaria & puluere nitrato, qui plures milites difflauit, deflagrauerit. Tunc enim peditibus in nauiculas, quas habuit, impoſitis, ipſe cum ala equitum cui Georgius Heruæius præfuit, per medios hoſtes inſultantes, quatuor dierum itinere ad Proregem penetrauit, qui Randolpho ob virtutem exequias ipſe atratus ſoluit. *Profligatur*

Prorege iam in Vltoniam mouente, Shanus cum ſuis in ſyluas & ſaltus ſe abdit, ſemel atque iterum extrema agmina prope *Clogher*, & *Salmon* Turloghi, *Leinighi*, Caſtrum, qui tunc à Shano defecerat, carpit. Poſtquam autem Prorex, præſidiis diſpoſitis, & *O. Donello* in ſua reſtituto, ad lites inter Ormondiæ & Deſmondiæ Comites ſedandas, qui infeſtis ſignis concurrerant, rediiſſet; Shanus animo

Digitized by Google

M. D. LXVII. reſumpto, agris late populatis, Dundalkiam iterum obſidione incingit, quam, plurimis ſuorum cæſis, magno cum damno & dedecore mox ſoluere adactus. Vnde, furore quaſi quodam percitus, barbara crudelitate in ſuos ſæuit, vſque adeo, vt plures eum deſeruerint, & ipſe cum numeros attenuatos (etenim præter deſertores IIII M. cæſi fuerāt) aditus interclusos, perfugiaque ab Anglis occupata videret, animum induxit, capiſtro collo alligato, ad Proregis genua ſe aduoluere & culpam deprecari. Diſſuaſit autem qui illi ab Epiſtolis, monuitque, vt prius amicitiam Hebridianorum Scotorum tentaret, qui ardente bello in *Clandeboiam*, vnde ille eos paulo ante deturbarat, redierant, ducibus Alexandro *Oge*, id eſt, *iuniore*, & *Mac-Gilleſpico*. quorum fratres, Agnum & Iacobum *Mac Conellum*, ipſe in pugna interfecerat. Ad hos, præmiſſo eorum fratre, *Surleyo Boio*, id eſt, *Surleio Flauo*, quem captiuum diu detinuerat, ad gratiam apud eos redintegrandam, acceſſit cum rapta O-Donelli coniuge. Illi in vindictam fratrum, & cognatorum quos occiderat, exardentes, ſimulata comitate exceperunt, & mox in tentorium admiſſum, inter pocula ad iurgia prolapſi, de probroſis Shani in eorum matrem verbis, ſtrictis machæris aggrediuntur, ipſumque & è comitibus pleroſque contrucidarunt. Hunc cruentum vitæ exitum habuit medio Iunio Shanus, qui patrem dominatu, fratrem nothum vita ſpoliauerat, homicidiis & adulteriis contaminatiſſimus, helluo maximus, ebrietate adeo inſigni, vt ad corpus vino, & *Aqua vitæ* immodice hauſta, inflammatum, refrigerandum, ſæpius mento tenus terra conderetur. Liberos ex vxore reliquit Henricum & Shanum, ex O-Donelli vxore & concubinis plures. Poſſeſſiones, & bona, Parlamentaria regni Hiberniæ authoritate, in fiſcum redacta, Turlogus *Lenigh*, ex O-*Neali* familia potentiſſimus, vir ſedato ingenio, Regina volente, populari electione O-*Neal* ſalutatur. Hugo tamen, Baro *Dungannoni* vulgo dictus, Shani ex Matthæo fratre notho nepos, iuuenis tunc

In ſuos ſæuit.

De ſubmiſſione cogitat.

Occiditur.

Hugo qui poſtea Comes Tir-Oniæ.

tunc deſpectus qui poſtea patriæ turbo, imo peſtis, Reginæ in gratiam recipitur, vt haberet quem Turlogho opponeret, ſi forte ab officio recederet. M. D. LXVII.

Pax ita Vltoniæ reddita, at interim in Momonia, res turbidæ, ex praua inter Ormondiæ & Deſmoniæ Comites cognatos æmulatione, & litigiis de finibus vſq; adeo, vt prælium juxta Dromelinum cõſererent, & in Angliam, ad cauſam in Regio Conſiſtorio dicendam, euocarentur. Cũ tamen res implicatior eſſet, ad Proregem in Hiberniam remiſſi, vbi teſtes & notoria præſto. Illi autem numeroſis & bellicoſis clientelis, animis, amiciſq; in Aula pares, ſpreta legum authoritate, ferro rem decernere ſtatuerũt. Prorex ſe authoritate & armata manu interpoſuit. Ormondius vero, qui cauſa potior videri voluit, effecit, vt Prorex, tanquam in Deſmonium pronior, increparetur; & Deſmoniũ intercipere iuberetur, quem ex improuiſo apud Kilmalocum, cum Ioanne Deſmonio patruo interceptum, in Angliam miſit, vbi in cuſtodiam traditi. *Momonia turbatur.*

M. D. LXVIII.

DVm Thomas Hardingus, Nicholaus Sanderus, & T. P. Theologi ex Anglia profugi ſtrenue exercerent *Epiſcopalem poteſtatem* à Pontifice Romano nuper acceptã, *abſoluendi in foro conſcientia omnes Anglos qui ad Eccleſia gremium reuertebantur, & diſpenſandi etiam in cauſa irregularitatis, exceptis ex homicidio voluntario prouenientibus, ſeu deductis in forum contentioſum; etiam ab irregularitate ratione hæreſis, dummodo abſoluendi abſtineant per triennium à miniſterio Altaris*: ex altera parte Colmanus, Butronus, Hallinghamus, Benſonus, & alij, qui ſynceriorem religionem ardenti cum zelo profeſſi, nihil niſi quod è ſacrarum literarum fontib. hauſtum probarunt, ſiue ex purioris diſciplinæ, nouitatis, *Papiſta abſoluunt.* *Nouatores prodeunt.*

Digitized by Google

M. D. LXVIII. aut diſſenſionis ſtudio, receptam Eccleſiæ Anglicanæ diſciplinam, Liturgiam, Epiſcoporum vocationem in quæſtionem palam vocarunt, imo damnarunt, vt quæ Romanam religionem plus nimio ſapiant, quacũ aliquid habere commune, impium eſſe declamitarunt; omnia verſantes, vt ad Geneuenſis Eccleſiæ amuſſim ſingula in Anglica Eccleſia reformarentur. Hos quanquam Regina in cuſtodiã dari juſſerit, incredibile tamen eſt, quantum eorum conſectanei, qui inuidioſo *Puritanorum* nomine ſtatim innoteſcere cœperunt, obſtinata quadam peruicacia, Epiſcoporum vecordia, & occulto quorundam nobilium, Eccleſiæ opibus inhiantium fauore, vbiq; ſuccreuerint.

Secundum ciuile bellũ in Gallia. Cum Galli, qui religioni reformandæ itidem incubuerunt, veriti ſacrum fœdus à Pontificijs in ipſos initum eſſe, paulo ante Regem armata manu, ex juſto metu, cum ſupplice libello acceſſiſſent, ſecundum ciuile bellum erupit, ad quod dirimendũ, Regina Nortiſiũ Legatũ intercedere juſſit; & pax ſane ſimulata, inſidiarum plena ſubſecuta eſt. Quo tẽpore Regina, mater Regis Galliæ, blanda & benigna humanitate erga legatum & alios Anglos vſa, tecte & quaſi aliud agens, de nuptiis inter Elizabetham, & filium Henricum, Ducẽ Andium vix XVII. annos natum, verba facere cœpit, nec alio, vt plures exiſtimarunt, conſilio, quã vt illam à ſubleuandis Galliæ proteſtantibus deſtineret in tertio bello ciuili, quod imminere augurabatur. *Andius Elizabethæ in maritum commendatus.*

Legatus in Hiſpania durius habetur. Inhumanius autem cum Manno Anglo in Hiſpania Legato actum, qui inſimulatus, minus reuerenter de Pontifice Rom. loquutũ fuiſſe, aula excluſus, poſtea Madrido in viculũ ruſticũ extruſus, famulis Miſſæ adſtare coactis, religionis ſuæ cultu vetito, odio majore in Reginam, an religionem, non dixerim; cum interea illa Guſmano Hiſpani Legato, permiſſa ſua ſibi religione, omnem contulerit benignitatem. Hoc in legatum, vt in ſuam cõtumeliam, ægre tulit, nec minus injuriam Ioanni Havvkinſo ab Hiſpanis hoc tempore illatam. Ille cum mercibus & Nigritis mancipijs, *Et Havvkinſus in America ab Hiſpanis.*

Digitized by Google

pijs,quorum frequens jam erat per Hiſpanos,& eorum exemplo, per Anglos in Africa venatio, & in America venditio(neſcio quam honeſta)quinq; nauibus ad commerciū, ad portum S.Ioannis de Vllua,in ſinu Mexicano,exercendum appulerat. Poſtridie ibidem etiam appulit Regia Hiſpani claſſis, quam licet portu facile prohibere poſſet,pacta tamen ſibi & ſuis ſub conditionibus ſecuritate, admiſit, ne fœdus violaſſe videretur.Hiſpani admiſſi, qui conditiones ſibi in ſuo dari dedignati,capta opportunitate in Anglos irruerunt, plures trucidarunt,tres naues occuparunt,bona diripuerunt: Victoria tamen haud incruenta. Hinc viri militares & natio nautica per Angliam fremuerunt,contra Hiſpanos bellum expopoſcerunt eos fœdifragos eſſe clamitantes,quandoquidem fœdere inter Carolū V. Imp. & Henricum VIII. conuenerit, vt liberum eſſet commercium inter ſubditos vtriusq; Principis,*in omnibus & ſingulis Regnis, Dominiis, Inſulis,* (America quidem quæ tunc ad Carolum ſpectauit, ne excepta.) Sed Regina his aures occluſit,rebus Scoticis auocata. *M. D. LXVIII.*

In Scotia etenim captiua Regina ſub hoc tempus, die ſecundo Maij, è cuſtodia, in Lacu Leuino, opera Georgij Douglaſij, cujus fratri commiſſa erat, euaſit ad Caſtrum Hamiltonium,vbi auditis Rob. Meluini,& aliorum teſtimonijs,lata eſt *Sententia Declaratoria* vnanimi conſenſu omnium nobilium,qui frequentes conuenerant; Ceſſionē à Regina in carcere metu extortam ab initio *nullam* fuiſſe; eandemq; extortam fuiſſe,ipſius Reginæ præſentis jurejurando confirmatur. Hinc tanta multitudo vndique ad eam vno & altero die confluxit, vt exercitum v I c I ɔ. hominum bellicoſorum conſcripſerit, quos tamen pugna conſerta, cum impetu magis, quam conſilio pugnarent, Morauius facile profligauit. Hoc triſti ſucceſſu pauida mulier, perterrita fuga ſibi conſuluit, confecto eo die L X. milliarium itinere, & poſtea nocturnis itineribus ad ædes Maxvvelli Baronis Heriſij deuenit: maluitque ſe mari & *Regina Scotorum è carcere euadit.* *Vincitur.*

Digitized by Google

M,D. LXVIII. Elizabethæ tutelę quam ciuium fidei committere. Præmiſit tamen ad eam Ioannem Betonium cum adamâte, quê in mutuæ beneuolentiæ ſymbolum ab ea prius acceperat, qui ſignificaret, ſe in Angliam venturam, opemq; imploraturam, ſi ſubditi vlterius bello perſequerentur. Cui Elizabetha amorem & omnia ſororis ſtudia cumulatiſſime promiſit. Sed priuſquam nuntius rediret, illa amicis omnino diſſuadentibus, nauigiolo conſcenſo, cum Heriſio & Flemingo Baronibus, & pauculis alijs ad Wirkintonã, in Cumberlandia prope Dervventionis flu. oſtium die XVII. Maij appulit, eodemq; die literas Gallice ſua manu ad Elizabetham ſcripſit. Quarum ſumma capita (cum hiſtoricã rerum in Scotia contra ipſam geſtarum narrationem plenius, quam dixi complectantur) viſum eſt ex ipſo autographo proponere, quod ita ſe habet.

In Angliam venit.

Ad Elizabethã ſcribit

Non te latet, Soror Optima, quomodo nonnulli ex meis ſubditis, quos ad ſummum honoris faſtigium extuli, ad me & maritum opprimendum, & incarcerandum conſpirarint; quomodo etiam ego eoſdem, vi & armis è regno eliminatos, te intercedente, in gratiam receperim. Iſti tamen in cubiculum irruperunt, famulum meum, me ſpectante & grauida, vita crudeliter ſpoliarunt, & in cuſtodiã me incluſerunt. Cum iterum ignouiſſem, ecce nouum crimen, quod ipſi machinati ſunt, & chirographis ſubſignarunt, in me affinxerunt, & iamiam instructa acie orturi: Ego autem innocentia freta, vt humano ſanguini parceretur me illis in manus dedidi. Eueſtigio in carcerem contruſerunt, famulos omnes, præter vnam & alteram ancillam, cocum & Medicum, amouerunt, regno cedere minis & mortis terrore adegerunt, & in Ordinum conuentu, ex ipſorum authoritate conuocato, me aut procuratores audire abnuerũt, omnib. bonis penitus exuerũt, omniq; omniũ colloquio excluſerunt. Poſtea Deo duce è carcere euaſi, & nobilitatis flore ſtipata; quæ vndiq; ad me lætãter aduolauit, inimicos officij, & fidei datæ admonui. Veniã obtuli, & propoſui, vt in Ordinũ cõuentu, pars vtraq; audiretur, ne Reſpub. inteſtinis malis diutius conuelleretur. Binos hac de re nuntios miſi, ambos in carcerem

con-

Digitized by Google

coniecerunt, qui mihi erant auxilio, proditores denuntiarunt, & dixerunt vt quamprimum derelinquerent. Rogaui vt Baro Boidus publica fide cum iis de rebus componendis ageret, ſed & hoc prorſus negarunt. Speraui tamen, te intercedente, ad obſequium potuiſſe reuocari; Sed cum viderim, mihi aut mortem, aut carcerem denuo ſubeundum, Dunbritonium cogitaui. Illi in via ſe obiecerunt fugaruntq́; Ego ad Baronem Heriſium me contuli, quocum in regnum tuum perueni, ſpe certa in tua ſpectatiſſima beneuolentia, te mihi præſto adfuturam, & alios tuo exemplo excitaturam. Maximopere igitur rogo, vt ad te quamprimum deducar, quæ in maximis iam verſor anguſtiis, quod plenius edocebo, quando tibi placuerit mei miſereri. Deus tibi vitam longam & incolumem concedat, mihi patientiam, & conſolationem, quam ab illo per te conſequi ſpero & comprecor. M. D. LXVIII.

Elizabetha literis per Fr. *Knolles* & alios conſolata, patrocinium ex æquitate cauſæ promiſit, acceſſum tamen negauit, eo quod multorum criminum vulgo inſimularetur, iuſſitque vt Carleolum, tanquam in locum tutiorem, ſi aduerſarij quid in eam molirentur, à Loudero loci propræfecto, & nobilib. in eo tractu deduceretur. Hoc reſponſo accepto acceſſuq; negato, & per literas, & per Maxwellum Baronē Heriſium, iterum ſummopere obſecrat. *Vt tum iniurias illatas proponeret, tum crimina obiecta coram elueret. Æquiſſimum eſſe, vt Elizabetha ſanguine coniunctiſſima, eam exulem coram audiret, & in regnum reſtitueret contra illos, quos ob ſcelera in eam exulantes, Elizabetha intercedente, in Integrum reſtituerat, & in ſuum quidem ipſius, niſi tempeſtiue auertatur, exitium. Obteſtatur itaq́; vt vel ad colloquium admitteretur, & adiuuaretur; vel ex Anglia diſcedere, ad opem aliunde implorandam, bona cum venia quamprimum permitteretur, nec tanquam captiua, diutius in Caſtro Carleoli detineretur; quandoquidem ſponte in Angliam venerit, freta amore toties literis, nuntiis, & ſymbolis honorifice promiſſo.* *Iterum ſcribit.*

Ex his literis & Heriſii verbis, Elizabetha videbatur (abditos enim Principum ſenſus quis aſſequatur? & prudentes *Illa miſeretur.*

Digitized by Google

M. D. LXVIII tacito ſinu cogitationes coercent) Principis cognatæ & afflictiſſimæ ſerio miſereri, quæ à ſubditis vi & armis capta, in carcerem contruſa, in extremum vitæ diſcrimen deducta, inaudita condẽnata, regno ſpoliata (cum ne in priuatum inauditum ſententia non ferenda) in Angliam, ſpe certa auxilii, ad ipſam confugerat. Ad hæc permouebatur, quod miſera Regina cauſam coram ipſa diſceptandam ſponte obtulerit, atque in ſe receperit, aduerſarios reos omnium criminum peragere, quorum ipſam innocentem accuſauerant.

Cõſiliarii deliberant Qualiſcunque autem fuerit ELIZABETHÆ in illam miſericordia. Conſiliarii Angliæ mature deliberant, quid de illa agendum. Si in Anglia detineretur, verebantur, ne illa, quæ quaſi Suadæ medulla plures iuri, quod ad Coronam Angliæ prætendit, fauentes in ſuas partes indies pertraheret, qui ambitioni faces ſubiicerent, & nihil intentatum relinquerent quo regnum illi aſſererent. Exteros legatos illius conſiliis adfuturos, nec Scotos tum defuturos, cum prædam tam opimam oblatam viderint. Præterea ambiguam eſſe cuſtodum fidem, & ſi vel morbo diem in Anglia obierit, in calumniam raperetur, & Regina nouis quotidie moleſtiis conflictaretur. Sin in Galliam tranſmitteretur, timebant ne cognati Guiſij, ius quo illa Angliam vendicarat, denuo perſequerentur, ex quadam opinione illam multum poſſe in Anglia, apud alios probabilitate iuris illius quod dixi, & apud pleroſque inſano rerum nouandarum ſtudio. Porro amicitia inter Angliam & Scotiam, quæ inprimis eſt vſui, dirumperetur, & antiquum inter Galliam & Scotiam fœdus renouaretur, quod maiori iam eſſet periculo, quam olim, cum Burgundia firmo fœdere Angliæ colligaretur, quę hodie amicos certos præter Scotos habuit nullos. In Scotiam ſi remitteretur, metus oboriebatur, ne, qui Anglicarum partium, de gradu deiicerentur, qui Gallicarum, ad ſummam rerum attollerentur, tenellus Princeps periculis exponeretur, religio in Scotia mutaretur, Galli & alij exteri admit-

Digitized by Google

admitterentur, Hibernia à Scotis Hebridianis grauius infeſtaretur, & illa ipſa, in vitæ diſcrimen ab aduerſariis domi reuocaretur. Detinendam hinc plerique omnes, vt iure belli captam, cenſuerunt, nec dimittendam, donec de titulo Angliæ arrogato ſatisfecerit, & de morte Darlii mariti, qui ſubditus Angliæ natus, reſponderit. Darlii enim mater Comitiſſa Lenoxiæ iampridem lachrimis oppleta, ſuo maritique nomine apud Elizabetham grauem inſtituerat querimoniam, vtque in iudicium de filii cæde vocaretur, obſecrat. Illa autem benigne ſolata, monuit, *ne tantæ Principi, cognatæ coniunctiſſimæ, crimen inferret, quod certis indiciis probari non poſſet; tempora eſſe iniqua & maligna, inuidiam cæcam, quæ innocentibus crimina affingit; cæterum* Iuſtitiam *occultam eſſe, quæ ſcelerum vindex Deo aſſidet.*

M. D. LXVIII.

Detinendam cenſent.

Lenoxia in eam cõqueritur.

Contra Baro Heriſius, Reginam obteſtatur, ne quid contra veritatem, contra Reginam inauditam temere crederet, nec Comitia in Scotia præcipitarentur à Morauio, in expulſæ Reginæ præiudicium, & bonorum ciuium perniciem. Quod licet illa ſummopere vrgeret, Regis tamen nomine Morauius Prorex Comitia indixit, nonnullos, qui à Regina ſteterant, proſcripſit, & in eorum prædia & ædes ſæuijt. Regina Angliæ hinc indignata, per Midlemorum, Proregi verbis aſperioribus ſignificauit, ſe non poſſe pati, vt pernicioſiſſimo Regibus exemplo, ſacroſanctæ Regiæ Maieſtatis authoritas apud ſubditos euileſceret, & pro factioſorum libidine conculcaretur. Quomodocunq; autem illi ſubditorum officium & fidem erga ſuam Principem obliti erant, ſe nullum, nec ſtudij, nec pietatis munus erga ſororem & vicinam Reginam poſſe obliuiſci. Veniret itaque ipſe, aut homines idoneos delegaret, qui Reginæ Scotorum in ipſum & confœderatos querelis reſponderẽt & iuſtas abdicandi rationes redderent; ſin minus, ſe illam liberam protinus dimiſſuram, & virib. quib. poterat maximis, in regnũ reſtituturam. Simulq; monuit, ne Reginæ mundũ muliebrem, & ornamanta pretioſa diuenderet, etſi Ordines hoc permiſerint.

Heriſius pro ea intercedit.

Morauius iubetur rationes Reginam abdicandi reddere.

Obſecun-

M D. LXVIII. Obſecundauit Morauius,cum non aliunde,quam ex Anglia,ſuſpenſas regendi rationes haberet, & regni proceres, ad hoc delegari recuſarent. Ipſe igitur Eboracum, vrbem, huic negotio deſtinatam, venit, & ſeptem ex intimis, vt delegati pro Rege infante, ſc. Iacobus Comes Mortonij, Adam Epiſcopus Orcadum, Robertus Commendator Dunfermelini, Patricius Baro Lindſeius, Iacobus Mac Gillius, Henricus Balnauius. Et hos comitabantur, Lidingtonius pollicitationib. Morauij pellectus (nec.n. domi relinquere auſus) & G. Buchananus, in Morauij verba iuratiſſimus. Eodẽque ipſo die eo acceſſerunt, Thomas Howardus, Dux Norfolciæ, Th. Ratcliffus Comes Suſſexiæ, paulo ante Præſes plagæ Borealis conſtitutus, & Radulphus Sadleirus, Equeſtris dignitatis, & à ſacris conſilijs, cognitores dati, ad cauſam abdicationis audiendam. Pro Regina Scotorum (quæ indigniſſime tulit, quod Elizabetha ipſam coram audire noluerit, ſubditos tamen contra ipſam audiri coram cognitorib. iuſſerit, quandoquidem illa abſoluta Princeps, ſubditis accuſantib., reſpondere, niſi ex ſuo arbitrio, non teneretur) comparuerunt Ioannes Leſlæus Epiſcopus Roſſenſis, Guil. Baro Leuingſtonius, Robertus Baro Boidius, Gawinus Commendator Kilwinini, Ioannes Gordonius, & Iacobus Cocburnus.

Delegati pro Rege. *Cognitores ab Elizabetha dati* *Delegati pro Scota.*

Poſtquam conueniſſent die VII. Octobris, & Diplomata quibus authoritas ipſis delegata, inuicem exhibuiſſent, Lidingtonius adſtans, ad Scotos conuerſus, mira orationis libertate monuit. *Quandoquidem ex authoritate cognitoribus delata, nihil aliud Regina Angliæ propoſitum eſſe videretur, quam vt illi exiſtimationem Reginæ, matris Regis inuaderent, famamq; dilaniarent, & illa, vt arbitra honoraria, ſententiam ferret; vt penſiculate ſecum cogitarent, quantum cum periculo odium ſibi attraherent, eam criminoſe accuſando, atq; in exiſtimationis diſcrimen adducendo, in hac publica & iuridica forma coram Anglis, profeſſis Scotici nominis hoſtibus, non ſolum apud Scotos Reginæ deuotos, ſed apud cæteros Orbis Chriſtiani Principes, eiuſque in*

Lidingtonii ad Scotos admonitio.

Gallia

Gallia cognatos; & quam rationem huiuſmodi inſolentis accuſationis non ſine fraude Regni Scotici, Regi redderent, cum ille annis maturior, hoc cum ſuo, matris, patriſque dedecore coniunctum exiſtimarit. Conſultiſſimum itaque videri, odioſa hac tanta Principis accuſatione ſuperſedere, niſi Angliæ Regina mutuum defenſionis & offenſionis fœdus cum illis inierit; contra omnes, qui hoc nomine negotium faceſſerint. Et hæc, vt inquit ille, amice ex officio admonuit qui Scotiæ Secretarius. Illi obuerſis inter ſe oculis contuentes obmutuerunt.

M.D.LXVIII.

Scotorum proteſtatio.

Reginæ Scotorum delegati (primus enim honoris locus illis delatus) priuſquam iuramentum præſtarent, proteſtati ſunt, quamuis Scotorum Reginæ viſum fuerit; vt cauſæ inter ſe & infideles ſubditos coram Anglis diſceptarentur, non tamen inde agnoſcere, ſe alicuius imperio ſubeſſe, cum libera ſit Princeps, & in nullius fide & clientela. Angli itidem proteſtati ſunt, ſe nullo modo illam admittere Proteſtationem, in fraudem iuris illius, quod Angliæ Reges iam olim vendicarunt; vt *Superiores Domini Regni Scotiæ.*

Delegatorum pro Regina Declaratio.

Poſtridie delegati Reginæ Scotorum ſcripto declarant, *Quomodo Iacobus Comes Mortonii, Ioannes Comes Mariæ, Alexander Comes Glencarniæ, Humius, Lindſeius, Rethuenus, Sempillus, &c. exercitum nomine Reginæ contra Reginam conſcripſerint, illam interceptam & indigniſſime habitam in carcerem apud Lochlouinum contruſerint; in officinam monetariam irruperint, typos monetarios, aurum argentumq́; factum & infectum rapuerint, filiumque infantem in Regem inaugurarint, cuius authoritatem Iacobus Comes Moraniæ, ſub* Regentis *ſiue* Proregis *nomine, vſurpauerit, & omnia regni munimenta, opes, & prouentus occupauerit.* Deinde exponunt. *Quomodo illa, vbi primum è carcere poſt vndecimum menſem euaſerat, publice declarauerit, iuramento adhibito, quicquid in carcere fecerit, vi, minis, & terrore mortis ab inuita extortum fuiſſe. Vt publicæ tamen tranquillitati conſuleretur, authoritatem Comitibus Argathelia, Eglentonia, Caſſilia, & Rotheſiæ detuliſſe, vt res cum aduerſariis*

Digitized by Google

M. D. LXVIII.

uerſariis componeretur , qui tamen per auia Dumbrittonium cogitantem armata manu aggreſſi, plurimos fideles ſubditos occiderint, alios captiuos abduxerint, alios proſcripſerint, nec alia de cauſa, quam quod Principi fidelem operam nauauerant. His indigniſsimis eorum iniuriis adactam, in Angliam ſe recepiſſe, ad opem ab Elizabetha ſæpius promiſſam implorandam, vt in patriam & priſtinam dignitatem reſtitueretur.

Reſponſio delegatorum pro Rege.

Pauculis diebus interpoſitis, Morauius Prorex & Delegati pro Rege infante (ita ſe vocabant) reſpondent. *Henrico Darlio Regis patre ſublato, Iacobum Hepbernum Bothvvelliæ Comitem [qui cædis author habebatur] eam apud Reginam gratiam iniiſſe, vt illam non inuitam rapuerit, Dunbarrum abduxerit, & priore vxore abdicata, in vxorem aſſumpſerit. Proceres inde permotos, nihil ſe dignius exiſtimaſſe, quam vt in Bothvvellium, cædis authorem, animaduerteretur [quandoquidem cædes illa coniurationi plurium nobilium paſſim imputabatur] Regina in libertatem vindicaretur, ab iniuſtis nuptiis exſolueretur, & tenelli Regis ſaluti, regniq; tranquillitati proſpiceretur. Cum iam fere ad pugnam res deueniſſet, Reginam Bothvvellium amandaſſe, in proceres minas effulminaſſe, vindictam ſpiraſſe, vſq; adeo, vt neceſſarium fuerit illam in cuſtodiam dare, donec de Bothvvellio inuento ſupplicium ſumeretur. Illam autem regnandi moleſtiis laſſatam, regno ſponte ceſſiſſe, & in filium tranſtuliſſe, Morauio Prorege conſtituto. Hinc filium rite in regem inunctum & inauguratum fuiſſe, & hæc omnia ab ordinibus Regni in Parlamento fuiſſe comprobata & confirmata, Scoticamq; Rempublicam, iuſtitia æquabiliter adminiſtrata, reuixiſſe, donec quidam publicæ quietis impatientes Reginam [contra ac iurauerant] aſtute è cuſtodia eduxerint, atq; fide erga regem violata, arma ſumpſerint: De quibus licet [diuino numine fauente] Rex victoriam retulerit, illos tamen in patriam, & Principem nihil non hoſtili animo præfidenter audere. In primis igitur neceſſarium eſſe, vt Regis authoritas ſarta tecta contra huiuſmodi tumultuantes ciues cōſeruetur.*

Replicatio pro Regina.

His iterata actione [*Replicationem* vocant] Reginæ Scotorum Delegati occurrunt, priore proteſtatione denuo repetita.

Digitized by Google

M.D.LX-VIII.

repetita. *Quod Morauius* [inquiunt] *& coniurati arma ſe ſumpſiſſe dicant contra Reginam, eo quod Bothvvellius, quem vt regicidam inſimulant, gratia & authoritate apud illam pollebat, perfidorum ciuium notam inde abſtergere non poſſunt, cum illum Regem ſuſtuliſſe Reginæ minimè eſſet compertum; imo contra, illum Parium iudicio cædis fuiſſe abſolutum, eamque abſolutionem authoritate Parlamentaria fuiſſe confirmatam, cum conſenſu etiam eorum qui iam accuſant, & tunc temporis Reginæ authores fuerunt, vt illum in maritum acciperet: vtique imperio gerendo, præ cæteris omnibus, parem; illique fidem Chirographis obligarunt. Nec nuptias vel verbo improbarunt, donec Præfectum Caſtri Edenburgi, & Vrbis Præpoſitum in ſuas partes pellexiſſent. Tunc enim nocte intempeſta Caſtrum Borthvvicum [vbi Regina egit] hoſtiliter adorti ſunt, cumq; illa per tenebras euaſiſſet, ſtatim conſcripto exercitu, ſpecie ad Reginam defendendam, ipſi Reginæ Edenburgum cogitanti, ſignis explicatis, ſe obiecerunt, Grangioq; præmiſſo monuerunt, vt Bothvvellium dimitteret, donec iudicio ſiſteretur; quod illa, vt humano ſanguini parceretur, libens fecit. Grangius autem Bothvvellium diſcedere clam monuit, fidemque dedit, neminem perſequuturum, adeo vt ipſis volentibus ille diſceſſerit, quem facile poſtea comprehendere potuiſſent. Verum Regina iam capta, eum neglexerunt, vt ſuis ambitioſis rationibus conſulerent. Cum illi ſubditi eſſent & Reginæ fidem deuouiſſent, aſperius autem quam pro Regia Maieſtate tractaſſent, haud mirum videatur, ſi illa aſperius iſtos alloqueretur. Cum cauſam ad vniuerſos regni ordines illa lubens referret, idque per Lidingtonium Secretarium ſignificaret, ne audire quidem voluerunt, ſed noctu ad Lacum Leuinum ſecreto abduxerunt, & carceri incluſerunt. Quod dixerunt illam regnandi moleſtiis laſſatam regno ceſſiſſe, a veritate omnino alienum eſt; quandoquidem illa nec erat ætate affecta, nec valetudine infirma, ſed animo & corpore pari maximis negotiis. Hoc certiſſimum, Comitem Atholiæ, Tullibardinum, & Lidingtonium [qui & ipſi à conſiliis] monuiſſe, vt Diplomati ceſſionis ſubſcriberet, quo mortem certo intentatam ſubterfugeret, nec hoc captiuæ*

vel

Digitized by Google

M. D. LXVIII.

vel hæredibus fraudi futurum, cum carcer ſit iuſtus metus; & promiſſum ab incarcerato factum, ex Iuriſprudentum ſententia, non valeat. Nicholaum etiam Throcmortonum idem ſchedula ſua manu ſcripta ſuaſiſſe, quem & illa rogauerat, vt Reginæ Angliæ ſignificaret, ſe inuitam atque coactam ceſſioni ſubſcripſiſſe. Ad hæc Lindſeium, cum Diploma ceſſionis ſubſcribendum exhiberet, terrores mortis denuntiaſſe, & adegiſſe, vt Diplomati, ne lecto quidem, lachrimans ſubſcriberet. Dominumque Caſtri Lochleuini teſtimonium ſubſignare abnuiſſe, quod illam inuitam ſubſcribere viderit, & certo nouerit. Iniquiſſimam etiam eſſe illam ceſſionem, qua nihil vnde viueret aſſignatum, nec libertas conceſſa, nec vitæ ſecuritas promiſſa; vt æquis rerum æſtimatoribus huiuſmodi iniqua ceſſio Regiæ Maieſtati præiudicaſſe non videatur, quam ſtatim, atque libera fuit, vt coactam coram multis regni Proceribus Declaratoria facta, renuntiauit. Nec quæ Parlamentaria authoritate ſe feciſſe gloriantur, Reginæ præiudicio eſſe debere. Cum enim centum plus minus Comites, Epiſcopi, & Barones ſuffragia in Scotiæ Parlamentis habeant, in tumultuario iſto Parlamento non plures quam quatuor Comites, vnicum Epiſcopum, vnum & alterum Abbatem, & ſex Barones interfuiſſe, atque ex tantillo numero nonnullos proteſtationem interpoſuiſſe, ne quid in fraudem Reginæ aut Succeſſorum fieret, quia illa captiua. Nec Legatum Anglicum, nec Gallicum admiſſos, vt ex ipſa cognoſcerent, an ſponte regno ceſſerit; quamuis hoc iterum atque iterum efflagitauerint. Tantum autem abeſſe, vt ſub vſurpante Prorege Reſpub. æquabiliter fuerit adminiſtrata, vt impietas nunquam impunius graſſaretur, ſacras ædes ſubruendo, clariſſimas familias euertendo, plebemque miſeram affligendo. Maximopere igitur rogarunt, vt Angliæ Regina cognatæ Reginæ indigniſſime oppreſſæ, gratia, conſilio, & auxilio quamprimum opitularetur. Hactenus ex ipſis Delegatorum autographis quæ vidi.

His auditis, cum cognitores poſtularent, vt Morauius cauſas eiuſmodi ſeueritatis in abſolutam Reginam in medium produceret, & ſolidius probaret; quandoquidem quæcunque hactenus prolata, teſtibus non eſſent munita,

ſed

Digitized by Google

ſed ſuſpectæ fidei literulis, & Lidingtonius clam innuiſſet, ſe ſæpius Reginæ characteres ementitum eſſe. Ille ſororem apud exteros vlterius accuſare defugit, niſi Regina Angliæ repromitteret infantis Regis tutelam ſuſcipere, & Reginam Scotorum penitus derelinquere. Cum illi ex authoritate delegata hæc promittere non poſſent, accerſitur vnus & alter ex vtriuſque partis Delegatis Londinum, quibus Elizabetha denunciauit, ſe nondum poſſe ſubditos à culpa contra Principem eximere, velle tamen pro illis apud eam intercedere, & audire, ſi quid amplius habeant, quo ſe excuſent. Morauius, qui illos ſubſequutus eſt, ſororem accuſare plane abnuit, niſi ex ea lege quam Eboraci dixerat. Iam cognitores reuocantur & authoritas abrogatur, Duce quidem ex animo lætante, qui Reginæ Scotorum in ſucceſſione iuri ſemper impenſe fauerat, & exiſtimauit nihil aliud nunc agi, quam vt æternæ infamiæ nota ei inureretur, indeque cum filiolo omni iure ſucceſſionis in Anglia, vt indigna, excluderetur, ſeque duplici periculo defunctum putauit. Verebatur enim, ſi contra eam pronunciaſſet, ne conſcientiæ vim inferret, eamque peſſumdaret, ſin pro illa, ne implacabilem Reginæ indignationem, & omnium, qui à Scotorum Regina religionis nomine, aut aliis de cauſis auerſi erant, odium ſubiret.

M. D. LXVIII.

Morauius rationes Reginam abdicandi reddere recuſat.

Authoritas cognitorum reuocatur. Norfolcio lætante.

Verum cum ab amicis Reginæ expulſæ res in Scotia turbarentur, & Morauii præſentia ibidem opus eſſet, ille coram Regina, Bacono Magni Sigilli Cuſtode, Duce Norfolciæ, Comitibus Arundeliæ, Suſſexiæ, Leiceſtriæ, Clintono maris præfecto, Guil. Cecilio, Radulpho Sadleiro, qui cognitores nouo Diplomate conſtituti, accuſationem inſtituit, articulos coniecturales, quorundam teſtimonia, & decreta in Ordinum conuentu facta in medium producit, inprimis autem amatorias quaſdam Epiſtolas, & carmina, Reginæ manu (vt aſſeruit) conſcriptas, vt eam cædis mariti conſciam probaret, & Buchanani libellum (cui titulus *Detectio*) legẽdum exhibet, qui parum fidei apud maiorem

Noui cognitores dati.

Digitized by Google

M. D. LXVIII. partem cognitorum inuenit, vt hominis partiarii, & fide promercali. Epiſtolis vero & carminibus (cum nomina, ſubſcriptiones, notatio temporis deeſſent, & vbique plures ſint falſarii qui aliorum characteres tam ſcite aſſimilare & exprimere norunt, vt veri ab ementitis non internoſcantur) Elizabetha vix fidem adhibuit, licet muliebris æmulatio (quæ illum ſexum tranſuerſiſſimum agit) interceſſerit; ſatiſque habuit, quod ex his accuſationibus aliquid probri Scotorum Reginæ adhæreſceret.

Vbi autem illius Delegati accepiſſent, illam contumelioſiſſime à Morauio accuſari, reſpondere paratiſſimi erant; ſed illa delegatam authoritatem iam abrogauerat, à Iuriſperitis nonnullis Anglis clam edocta, hoc ex iure licere, quandoquidem prior cognoſcendi authoritas Duci & cæteris eſſet abrogata, Nouoſque cognitores, quorum vnum & alterum ſibi iniquiores exiſtimauit, plane recuſauit, niſi Galli, Hiſpanique Legati adiungerentur, & ipſa coram Regina, & illis, ad ſuam innocentiam tuendam publice admitteretur, Morauius detineretur, & iudicio ſiſteretur, quem cædis Darlii architectum probari poſſe affirmauit. Quæ cum Norfolcius, Arundelius, Suſſexius, Leiceſtrius, & Clintonus non iniqua cenſerent, Elizabetha ſubirata palam dixit, Aduocatum Scotæ nunquam defuturum, dum Norfolcius ſupereſſet. Satiſque habuit crimina à Morauio obiecta ſingulis à ſacris conſiliis, & etiam Comitibus Northumbriæ, Weſtmorlandiæ, Salopiæ, Wigorniæ, Huntingdoniæ, & Warwici conuocatis, impertiri, ſub Sacramento ſilentii, ne alterutri parti præiudicarent. Cumque Morauius domum reuocaretur: & Boidus (quod vulgo ferebatur) Scotorum Reginam è carcere ſubducere moliretur, res in aliud tempus dilata eſt, Elizabetha Scotorum inſolentiam in abdicanda Regina ex animo, vt videbatur, auerſata.

His Scota cauſam non ſubmittit.

Niſi conditionibus.

Res in nihilū recidit.

De adminiſtratione Scotiæ quæſtio.

Aduenerat hoc tempore è Gallia Hamiltonius Dux Caſtri Heraldi à Guiſiis ſubmiſſus, vt quæſtionem contra Morauium, de regno Scotiæ adminiſtrando, in pupillari Regis ætate

Digitized by Google

ætate moueret, qui coram Elizabetha, ex patriæ inſtitutis, ſe, vt Regi genere proximum, Morauio notho in adminiſtratione præponendum contendit. Contra Morauius, & Regis Legati edocuerunt, regni gubernaculum non genere coniunctiſſimis, ſed maxime idoneis, Ordinum conſenſu electis, committendum. Iniuſtiſſimum autem eſſe, tenellum Regem ei in manus tradere, qui ex generis propinquitate regno ambitioſe inhians, facile regnandi cupidine ius violaret. Id inprimis in Hamiltoniis verendum, qui grauiſſimas cum Regis maioribus, Lenoxiæ Comitibus, exercuerant inimicitias, Regis proauum paternum nefarie occiderant, Matthæum auum inopem è Scotia expulerant, & hic ipſe Hamiltonius Henricum Regis patrem acerbo odio exagitauerat, matremque vt regno facilius potiretur, Gallo tradiderat. Quibus auditis, Elizabetha Hamiltonio denunciat, iniquiſſimum eſſe quod petebat, ſimulque iuſſit, ne ex Anglia diſcederet, priuſquam Morauius in Scotiam rediiſſet. M. D. LXVIII.

Morauius paulo ante diſceſſum, ſubdole Norfolcio nuptias cum Regina Scotorum, & ipſi etiam Reginæ ſpem reſtituendi in regnum per Meluinum clam propoſuerat (vt mox dicemus) ſimulque, vt Elizabetham à Scotorum Regina magis abalienaret, ſparſerat rumores, illam tranſcripſiſſe ius ſuum in Angliam in Ducem Andinum, tranſcriptionemq; Romę fuiſſe confirmatam. Literas etiam oſtendit (veras, an mentitas non dixero) quas Scotorum Regina ad ſuos ſcripſerat, in quibus & Elizabetham arguit, quaſi contra ac promiſerat, ipſam tractaſſet, & aliunde ſpem auxiliorum oſtentauit. Hoc ſane Elizabetham ſolicitam habuit, nec coniectare poterat, vnde ſpes illa noua affulgeret, cum in Gallia bellum inteſtinum adeo recrudeſceret, vt Epiſcopus Rhedonenſis ad eam miſſus, à Rege, fuiſſet rogatus, ne Gallicis rebus ſe intermiſceret; & Ducem Albanum, qui anno ſuperiori in Belgium, ad profligandam Proteſtantium religionem, venerat, res admodum turbidæ diſtinerent.

Morauius nuptias cum Scota Norfolcio proponit.

Rumores tamen contra eam ſpargit.

Digitized by Google

M. D. LXVIII. Verum,vt poſtea eluxit, (& Hieronymus Carena Alexandrino Cardinali ab Epiſtolis prodidit) Robertus Ridolphus Florentinus, qui diu inſtitorem Lindini egerat, ſubornatus erat à Pio Quinto Pontifice Rom: (quum *Nuncium* palam mittere non auderet) qui Pontificios in Anglia contrà Elizabetham clandeſtino concitaret, quod ſedulo ſane & ſecreto fecit. Suſpicio etiam, ſed leuis illa quidem, enata erat, ex occultiorib. colloquiis Eboraci inter Lidingtonium, Epiſcopum Roſſenſem, & Norfolcium, quem illi obteſtati ſunt, vt conſilium & ſtudium ad afflictiſſimæ Reginæ ſalutem conferret, etiam eiuſdē nuptiis oblatis, quas ille, vt periculo plenas, modeſto reſpōſo reiecit. Quantum tamen per honorem, fide in Principem & patriam integra, liceret, afflictæ Reginæ non defuturum pollicitus. Suſpicionem admodum auxit Ligonus Norfolcii famulus, vir ſumme Pontificius crebris ad Boltonam (Baronis Scropi Caſtrum) itationibus, vbi Scotorum Regina ſub cuſtodia Fr. *Knolles* detinebatur, quæſito colore ad inuiſendam & ſalutandam Scropi vxorem quæ Norfolcii ſoror. Quamuis hinc nihil certi adhuc eluceret; Scotorum Regina à Boltona, vbi omnes circumuicini erant Pontificii, in regni interiora ad Tutburiam abducitur, & Georgio Salopiæ Comiti in cuſtodiam traditur.

Suſpiciones de Norfolcio.

Regina Scotorum Salopiæ Comiti commiſſa.

Elizabetha autem de Religionis, Reipub. & ſua ipſius ſalute curam iam adhibuit maiorem, eoque magis; quod cum Guiſii in Gallia, tum Albanus in Belgio cōſilia, ad Proteſtantium religionem excindendam, Baionæ inita, actitare incœpiſſent: In Gallia enim pax principio huius anni propoſita in fumum abierat, publicatis edictis, quibus reformatæ religionis cultus penitus interdictus, eiuſdē profeſſores publicis muneribus abdicati, verbi Miniſtri regno intra ſtatū tempus excedere iuſſi Et iam vbiq; ad arma contra eos conclamatum, etiam & ſæuitum, licet Elizabetha multis obteſtationib. per Norriſium Legatum egiſſet, vt pax ſolida & ſyncera cōficeretur, & ſubinde Regem monuiſſet, ne in-

Tertium ciuile in Gallia bellum.

ne intempeſtiuis remediis animos accenderet, atque ante omnia, vt ab illis caueret, qui fideles ſubditos extirpando, Galliæ vires ita labefactare ſtudent, vt aliis in prædam exponeretur. Verum cum ille nullum huiuſmodi obteſtationibus locum relinqueret, quin ex Italia, Germania, & Hiſpania pecuniam, & auxliares copias contraheret, & illa ad Proteſtantes, ne communi cauſa conjunctis deeſſet, qui non jam contra Regem, ſed ad ſui defenſionem arma ſumpſiſſe ſancte proteſtabantur; centum millia aureorū (quos *Angelos* vocamus) & apparatum bellicum large ſubmiſit, Galloſq; in Angliam confugientes nullo non humanitatis genere proſequuta eſt, vt etiam & Belgas, quorum magna multitudo, Albano nihil niſi cædem & ſanguinem ſpirante, in Angliam, vt in aſylum, ſe receperant. Qui Reginæ permiſſu Norvvici, Colceſtriæ, Sandvvici, Maidſtonæ, & Hamptonæ ſedes poſuerant magno ſane Angliæ emolumento. Artem enim conficiendi leuidenſas quas *Bayes* & *Sayes* vocant, & id genus alia linea & lanea varia textura primi in Angliam intulerunt.

M. D. LXVIII.

Elizabetha Proteſtantibus in Gallia ſubuenit.

Belgas benigne excipit.

Qui Angliæ benefici.

Ab inſtituto non alienum videatur ſi paucis hic perſtringam quibus initijs bellum Belgicum hoc tēpore prorupęrit, cuius ſæpius neceſſario meminero; quandoquidem cū rebus & rationibus Anglicis ſit colligatum & implicitum.

Cum Hiſpanus ſanguinaria in re religionis edicta in Belgio nullis precibus mitigaret, ſed Hiſpanica Inquiſitione in hominum conſcientias grauius ſæuiret, Concilium Ordinū Belgicarum Prouinciarum (quod ad res componendas vnicum & vſitatum erat remedium) haberi vetaret; decretiſq, ex Hiſpania, & non ex indigenarū conſilio, Rempub. adminiſtraret; pauci è fece plebis, excitato tumultu, Imagines paſſim per templa furenter diſturbarunt & comminuerūt. Et licet tumultus iſte ſtatim compoſitus, ille tamen eorum conſilio vſus, qui liberrimæ nationi iugū imponere percupierunt, arrepta occaſione ex priuata paucorum temeritate, publicum rebellionis crimen populo

Belgici belli initium.

Digitized by Google

M. D. LXVIII. *Dux Albanus.*

vniuerſo intendit,& (quaſi libertas jam eſſet plane amiſſa) Ferdinandũ *Aluarez* Ducem Albanum, hominem efferũ ad dominationem inuadendam miſit, qui nullo ſanguine Principem attingens, in ſumma præfectura contra patrios mores conſtitutus,authoritate ordinarijs tribunalibus erepta,nouis auditoriis erectis, proceribus à non ſuis judicib. damnatis, & è medio ſublatis, Hiſpanorum præſidijs per vrbes & oppida diſpoſitis,arcibus impoſitis, viceſima rerũ ſoli,mobilium decima in ſingulas alienationes per vim exactis,diuturnum & exitioſum bellum excitauit.

Pecunia in Belgium miſſa detenta.

Per id temporis magna vis pecuniæ à Genuenſibus, & alijs mercatoribus Italis, ex Hiſpania in Belgium, ad rem fœnere faciendam, in majore naui Cantabrica,& quatuor minoribus nauigijs (*Zabras* Hiſpani vocant) mittebatur, quæ Turio Caſtelerio Gallo perſequente, & Guilielmo Wintero Anglo defendente,in Plymutham, Falmutham & Hamptonam Angliæ portus,ægre euaſerant.Quod vbi primum Regina audiuit,portuum Magiſtratibus imperauit,vt Hiſpanos omni cum humanitate tractarent,naueſq; contra Gallos defenderent, Herarduſq; De-Speſius,ex ordine Calatrauæ Eques Hiſpani in Anglia Legatus à Gallis timens cum Regina egit, quæ ex eius fide Hiſpani pecuniã eſſe credidit,vt noua mandata mitterentur, ad naues illas contra Gallos imminentes tuendas. Quibus impetratis, denuo egit,vt pecunia illa per Angliã,& deinde mari Antvverpiam ſecure tranſmitteretur. Annuit illa,& terra mariq; ſecuritatem promiſit. Interea parum abfuit quin Galli alteram è nauibus abduxiſſent,niſi Angli repuliſſent.Conſultiſſimum igitur viſum eſt, pecuniã,vt in tuto eſſet,è nauibus in terram exponere.Necdum tota in terram expoſita erat, cum De-Speſius male credulus,ſignificaret Albano,Reginam pecuniæ manum inieciſſe. Dumque ille hac de re conſulit Albanum,Odetus Caſtillioneus Cardinalis, qui è Gallicis tumultibus huc ſe ſubduxerat,Elizabethæ innuit,pecuniam illam non eſſe Hiſpani,ſed Genuenſium quo-

Digitized by Google

quorundam Mercatorum, quam in ſuos vſus, in Proteſtãtium exitium Albanus, mercatoribus inuitis, attracturus erat. Hinc inter regni Conſiliarios agitatur, an hæc pecunia detinenda. Pleriq; in Belgium tranſmittendam cenſuerũt; ne Hiſpanus potentiſſimus Princeps jam ſatis ſuperq; Anglis infenſus, irritaretur. Elizabetha autem certo edocta ab vno & altero pecuniæ proprietario (qui male metuerunt, ne Albanus inuolaret) illam vniuerſam ad mercatores & nihil ad Hiſpanum ſpectare, qui tantum ex Hiſpania exportari permiſerat, ſtatuit, fiduciaria cautione interpoſita, à mercatoribus mutuo ſumere, quod Principes de bonis in ipſorum portubus deprehenſis aſſolent, & Hiſpanus ipſe nuper factitarat. Et hoc Legato Hiſpani, literas Albani de pecunia illa tranſmittenda tradenti, proteſtata eſt, ſancte pollicita, ſe redditurum, ſimul ac certo conſtaret propriam eſſe Hiſpani pecuniã. Quo ipſo quidem die videlicet XXIX. Decembris, Albanus furenter impatiens, in Anglorũ bona paſſim per Belgium inuolauit, Angloſq; captos militari manu aſſeruauit; vt cuiuis ex temporis obſeruatione innoteſcere potuerit, Albanum hoc contra Anglos in terrorem ſtatuiſſe, quomodocunq; Regina de pecunia ſatisfaceret. Illa imperterrita, nihilo ſegnius Belgas, & eorum merces & naues in Anglia capi juſſit, quæ longe plures erant quam Anglorum, quas Albanus in Belgio deprehendit, vt illum ſerius incœpti pœnituerit, qui vulnus, quod principio facile ſanari poterat, intempeſtiue exulcerauit.

M. D. LXVIII.

Anglorum bona in Belgio detenta.

Et Belgarũ in Anglia.

Penultimus huius anni dies (digreſſiunculæ in boni viri memoriam ignoſcite) vltimus erat Rogero Aſchamo, qui in Eboracẽſi Comitatu natus, & Cãtabrigiæ educatus, inter primos noſtræ nationis literas Latinas & Græcas, ſtiliq; puritatem cum eloquentiæ laude excoluit, Elizabethæ ſtudijs aliquandiu præfuit, eidemq; Reginæ ab Epiſtolis erat Latinis : Cum tamen alea & Alectryomachia plus nimio oblectaretur, re tenui vixit & obijt, relictis duobus libris, elegãtiſſimis ingenij monumẽtis, lingua vernacula,

Rogeri Aſchami obitus.

Digitized by Google

M. D. LXIX. quorum alterum *Toxophilum*, alterum *Scholarcham* inſcripſit. Sed ad rem redeamus.

M. D. LXIX.

Programma de bonis detentis. DIe ſexto Ianuarij Programma Londini editum eſt, de bonis Anglorum ab Albano detentis, in quo pleraq; jam dicta explicantur, & culpa in De-Speſium conjicitur. *Antigramma.* Ille Antigramma opponit in quo innuit, Programma illud non à Regina emiſſum, ſed Reginæ nomine à nonnullis, qui Hiſpano iniquiores, & Belgis rebellibus æquiores. Priſtinam Reginæ erga Hiſpanos beneuolentiam collaudat, eandem immerito abalienatam deplorat, non maiorem fidem ſibi legato, & Albani literis adhibitam ſtomachatur, pecuniam illam detineri demiratur, cum magis intereſſet Reginæ (vt ipſe dixit) pecuniam Hiſpano contra rebelles ſuppeditare, quam detrahere. Deniq; eam, quaſi prima injuriam intulerit, taxat, Albaniq; factum & ſe excuſat. Nec his contentus libellos famoſos ſpargit, in quib. Reginæ exiſtimationem contumelioſe atterit, ſub nomine *Amadis Oriana.* Vnde reprehenſus, cuſtodes ad vnum & alterum diem dati, & illa hæc, & huiuſmodi fuſe, ſed fruſtra apud Hiſpanum queritur.

In Cecilium coniuratio. Ex hac pecunia detenta, nonnulli Angliæ proceres, inter quos Marchio Wintoniæ, Dux Norfolciæ, Comites Arundeliæ, Northumbriæ, Weſtmorlandiæ, Penbrochiæ, Leiceſtriæ, & alii, in Cecilium cauſas, vt ſemel atq; iterum jam antea, de pecunia ad Galliæ Proteſtantes miſſa, quærebant, reuera autē, quod ægris oculis eius apud Reginā potentiā intuerentur, Suffolcienſi familiæ in regni ſucceſſione fauere ſuſpicarentur; & ne ipſorum conatibus viam obſtrueret, vererentur. Occultumque conſilium inibant, eum in carcerem coniiciendi, Throcmortono æmulo ſuggeren-

gerente, ſemel incarceratum peſſundandi rationes fore expeditiſſimas. Sed neſcio cuius indicio, Regina hoc opportune reſciuit, & Cecilius ſtructas inſidias, animoſa Principis fortitudine, quæ ipſo temporis articulo interueniens, nutu eos cohibuit, facile ſuperauit. Simulq; illa infregit aliud occultius eorum conſilium, publicę declarandi Reginam Scotorum indubitatam Angliæ hæredem (contra libellum pro iure Suffolcienſis emiſſum) ſi quid humanitus Elizabethæ accideret. *M. D. LXIX.*

Ad detentam pecuniam repetendam iam venit ab Albano D' Aſſonuil ius cumque literas ab Hiſpano haberet nullas, Elizabetha ad Conſiliarios remiſit, quos ille, primum audire recuſauit; mox tamen adiit, & auditus, poſt menſem, re infecta, rediit. *Pecunia repetita.*

Mercatores Angli Hamburgum in Germania, tanquam ad nouum Emporium merces conuehunt, Albanus omnia omnino commercia cum Anglis interdicit, & ne quid in Belgium ab illis inuehatur, vel euehatur, exploratores inſtituit, inter quos, I. Storius, profugus Anglus, Legum Doctor erat ſagaciſſime diligens, qui prius in Principis vitam, Preſtallum impoſtorem Magicum conſuluerat, & de patria inuadenda Albano conſilia ſuggeſſerat. Sed ille, dolo compoſito, in nauem quæ merces Anglicas, & libros hæreticos intuliſſe ferebatur, illectus, expanſis mox velis, in Angliam erat abductus, vbi poſtea vltimo ſupplicio (vt ſuo loco dicemus) affectus. *Emporiũ Anglorum Hãburgi.* *D. Storius interceptus.*

Albanus non his contentus, imperat, vt nullæ, niſi armatæ naues è Belgio prodirent, & Anglis, vbicunque inuenerint, manus iniicerent. Quod etiam in Hiſpania fieri curauit, vbi Angli Mercatores & nautæ, bonis fiſco addictis, in Inquiſitionem abrepti, & in triremes damnati. Iuſſitq; Hiſpanus literis ad Comitem Montis Agundi Bœticæ præfectum, ne oleum, alumen, ſaccharum, aromata, & id genus alia in Angliam exportarentur, ratus ſi hiſce Angli diſtituerentur, facile in rebellionem prorupturos, ſimulque per *Albani in Anglos furor.* *Hiſpanus rebelliones in Reginã concitare ſtudet.*

 clande-

Digitized by Google

M. D. LXIX. clandeſtinos internuntios cum Duce Norfolciæ, & Ormondiæ Comite agit, vt hic in Hibernia, ille in Anglia Reginæ negotium faceſſerent, quod illi (qua fuerant in Principem fide, ingenue aperuerunt. Quamprimum maritimi Angliæ populi hæc comperiſſent, incredibile eſt quanta alacritate maria inſiluerint, & quam late piraticam in Hiſpanos exercuerint, adeo vt ad eos cohibendos edicta prodierint, in quibus prohibitum, ne quis à deprædatoribus merces emeret.

Piratæ cohibiti.

Negotiatio in Ruſſia impedita.

Nec minus impeditæ erant hiſce diebus in Ruſſia, quam in Belgio res mercatoriæ Anglorum, tam ex falſa inſtitorum fide, & praua ipſorum inter ſe, quam Germanorum & Ruſſorum in eos æmulatione; dum hi de dolo malo, & mercium pretio adaucto, Angli qui è ſocietate Moſcouitica non erant, & Germani, de Monopolio conquererentur. Ad hæc ſananda, ſuperiori anno miſſus erat Thomas Randolphus, qui licet minus gratus Imperatori Ruſſico, cum ſedulo de re mercatoria, & nihil de fœdere, cuius anno MDLXVII. meminimus, egerit. Illo tamen intercedente, Imperator, pro ſingulari ſua in Reginam & gentem Anglicam beneuolentia, conceſsit Anglicæ in Ruſſia ſocietati, immunitatem à vectigalibus, libertatem quacunque vellent, per ampliſsimi Imperij ſui Regiones, merces diſtrahendi, & in Perſiam, Mediamque per Mare Caſpium exportandi; cum cæterarum gentium Mercatorib. non liceat mille paſſus vltra vrbem Moſcuam proficiſci, domoſq; dedit ad funes nauales torquendos, & territoriolum quinq; mil. paſſ. in ambitu, cum ſyluis, ad ferrum conflandum, Angloſq; in *Oppriſney*, i. in *delectum ſemen populi ſui* ſuſcepit.

Anglorum in Ruſſia libertas.

Eorum in Ruſſia mercatura

Nunc illi confidentius regiones illas perluſtrare cœperunt, per Dvvinam aduerſo flumine, remigio & helciario opere, nauigijs monoxylis, merces Vologdam deuehere, inde terreſtri ſeptem dierum itinere Yereſſauiam, deinde per Volgam (qui latitudine mille plus minus paſſus patet, & ar gillaceo ſolo, quercubus & betulis redimitus, defluit) ad

Aſtra-

Digitized by Google

Aſtracanam xxx. diebus, totidemq; noctibus flumine ſecundo; ab Aſtracana vero, vbi nauigia conſtruxerunt, magno ſane & memorabili anſu, Mare Caſpium, quod admodum vadoſum, ſæpius traiecerunt; & per vaſtas Hircaniæ & Bactrianæ ſolitudines, ad *Teuerin, & Casbin* Perſiæ vrbes penetrarunt, ſpe certa Cathaiam tandem apperiendi. Sed bella, quæ inter Turcas & Perſas mox flagrarunt, & barbarorũ latrocinia hoc laudabile Londinenſium inſtitutum interruperunt. Imperator autem Randolphum cum lautitijs remiſit, & cum eo Andream Gregoriwitzium Sauienam, ſplendida ſane pro more gentis legatione, qui laute à Londinenſibus & honorifice à Regina exceptus.

M. D. LXIX.

Et per mare Caſpiũ in Perſia.

Legatio Ruſſica in Angliam.

Propoſuit ille fœdus quoddam, lingua Ruſſica conſcriptum, quod ijſdem plane verbis, arcanis lileris ſanciendum ipſo præſente, atque in linguam Ruſſicam cum omnibus literis transferendum. Reginæque manu, Sigillo & iureiurando muniendum poſtulauit: necnon vt Regina ſuum legatum in Ruſſiam mitteret, qui ijſdem verbis literas arcanas, Imperatoris ſigillo & crucis oſculo coram confirmatas, viciſſim acciperet. Regina fœdus paciſcitur cum clauſula *reſeruationis*, quoad ſibi per fœdera, cum aliis Principibus prius contracta, licuerit, ad mutuam opem contra hoſtes communes præſtandam, ita vt nihil contra ius faſq; fieret. Quod ſi ille quocunque caſu ſolum mutare, vel à domeſticis, vel externis hoſtibus adactus fuerit, illum, vxorem, & liberos omni honore tanto Principe digno excipere & tractare, locum perendinationi commodum aſſignare, ſuæ religionis cultum libere permittere, & facultatem diſcedendi pro arbitrio ſanctiſſime, verbo Principis Chriſtiani coram Legato, & intimis Conſiliariis promiſit, & ſigillo confirmauit. Hæc enim ille arcanis illis literis ſummopere efflagitauerat. Tantum autem abfuit, vt hæc homini feroci, cui ſuus animus, ſua libido ius erat, ſatisfacerent, vt longis literis omnia ſua in gentem Anglicam beneficia enumerãdo indignãter exprobraret, Reginam quod legatum cũ ſuo

Fœdus Ruſſicum.

Ruſſi in Anglos indignatio.

non

Digitized by Google

M. D. LXIX. non miſerit ad iuſiurandum recipiendum, ſtomachatur, eam quaſi ſui negligentem, & mercatorem negotiis, Principe indignis, nimio plus intentam arguit: quos ſuis rationibus aduerſari ſuſpicatus, vt ſordidos & lucro potius inhiantes, quam Principum honori conſulentes contemptim, & contumelioſè perſtringit, priuilegia indulta reuocarè atrociter minatus. Quod tamen blandis Reginæ literis, per Ienkinſonum placatus, nō fecit; ſed eam dum vixit, vt ſororem diligentiſſime obſeruauit, de fœdere illo ſolidius confirmādo ſubinde interpellauit, Angloſque præter cęteros eximię dilexit.

Placatur.

Morauius Scotæ amicos opprimit.

Iam Morauius qui ſpe reſtituendi Reginam Scotorum ipſi Reginæ, Norfolcio, & alijs in Anglia propoſita, ſecutum ſibi in Scotiam reditum parauerat. (Illa enim Scotos eius vitæ inſidiantes cohibuerat, & ne reditum impedirent, iuſſerat.) Vbi primum Edenburgum venit, nobiles Reginæ addictos, quæſito colore conſultandi de eadem reſtituenda conuocat. Quo cum primi aduenisſent Hamiltonius, Dux Caſtri-Heraldi, Vicarius Regni à Regina conſtitutus, & Heriſius, perſuaſi credulæ Reginæ literis, ille eos, dum fraudem timet circumuenit, cæteriſq; quidem ne expectatis, in carcerem condit, & illico Reginæ fautores omnibus belli iniurijs grauiter exagitat.

Rumores contra Morauiū.

Hinc rumores per Scotiam late contra Morauium diſſeminati, ſcilicet eum in pactionem cum Elizabetha veniſſe, vt tenellus Scotorum Rex in Angliam educandus traderetur, Caſtra Edenburgi & Sterlinij Anglorum præſidiis firmarentur, Dunbrittonum in Anglorum vſum expugnaretur, Morauius legitimus regni Scotiæ ſucceſſor, ſi rex ſine ſobole obiret, promulgaretur, regnumque vt Elizabethæ beneficiarius, teneret. Hæc ita increbuerunt, & probabilitate quadam animos hominum per vniuerſam Britanniam perculerunt, vt Elizabetha & ſuæ exiſtimationis, & etiam Morauii intereſſe putauerit, has maculas abſtergere. Scripto itaque edito hæc à veritate alieniſſima eſſe *verbo regio* declarat,

Digitized by Google

declarat,& ab iis confiɛta, qui vtriuſque regni tranquillitati inuident; nec vllam inter ſe aut ſuos adminiſtros,& Morauium (quam nouit) pactionem verbo aut ſcripto interueniſſe, ex quo poſtremo in Angliam venerit. Comitem autem Lenoxiæ, auum tenelli Regis, rogaſſe vt Rex, ſi ab improborum machinationibus in Scotia tutus eſſe non poſſet, in Angliam mitteretur. Præterea aſſeuerat, ſe pro falſo reputare, quicquid de pactione inter Morauium & Hertfordiæ Comitem perhibetur; ſcilicet illos mutuam operam, ad vtriuſq; regni Coronam occupandam præſtituros. Deniq; per ſe non ſtetiſſe, quo minus res inter Scotorum Reginam & filiolum nondum ſit tranſacta, vt vero tranſigatur elaboraturam. Et certe elaborauit, licet confliɛtaretur hinc metu, ex æmulatione inueterata, quæ inter Principes mulieres nunquam moritur, inde miſeratione; ex humanæ fragilitatis ſubinde repetita recordatione.

M. D. L X I X.

Eos Elizabetha refellit.

Miſerationem hanc Scotorum Regina magis concitauit, metumq; minuit crebris literis amore pleniſſimis; in quibus ſancte promiſit, & pro humanitate quam fuerat experta, & arctiſſima, quæ intercedit, cognatione, ſe nihil in illam molituram, nec cuipiam alteri Principi reſtitutionem velle debere. Adeo vt Elizabetha cum Morauio, aliiſque Scotis, per Woodum, qui ab Epiſtolis Morauio, maximopere egerit, de ea in priſtinam regiam dignitatem reſtituenda, ſin minus, vt regio titulo coniunctim cum filiolo vteretur: ſi nec hoc concederetur, vt tanquam priuata, domi apud ſuos libere, ſecure, & honorifice dies degeret. Verum Morauium, iam ſumma rerum potitum, nequaquam permouere poterat.

Scotæ miſeretur.

De ea reſtituenda agit.

Ferebatur his diebus rumuſculi aura inter homines melioris notæ, Ducem Norfolciæ Scotorum Reginam in vxorem ducturum, quod pro partium ſtudiis varie expetitum, dum Pontificij hinc ſuæ, per illam, religioni, alii per illum Reipublicæ conſultum iri ſperarent. Certe plurimi, qui Reginam à coniugio alienam viderunt, & exteros Prin-

De nuptiis Norfolcii cum Scota clam deliberatur.

cipes

M. D. L X I X.

c pes Angliæ hoſtes oculos, & animos in ReginăScotorũ, tanquam certiſſimam Angliæ hæredem, coniicere: exiſtimarunt magis ad quietem fundandam, & Scotorum Reginam intra terminos continendam, vt illa Norfolciæ Duci, inter Angliæ proceres longe maximo, & nobiliſſimo, gratia apud plebem pollenti, & in Proteſtantium religione innutrito coniungeretur, quam Principi extero, qui per eam vtriq; regno periculum faceſſeret, & vtriuſq; hæreditatem adiret, quam in Anglici ſanguinis Principe conſolidari primis votis exoptarunt, ſi quid humanitus Scotorum Regi infantulo accideret. Quem etiam in Angliam abducere propoſuerunt, vt ille verus Angliæ hæres, apud Anglos educatus Anglis charior eſſet, omnis de ſucceſſione ſcrupulus tolleretur, Elizabetha nihil à Duce & Scotorum Regina timeret, cum illum in poteſtate haberet. Præterea, ne quid Dux in illum attentaret, ſed charius adamaret, ſtatuerunt, vt Margareta, vnica Ducis filiola eidem de futuro deſponderetur. Inter hos fuerunt Arundeliæ, Northumbriæ, Weſtmorlandiæ, Suſſexiæ, Penbrochiæ, Southamptoniæ Comites, Baroneſq; complures, & ipſe etiam Leiceſtrius, an falſo & inſidioſe in Ducis perniciem, incertum, qui tamen omnes rem prius Reginæ communicandam, eiuſq; arbitrio permittendam cenſuerunt. Vtque leges illa præſcriberet, quibus ſuæ ipſius, religionis, & regni ſaluti atq; ſecuritati pleniſſime conſuleretur. Sed rem habe ſummatim, ſi placet, ab ipſa origine, ex ipſius Ducis ſcripta confeſſione, quam vidi, & Commentariis Epiſcopi Roſſenſis, qui huius negotii pars maxima fuit.

Prima harum nuptiarum mentio.

Cum Delegati anno ſuperiori Eboraci conuenirent, Lidingtonius, & Epiſcopus Roſſenſis, inter aucupandum cum Duce egerunt de nuptiis, inter eum & Reginam Scotorum contrahendis, vt poſtea Morauius ipſe apud Hamptonam Regiam. Hic in priuato cum Duce colloquio, & etiam cum aliis nonnullis, ſimulauit, ſe nihil magis in votis habere, quam vt rebus in Scotia compoſitis, Scotorum

Morauii propoſitio ad Norfolcium.

Reginæ,

Regina, ſoror ſibi chariſſima in priſtinam authoritatem reſtitueretur, modo illa ſubditos in priſtinam gratiam vere & ex animo reciperet, omnibus vtrinq; offenſionibus obliteratis: Vereri tamen, ſi illa pro ſuo arbitrio virum ſibi adſciſceret è Gallia, Hiſpania, vel Auſtria, ne iniurias acceptas vlciſceretur, religionem in Scotia receptam mutaret, & magnum Angliæ periculum conflaret. Ad hæc præuertenda, omnem operam pollicitus eſt, vt illa, quæ primum puero, poſtea iuueni improuido, & deinde furioſo nupſerat (ita enim ſe verba habuerunt) nunc tandem Duci, viro maturo iudicio, matrimonij vinculo coniungeretur, quod vtriuſque regni tranquillitati, vtriuſque Principis ſecuritati, & religionis firmamento inprimis cederet, cum ille, qua fuit in Reginam Angliæ obſeruantia, fœlicius Scotiam in amicitia Anglorum contineret, & Reginam Scotorum facilius ad veram Religionem, quam ille fuerat amplexus, perduceret. M. D. LXIX.

Hæc eadem Morauius etiam Reginæ Scotorum per Robertum Meluinum occulte impertiit, & ad eadem conficienda operam perofficioſe detulit. Dux autem reſpondit, nihil ſe poſſe de nuptiis illis ſtatuere, priuſquam illa crimina obiecta elueret. Roſſenſis tamen ſedulo quantum poterat, quodammodo nolentem pertrahere non deſtitit.

Paucis poſt diebus Nicholaus Throcmortonus in Regia weſtmonaſterij Ducem conuenit, cui ſingulare ſtudiũ in omni officij genere profeſſus, ſignificat ſe intellexiſſe, Leiceſtrium cum Duce acturum de matrimonio inter eum & Reginam Scotorum, quod nouum ſibi Throcmortonus dixit, cum eaſdem nuptias ipſe Leiceſtrius non ita pridem ambiiſſet. Ducem vero amice monuit, ſi id ageretur, vt Leiceſtrio, qui antea ambierat, huiuſmodi nuptiarum honorem deferret, ſin ille vehementius inſtaret, vt abnueret, eo quod Scoti illã plurium criminum inſimularint. Ego tamẽ, inquit Throcmortonus, inprimis opto, vt illa *Throcmertoni conſilium.*

Digitized by Google

M. D. LXIX. vt illa tibi connubio coniungatur, tum vt veræ religioni conſulatur, tum vt non aliunde quam à Regina noſtra illa tota dependeat. Hoc tamen præmoneo, ſi quid hac in re egeris, Leiceſtrius tibi conſilio præeat, tu enim per te haud facile Reginæ aſſenſum conſequeris.

Vno & altero poſt die Leiceſtrius rem Duci propoſuit, qui iuxta ac Throcmortonus præmonuerat, reſpondit, cumque ad crimina peruentum, Leiceſtrius illa extenuauit, idq; ex fide Richardi Candishi, cuius operam, etſi ſuſpectam, Duci commendauit. Leiceſtrius deinde rem Penbrochio communicat, & Dux Arundelio. Illi vna cum Throcmortono, literis ſuis, Ducem Reginæ Scotorum in maritum (quod & Morauius ante fecerat) commendant. Ipſe etiam Dux, datis literis, amorem ſuum ſingularem teſtificatus, omne ſtudium amantiſſime defert. Iam inde quaſcunq, ad illam ſcripſit, & ab illa accepit literas, illis impertit, & crebra colloquia, de ratione matrimonij ineundi, cum Roſſenſi habent, & per Richardum Candishum hos articulos Leiceſtri manu conſcriptos, Reginæ Scotorum propoſuerunt menſe Maio 1568. *Illa nihil moliretur quod ſit fraudi Reginæ Angliæ, aut liberis ex ea natis in ſucceſſione regni Angliæ, fœdus offenſionis & defenſionis inter regna iniret, religionem Proteſtantium in Scotia conſtabiliret, Scotos qui iam aduerſantur, in gratiam reciperet, aßignationem regni Angliæ Duci Andium factam reuocaret, aliquem è nobilitate Anglica in virum adſumeret, nominatim Ducem Norfolciæ inter Proceres Angliæ longe nobiliſsimum.* His ſi adentiret, promiſerunt ſe effecturos, vt Regina Angliæ etiam conſentiret, illa in regnum propediem reſtitueretur, & in ſucceſſione Angliæ confirmaretur. Hæc illa prompte admiſit, niſi quod de fœdere nihil reſpondere poſſet, Galliæ Rege inconſulto. Aſſignationem vero nullam Andium Duci factam eſſe proteſtatur, curaturam tamen (ſi hoc poſtularent) vt Andinus renuntiaret. Monuit, vt ante omnia aſſenſum Reginæ procurarent, ne res in ſuum & Ducis detrimentum verteret,

Articuli de nuptiis Scotæ propoſiti.

Illa admittit.

Digitized by Google

teret, quod in Darlianis nuptiis ſine eius aſſenſu contractis, illa prius experta. Illi tamen prius animos plurium nobilium tentandos cenſuerunt; quorum plerique aſſenſum ita præbuerunt, *modo Regina non aduerſaretur*. Nec improbarunt quidem Gallus & Hiſpanus, ſolummodo à Morauio timebant, ne, qui primus rem propoſuerat & omnem operam pollicitus erat, primus impediret. Veruntamen in hanc ſententiam conuenerant, vt Lidingtonius, qui tunc expectabatur, Elizabethæ animum primus tentaret. Interim Dux quicquid hac de re actum Baroni Lumleio impertit, ægreque à Leiceſtrio obtinuit, vt alios quoſdam amicos de hac re conſuleret; paulo tamen poſt cum Penbrochii aſſenſu etiam Cecilio rem aperit. *M. D. LXIX.*

Quo quidem tempore Leonardus Dacræus ſuſcepit cogitationem, captiuam Reginam è cuſtodia, qua tunc Whinfeldiæ in Comitatu Debriæ ſub Comite Salopiæ aſſeruabatur, ſubducendi. Northumbrius conſilii particeps hoc Duci ſignificauit, ſed ille fieri prohibuit, dum timeret ne illam Hiſpano in vxorem traderent, & ſperaret Elizabethæ aſſenſum breui elicere. *De Scota liberanda conſilium.*

Mox harum nuptiarum rumor per mulierculas aulicas, quæ ſtatim amatoria ſagaciter odorantur, ad Reginæ aures clarius peruenit. Quod cum Dux comperiſſet, obnixe ipſe cum Leiceſtrio, & per Penbrochium & Throcmortonum agit, vt Reginæ protinus res proponeretur. Ille moras nectit & procraſtinat, quaſi opportunum tempus præſtolaturus. Cecilius autem Ducem iam animo anxium admonet, vt ipſe rem Reginæ explicaret, quo & ipſi & Reginæ omnis ſcrupulus quamprimum eximeretur. Leiceſtrius contra, qui promittit ſe rem propoſiturum Reginæ ruſticanti; ſed dum in alium atque alium diem blande differt, Regina ad Farnhamiam Ducem menſæ adhibet, & ſalſe ſubmonet *vt caueret, cui puluino caput inclinaret*. Tichfeldiæ tandem Leiceſtrius male ſe habuit, vel certe ſimulauit. Reginæ inuiſenti, conſolatione permulcenti, & deprehen- *Regina de his nuptiis edocta.* *Leiceſtrius rem aperit.*

Digitized by Google

M. D. LXIX.

denti ſpiritum & ſanguinem ex timore intra retrahi, cum ſuſpiriis & lachrimis culpam deprecatus, rem totam ab origine explicauit.

Ducem deterret.

Quo tempore Regina Ducem in ambulacrum aduocauit, grauiſſimeque reprehendit, quod ipſa inconſulta, Scotorum Reginam in matrimonium poſtulaſſet: iuſſitque pro fide quam Principi debuit, vt incœpto abſiſteret. Promiſit ille libens lubenſq;, nec dubitauit aſſerere (quaſi eam plane negligeret) prouentus ſuos in Anglia non multo eſſe minores, quam Regni Scotorum iam miſere bellis exhauſti; necnon cum in Sphæriſterio ſuo Norwici eſſet ſe nonnullis regibus quodammodo æqualem ſibi videri. Verum iam inde animo fractiori eſſe cœpit; cumque Reginam vultu & voce indies infenſiorem, Leiceſtrium quodammodo abalienatum, & plures nobiliores ſalutatione vix reddita, & ſermone ſtatim abrupto, à familiaritate ſenſim ſe ſubducere perſpiceret; venia non impetrata, Londinum cogitans, diuertit ad Penbrochium, qui bene ſperare iuſſit, & nonnihil ſolatii præbuit. Et eodem ipſo die Elizabetha Scoticum Legatum de Regina captiua liberanda interpellantem, indignanter reiecit, iuſſitque, vt illa tranquille ſe gereret ne eos quibus maxime innititur, ſine capite truncos propediem videret.

Ille ex aula ſe ſubducit.

Cecilius rem expiſcatur.

Cum iam rumor ille de nuptiis magis magiſque caleret, & Regis Galliarum Orator Reginæ Scotorum libertatem (magis ſuaſu quorundam Anglorum; quam iuſſu Regis Gallorum, vt mox compertũ) maximopere vrgeret; ſuſpiciones nouæ vndiq; arreptæ fuere, & Cecilius, qui rei publicæ & religioni ſedulo ſemper excubauit, intẽtum animũ habuit, vt rem indagaret. Egit itaque per literas cum Suſſexio Septentrionalis plagæ Præſide, qui Duci intimus & neceſſitudine coniunctiſſimus, vt ſi quid de Ducis nuptiis intelligeret, Reginam faceret certiorem. Quid reſponderit, me latet. Cumq; obſeruatum fuiſſet, Ducem cum Moratio Scotiæ Prorege, ſecreta colloquia ad Hamptonam Regiam ſubin-

Digitized by Google

ſubinde conſeruiſſe, Georgius Carius Baronis Hunſdonii filius, ſubmiſſus eſt ad Morauium, vt eliceret ſi quid Dux illi de his nuptiis impertiiſſet. Dux interea territus rumore falſo diſſipato, rebellionem in Septentrionali plagà concitatam eſſe, & certior à Leiceſtrio factus, illum incarcerandum fore, in Norfolciam ſeceſſit, dum tempeſtatem impendentem amici aulici interim auerterent, (qui hoc promiſerunt) & ipſe ſupplicibus literis infenſum Reginæ animum emolliret. Adhibiti autem erant, qui eius motus & conatus, etiam & nutus obſeruarét. Cum nihil ſolatii apud ſuos reperiret, & Heidonus, Cornwallius, aliique è primariis eius tractus viri ſuaderent, vt ad Reginę miſericordiam, ſi ſibi male conſcius eſſet, confugeret, in ancipites curas diſtractus fluctuauit. Aula interim ſuſpicioſo metu ne ille in rebellionem prorumperet, tota erat ſuſpenſa, deliberatumque ferunt, ſi hoc faceret, Reginam Scotorum illico è medio tollere. M. D LXIX. *Norfolcius in Norfolciam ſe confert.* *Hinc in aula trepidatur.*

Ille autem, ex innata bonitate & optimæ mentis conſcientia, in nullam Maieſtatis legem peccaſſe, (illam enim Henrici VIII. de non ducendis Regis ſororum, aut fratrum, aut amitarum liberis clàm Rege, ſub pœna læſæ Maieſtatis, Edwardus VI. refixerat) necnon ex timore, ne durius cum Regina Scotorum ex ſuſpicione ageretur, amicis in Aula dat literas, quibus metu carceris ſubduxiſſe ſe domum ſignificat, vt tempore & abſentia remedium contra malignos rumores, qui pronis in aula auribus ſemper excipiuntur, compararet; culpamq; demiſſiſſime deprecatus, illico ſe itineri aulam verſus accingit.

In reditu, ad S. Albani, Owenus Arundelliæ Comitis famulus, clam à Throcmortono, & Lumleio, qui iam in cuſtodia miſſus; admonet, vt ipſe culpam in ſe omnino ſuſciperet, nec in Leiceſtrium, aut alios deriuaret, ne ex amicis inimicos redderet. Ibi Edwardus *Fitz Gilrad*, Comitis Kildarienſis frater (cohortis nobilium ſtipatorũ ſubprçfectus) obuius excepit, & Burnhamã ad III. à Windeſora milliare *Ad aulam redit.*

M. D. LXIX.

Morauius rem aperit.

(vbi tunc Regina egit) abduxit. Quarto poſt die, Abbas Dunfermelini literas à Morauio Scotiæ Prorege Reginæ tradit, in quibus ſignificauit, Ducem ad Hamptonam Regiam ſecreto cum ipſo egiſſe, vt eius cum Scotorum Regina connubio faueret, niſi vero faueret, interminatum fuiſſe; ſe fauturum promiſiſſe, vt inſidias in vitam, à Nortono quodam, dum rediret, ſtructas anteueniret, à quo & aliis Dux ſecuritatem redeundi ſpopondit; & paulo poſt Ducem, per literas furtiuis notis conſcriptis ab ipſo petiiſſe, vt connubio aſſenſum præberet ſuum. Ad hæc Ducem per Boidium ſignificaſſe, quod nunquam Scotorum Reginam deſereret; inſuper eiuſdem Reginæ miniſtros Proregi quodammodo perſuaſiſſe, Elizabetham in connubium conſenſiſſe, necnon ſpem regni Angliæ propoſuiſſe. Deprehendit etiam Elizabetha, illam quibuſdam Angliæ Proceribus intimaſſe, vt in ſuas partes pelliceret, ſe id moliri quod Reginæ ſit ſecuritati, & vtriuſque regni ſaluti certiſſimæ.

Norfolcius cuſtodia datur.

Et alii.

Dux, qui occulte & caute literarum commercia (quæ ſubmiſſæ in lagenis ceruiſiariis) cum Epiſcopo Roſſenſi, Leiceſtrio, & Throcmortono habuit, ſub hoc tempus, de hoc cum Scotorum Regina connubio, & clandeſtinis cum Epiſcopo Roſſenſi colloquiis examinatus, pleraque confeſſus, ad arcem Londinenſem, ſub cuſtodia Henrici Neuilli Equitis aurati, mittitur, aſperius reprehenſus, quod venia non impetrata, aula diſceſſerat, & inſimulatus, quaſi rebus nouis ſtuderet. Biduo poſt Epiſcopus Roſſenſis itidem examinatur, & Robertus Ridolfus patritius ille Florentinus, quo Roſſenſis & alii familiariter vtebantur, Franciſco Walſinghamo cuſtodiendus traditur. Penbrochiæ Comes domi ſuæ ſe continere iubetur & priuatæ examinationi ſubiicitur. Eius tamen nobilitati & ſenectuti datur, ne confeſſio in ſcripta redigeretur, cum hoc peteret, eo ꝙ ſcribere neſciret. Proceres aliquot è Regia ſubmouētur, quaſi conſcii, qui ſupplices confeſſi, ſe cum Duce in nuptias conſenſiſſe quas

Mora-

Digitized by Google

Morauius primum propoſuerat; ita tamen, vt Dux, Regina Scotorum,& ipſi rem ad Reginam referendam ſenſerint, priuſquam contraherentur, delicti veniam petierunt: Similiter Northumbriæ & Weſtmorlandiæ Comites huius conſilij participes, ſe Suffexio, Septentrionalis plagæ Præſidi, ſubmiſerunt,& vt pro ipſis apud Reginam intercederet, obſecrarunt. Varij etiam libelli prodierunt contra has nuptias, contra Reginam Scotorum, & ius quo illa Angliam, vt proxima hæres, vendicabat: tanta ingeniorum procacitate, vt Regina ſtatuerit ſeuero edicto prohibere, & Roſſenſi Epiſcopo reſpondere conniuens permiſerit. Qui librum ad Reginæ ſuæ honorem, jus ſuccedendi, & muliebre imperium (nam & hoc impugnabatur) aſſerendum ſtatim oppoſuit, ſub nomine Morgani *Philips*. Arguméta vero pro ſucceſſionis jure ſe ab Antonio Brovvno, Primario in *Communibus placitis Iuſtitiario*, & Carello, juris Anglorum conſultiſſimis clam hauſiſſe, poſtea in Commentariis ingenue agnouit.

M. D. LXIX.

Conſcij culpã deprecãntur.

Libri aduerſarij de his nuptiis.

His diebus venit ab Albano, Chapinus Vitellius Marchio Cetonæ, cum obſoletis Hiſpani literis, ſpecie componendi lites de commercijs, reuera vt obſeruaret ſucceſſum rebellionis jam futuræ, militibusq; præeſſet, quos è Belgic Albanus clam promiſerat; qui etiam ad portus explora dos *La-Mottum* Dunkirkæ præfectum (quod ipſe poſt a teſtatus) nauicularij habitu præmiſerat. Cum autem e- prehenſum eſſet, hunc Marchionem tantum ſubſtit um ab Albano, qui & ipſe vicaria poteſtate ſubſtitutus, oita- tur, an cum eo, tanquam Legato ageretur. Attame vt Hiſpani legatum ſe velle agnoſcere Regina ſignific it. Verũ cum non aliam ille oſtenderet authoritatem, am pecuniam detentam repetendi, illa pacis percupid monuit, vt ampliorem authoritatem ad res compon das compararet. Quam dum expectat, fama, de rebellione in Septentrionali plaga regni proruptura, in rebucit.

Chapinus Vitellius in Angliam venit.

De hac, vt rem altius repetam, Autumno ineunte, pe

Digitized by Google

M.D.LX-IX. tenuis rumor exortus erat, qui primum neglectus, quod ſine capite, mox auctus ex frequentibus Comitum Northumbriæ, Weſtmorlandiæ, & aliorum coitionibus, adeo, vt Suſſexius Præſes eos accerſitos, de rumore iſto ſciſcitaretur. Qui ſe inaudiſſe non diffitebantur, verum conſcios eſſe pernegabant, vitamq; contra quoſcunq; rebelles pro Regina multis magniſque obteſtationibus deuouebant. Hinc domum remiſſi, etiam cum poteſtate in Authores huiuſmodi rumoris inquirendi. Nihilominus adeo rumor ille rurſus inualuit, vt Regina, de tantis viris nihil temere credendum rata, illos per Suſſexium juberet Londinum quamprimum accedere, ad omnem ſuſpicionem dimouēdam. Suſſexius tamen, neſcio quo conſilio, ipſum adire juſſit, tanquā de prouinciæ negotijs cū illis cōſulturus. Illi primū tergiuerſantur, mox plane adire abnuunt. Hinc Regina feſtinato literis peremptorijs, omni excuſatione depoſita, ſtatim corā cōparere jubet, vt vel à rebellione omnino abſterreret, vel in rebellionem protinus proruerent, priuſquam copias contraherent & res matureſceret: Cohortes enim auxiliares, tum à Scotis coniuratis, tum ab Albano, ad *Hertilpolum*, in Dunelmenſi Epiſcopatu, portum, exponendas operiebantur, vt poſtea innotuit.

Quamprimum Northumbrius literas perlegerat, homo facili ingenio, ſibi male conſcius, Romanæ religionis per[illegible]am ſtudioſus, iniuria, quam ille interpretabatur, de diui[illegible] æris vena in ſuo ſolo, ex jure Majeſtatis, ſiue *Prærogatiua* [illegible] *fodinis Regalibus, abiudicata* exacerbatus; & eximia tamen [R]egiæ clementiæ ſpe ſuſtentatus, ancipiti cura fluctuabat, [a]n Reginam adiret, an fuga ſibi conſuleret, an in rebellione[m] prorumperet. Fluctuantem & pauidum vt amici & fam[uli], in rebellionem iam parati, ſenſerunt, intēpeſta nocte [&] improuiſo interpellant, clamitantes Oſvvoldum Vlſtropum, & Vaughanum inimicos adeſſe, cum armata manu, qui captiuū abriperent, Ne ſibi, ne ſuis, ne religioni patrum deeſſet, obteſtantur, Catholicos per

vni-

vniuerſam Angliam, ad Romanam religionem aſſerendã, jam eſſe accinctos aſſeuerant, cãpanas per pagos tumultuario, ordine prępoſtero, ad multitudinẽ concitandã, pulsãt. Ille trepidus è lecto ad pergulam in viuario juxta Topcliffum ſe recipit; & nocte inſequẽte Brãſpethũ, ædes Comitis Weſtmorlandiæ, vbi plures rei nõ ignari jã conuenerant. *M. D. LXIX.*

Rebellium prætextus. Etenim vt multudinem imperitam contraherent, aliis imperarunt, vt armati ſe conjungerent, ad Reginam tutandam, alijs innuerunt, vniuerſos Angliæ Proceres ſecum, ad Romanam religionem reſtaurandam conſpiraſſe, alijs, ſe neceſſario adactos, vt arma ſumerent, ne priſca Angliæ nobilitas à nouis hominibus conculcaretur, & patria exteris in prædam proderetur. Hinc aperte in rebellionẽ proruunt, & publicam regni pacem, jam annos vndecim ſub Elizabetha incõcuſſam, primi turbant, Nicholao Mortono Presbytero ſtrenue impellente, qui à Pontifice R. miſſus, vt denuntiaret, Elizabetham hæreticam eſſe, & inde *omni Dominio & Poteſtate* excidiſſe. Protinuſq; ſcripto propoſito declarant, *Se arma ſumſiſſe non alio conſilio, quã vt maiorum religio reſtitueretur, Conſiliarii praui à Regina ſubmouerentur, Dux, & alii proceres fideles de gradu deiecti, in libertatẽ & gratiam reducerentur; in Reginam autem nihil moliri, cui obſequẽtiſſimos ſubditos ſe eſſe, & ſemper fore deuouent*; literaſq; ad Pontificios circumquaq; per regnum miſſitant, vt vires conjungerent. Tantum autem abfuit, vt ſe conſociarint, vt pleriq; acceptas literas cum latoribus ad Reginam trãſmiſerint, ſuamq; ſinguli ex omnibus regni partibus operam, & opes contra illos, & ipſe etiam Norfolcius, ce:tatim obtulerint. Adeo vt ſummam certe & ſingularem ſubditorum fidem in ipſam perſpexerit, & hoc nomine diuinam benignitatem gratiſſimo animo agnouerit. *In rebellionem prorumpunt.* *Eorum Declaratio.* *Ad Pontificios literæ.*

In libros ſæuitia. Rebelles Dunelmum Epiſcopalem ſedem vicinam primum adeunt, vbi ſacra Biblia & Liturgiæ libros lingua Anglica in Eccleſiis repertos, dilacerant & proculcant. Inde Miſſam vbiq; celebrantes, paruis itineribus ſub ſignis,

in quorum alijs depicta erant quinq; vulnera Chriſti, in alijs Calix Euchariſticus, Richardo Nortono ſene nobili & venerabili canicie Crucem cum labaro præferente, turmatim vſq; ad *Cliffordmore*, haud procul à Wetherbeia progreſſi. XII. rebellionis die exercitum recenſent; nec plures quam ſexcentos equites, & IV. cIↃ. pedites numerant. Vbi cum certo comperiſſent, Scotorum Reginam (ad quam liberandam arma potiſſimum induerant) à Tutburia Couentriam vrbem munitam eſſe abductam, ſub cuſtodia Comitum Salopiæ, & Huntingdoniæ, Suſſexium, à latere validum in eos conſcripſiſſe exercitum, Georgium *Bovves* à tergo delectum habuiſſe, & *Bernardi Caſtrum* firmaſſe, Baronem Scropum, Cumbriæque Comitem Carleolum communiuiſſe, & manum militarem contrahere; ſigna retulerunt, & eandem fere viam remenſi, ad *Rabiam*, Comitis Weſtmorlandiæ ædes primarias, deuenerunt. Vnde digreſſi, Caſtrum Bernardi arcta obſidione incinxerūt, quod fame vrgente, deditione breui ceperunt, Georgio *Bovves* cum fratre Roberto, & præſidiarijs militibus cum armis ex pacto dimiſſis.

M.D.LXIX.

Ipercilla.

Numerus.

Recedunt.

Bernardi Caſtrum capiunt.

Qua ipſo die, cum jam antea patriæ proditores voce præconis declarati eſſent, Suſſexius in eos cum VII. cIↃ. militum ſigna mouet, Edvvardo Comite Rutlandiæ, Hūdonio, Euero, & Willugbeio Pathamio Baronibus comitatus. Cum ad Aclandiam ventum eſſet, rebelles trepida fuga ad Hexhamam ſe proripuerunt, & protinus per auia palantes, ad Caſtrum *Navvorthum*. Vbi audito, Comitem Warvvici, Clitnonumq; Maris Præfectum cū XII. millib. ex auſtrali Angliæ parte feſtinanter inſequi; duo Comites cū pauculis (cæteris inſcijs) in Scotiam vicinā illico ſe ſubduxerunt. Northumbrius ad *Harclavve* in tuguriolis delituit inter *Graihamos* famoſos prædones, à quibus Morauio poſtea proditus. Weſtmorlandius latebras apud Carrum Fernihurſtium, & Bachluium inuenit, tandemq; in Belgium cum aliis Anglis euaſit, vbi exili ab Hiſpano penſione,

Fugiunt.

vitam

Digitized by Google

vitam ſatis inopem ad ſenectutem traxit. Reliqui diſſipati fuga & latibulis ſaluti conſuluerunt. Ad terrorem ſexaginta ſex pedanei Magiſtratus,& alii Dunelmiæ ſuſpenſi, inter quos Plomtreus Sacerdos fuit notiſſimus. Eboraci ſupplicio affecti erant, Simon Digbeius, I. Fulthropus, Thomas Bishopus, Robertus Penemanus; & Londini poſt aliquot menſes Chriſtophorus & Thomas Nortoni,& nonnulli alij alibi.

M. D. LXIX.

Nonnulli ſupplicio afficiũtur.

Poſtea qui ex rebellibus clariſſimi, læſæ Maieſtatis conuicti & proſcripti fuerunt, nominatim CAROLVS Comes Weſtmorlandiæ, Thomas Comes Northumbriæ, Anna Comitiſſa Northumbriæ, filia Henrici Comitis Wigorniæ, Edwardus Dacræus *de Morton*, Io. Neuillus *de Leuerſege*, Ioannes Swinbornus, Thomas Markenfeldus, Egremondius Ratcliuius Comitis Suſſexiæ frater, Chriſtophorus Neuillus, Richardus Nortonus *de Norton Coniers*, Chriſtophorus Marmeducus, & Thomas è familia Nortonorum, Robertus & Michael Tempeſti, Georgius Staffordus, & quadraginta plus minus alij, natalibus clari. Horumq; conuictio & proſcriptio proximo Parlamento confirmata. Reliquis qui fundos non habuerunt, & è regno non profugerant, noxa erat remiſſa. Ita huius rebellionis flamma breui tempore extincta eſt, Chapino Vitellio, qui conſcius, vt dixi apud Reginam & Proceres palam demirante; tacite vero indignante, tam ſubito & tam facile extinctam fuiſſe, eiuſque in Angliam aduentum irritum cecidiſſe.

Alii proſcribũtur.

Ex obruto huius rebellionis incendio nouus quaſi de cineribus igniculus *Nawvorthi* in Cumbria iuxta * *Vallum Seueri* prorupit, à Leonardo Dacreo, Guilielmi Baronis Dacrei *Gillesland ii*, filio ſecundo-genito accenſus. Hic (cum Baro Dacreus, nepos è fratre natu maiore adoleſcentulus, vt dixi, exſpiraſſet) iniquiſſimo animo tulit, opimum patrimonium neptibus, quas Norfolcius ſocer ſuis filijs deſponderat, ex lege obueniſſe: litem contra neptes intenderat, quæ, cum ex voto non procederet, clam cum rebellib. con-

Noua rebellio.

* *Pictis VVal*

M. D. LXIX.

ſilia ſociauit & Scotorum Reginam cuſtodia eripere fruſtra tentauit, Cum autem illi rebellionis ſigna ſuſtuliſſent, priuſquam putaret, & patriæ hoſtes declarati, dum ille in aula; ad Reginam ſalutandam admiſſus, omnem operam contra rebelles detulit, eoque nomine domum remiſſus. In itinere (vt poſtea deprehenſum eſt) conſilia cum illis per internuntios impt jt, animumq; addidit multa a Legatis exterorũ Principum pollicitus & inter alia, ſe (collectis Reginæ nomine militibus) Baronem Scropum Limitis Occidui Præfectum, Epiſcopumque Carliolenſem è medio ſublaturum. Quod cum efficere non poſſet, fugientes Comites literis commendatitiis ad Scotos perſequutus, Caſtrum *Greiſtochum*, aliaſque Dacreorum ædes occupauit, Caſtrum *Navvorthum*, tanquam ſui iuris, communiuit; contraxitque obtentu ſua defendendi, & rebellibus obſiſtendi, tria millia limitaneorum prædonum, & alios, qui Dacreorum nomini eo tractu longe clariſſimo erant deuotiſſimi.

Contra hos Baro Hunsdonius cum Veteranis præſidiariis Berwici ſigna mouet: Illi munimentis non confiſi, obuiam procedunt, & triquetra acie equitibus circumpoſitis, ad *Geltum* fluuiolum excipiunt. Pugnatum ſane vtrinque acriter, & Leonardus (gibboſus licet) nihil non fecit, quod in duce fortiſſimo requiratur, ſed plurimis ſuorum cæſis, victoriam haudquaquam lætam Hunſdonio reliquit, & in Scotiam proximam ſe recepit.

Pugna fuſi

Vnde breui in Belgium tranſmiſit, & Louanij diem ſupremum inops obiit: Vt pater, qui moriens ei triſtia propter inobedientiam imprecatus erat, non falſus videatur, Hunſdonius caſtra recepta Norfolcii famuliis cuſtodienda commiſit, & Regina multitudini, quam in rebellionem excitarat, criminis gratiam publicato edicto fecit.

Eliz. reformatis in Gallia auxilia ut

Quamuis illa hac rebellione domi implicata, Proteſtantibus tamen Galliæ non defuit, rebus eorum iam prope deploratis. Principes enim eiuſdem profeſſionis ad commu-

nem

Digitized by Google

nem cauſam tutandam hortata, pecuniam, Nauarreæ Reginæ monilibus pignori acceptis, ſuppeditauit, permiſitque Henrico Champernouno (cuius patruelis Gavvinus Comitis Montgomerij filiam in vxorem ceperat) in Galliam turmam centum equitum volonum nobilium ducere, qui vexillo inſcripſit FINEM DET MIHI VIRTVS. Inter quos erant Philippus Butshidius, Franciſcus Barcleius, & VValterus Raleghus, admodum adoleſcens iam primum ſatis monſtratus. Hæc Gallum non latuerunt, qui vt Angliæ opes in Proteſtantium ſubſidium redundantes vel exhauriret, vel ſaltem aliorſum deriuaret, ſtatuit nouum belli incendium contra Angliam in Scotia excitare, ſubleuando Scotos, qui pro Scotorum Regina Dunbritonium arcem tenuerunt. Et ad hoc Sebaſtianum Martiguium bellica laude florẽtem deſtinauit, ſed illo in obſidione *S. Ioannis D'Angeli* ſclopeti ictu extincto, hoc cõſilium ꝓrſus euanuit. M. D. LXIX.

Nec Hibernia hoc tempore rebellionibus vacauit. Edmundus enim & Petrus *Boteleri*, Comitis Ormondiæ fratres, qui vicinos in Momonia iniurioſius tractauerant, legibus parere recuſarunt, deprædationibus, & incendiis bonos ciues infeſtarunt, & cum Iacobo *Fitz Moris* è familia Deſmonia, *Mac-Arti-More*, *Fitz-Edmundo* Seneſchallo Imokelliæ, & alijs qui cum P. P. Romano & Hiſpano, de aſſerenda religione & deturbanda Elizabetha Hiberniæ regno, ſategerant, fœdus inierunt. Vnde perduelles denunciati, & Petrus *Carevv* ſenior, eos varia fortuna velitationib. exercuit. Nihilominus contractis perditorum numeris Kilkenniam obſiderunt, ciueſque vxorem VVarrhami *Sancti Legeri* in manus tradere iuſſerunt, ſed à præſidiariis erumpentibus repulſi, miſere regionem circumquaque deuaſtarunt. Ad hanc ſeditionem inflammandam, venit occulte ab Hiſpano Ioannes Mendoza, & ex Anglia ad extinguendam Comes Ormondiæ, qui perſuaſit fratribus, vt ſe ſubmitterent. Illi tamen in carcerem coniecti, verum ne iudicio ſiſterentur, ꝙ eorum ſcelera efflagitarunt, impetrauit apud Reginam

Rebellio in Hibernia.

Sedatur.

Digitized by Google

M. D. LXIX. Reginam aſſidua Comitis interceſſio, qui ægerrime tulit eiuſmodi maculam per eos nobiliſſimæ familiæ eſſe aſperſam, & ſanguinis etiam neceſſitudo inter eos & Reginam, quæ ſubinde illibatam huius familiæ nobilitatem in ſuam gloriam trahere gaudebat. Rebellionis autem reliquias Prorex per Humfredum Gilbertum acriter perſequutus, breui diſſipauit.

In Vltonia etiam tumultuatum, Turlogho *Leinigh* modo in bellum, modo in pacem pro ſua leuitate, & adminiſtrorum libidine præcipite. Verum eum in officio continuerunt non tam Angli præſidiarij, quam Hebridiani ſubinde ex macris illis Inſulis in eius agros effuſi. Contra quorum in illa parte incurſiones, magna vis pecuniæ ad oram maritimam communiendam ex Anglia ſubinde mittebatur: ſed fruſtra, ex infœlicitate quadam tam Angliæ quam Hiberniæ communi, vbi ad publica opera eiuſmodi homines plerumque ſe ingerunt, & admittuntur, qui publica priuatis ſordide poſtponunt.

Hibernia infœlicitas

ELI-

ELIZABETHA ANGLIÆ, &c. REGINA. *M. D. LXX.*

PARS SECVNDA.

M. D. LXX.

REbellione iam in Anglia extincta, Morauius Scotiæ Prorex ſedulo egit, vt Scotorum Regina ſibi in manus traderetur, eoq; nomine & obſides obtulit, & Northumbrium, Weſtmorlandiumque reſtituere promiſit: effecitque, vt Roſſenſis Epiſcopus, tanquam rebellionis author, in cuſtodiam apud Epiſcopum Londinenſem traderetur. Deinde vt Elizabetham beneficio demereretur, Menſe Ianuario in limitaneas Scotiæ verſus Angliam prouincias cum exercitu ingreſſus, ad Anglos rebelles indagandum, pauculos, illoſq; nullius notæ intercepit; tandemq; Northumbriæ Comitem apud limitaneos prædones latitantem hoſpitis indicio inuenit, ad Lacum Leuinum cuſtodiendum miſit, limitaneoſq; grauiter afflixit. *Morauius Scotam ſibi tradi petit.* *Rebelles Anglos perſequitur.*

Eodem autem menſe, cum iam magnis laboribus perfunctus, *Occiditur.*

Digitized by Google

M. D. L X X.

functus, ſecuro animo videretur, Limnuchi (*Lithquo* vulgus vocat) ex inſidiis globulo plumbeo infra vmbilicum, dum per plateam equitaret, transfoſſus occubuit. Percuſſor erat Hamiltonius, qui in Galliam mox euaſit; & annos aliquot ſuperfuit, ſubinde proteſtatus, ſe priuatam de Morauio vindictam ſumpſiſſe, poſtquam patientia ad iniurias diutius obdureſcere non potuiſſet. Morauius enim hominem, quod à Regina ſteterat, proſcripſerat, & carcere condiderat, patibulum ſubinde minatus, donec prædiolo, quod per vxorem obuenerat, Morauii clienti cederet: Vnde vxor mente capta, & ille in furorem verſus, carcere effracto, cædem admiſit. Nec perſuaderi poſtea poterat in Gallia, cum homo ad facinus promptus videretur, vt in Admirallum Colinium idem auderet, dictitans, ſe iuſti ſui doloris fuiſſe vindicem, cuius pœnituit; alieni vero, nec prece nec pretio vnquam futurum.

Varia de eo indicia.

Multus hinc de Prorege ſublato per Britanniam ſermo, plurimis varia mirantibus; vtique ſomnium matris eius, poſtquam furtiuo congreſſu à Rege Iacobo V. compreſſa, de Leone & Dracone in eius vtero confligentibus. Apud prudentiores, pro partium ſtudiis, ab aliis, ob religionem Rom. è Scotia profligatam, Regem puerulum conſeruatum, iuſtitiam æquabiliter adminiſtratam, & munificentiam in viros doctos, & Buchananum in primis, laudatus; contra ab aliis culpatus, quaſi religionem integumento ſumpſiſſet, vt ex Eccleſiæ ſpoliis ſe ſuoſq; expleret, atq; in ſororem Reginam optime meritam, iniurioſiſſime ingratus, muliebri imbecillitati inhumane inſultaſſet. Et hi ex ſuis ſuſpicionibus & coniecturis, prauoq; multorum Nothorum ingenio augurabantur, quaſi filio minime parciturus eſſet, qui matrem regno exuerat. Ipſa Scotorum Regina indoluit, illum tam repentina & violenta morte præreptum fuiſſe, priuſquam, vt dixit, peccata in Deum, patriam, & Principem ſeria pœnitentia expiaſſet. Angli vero

quot-

Digitized by Google

quotquot Norfolcio ſtuduerunt, vt vafrum ſimulandi & diſſimulandi artificem, quantum auſi, incuſarunt. M. D. L X X.

Nocte quæ Proregis cædem ſubſequuta eſt, Thomas Carrus Fernihurſtius, & Walterus Scotus Buchluius, viri inter limitaneos Scotos fortiſſimi, Scotorum Reginæ deuotiſſimi, quiq; ab illa vſque ad exilium & fortunarum euerſionem ſteterant, vltionem contra Reginam Angliæ ſpirantes, quod Prorex in eius gratiam limitaneos afflixiſſet, in Angliam cum Scotis & quibuſdam Anglis rebellibus irrumpentes, pace violata, finitimum agrum ferro flammaque quaſi ſolitudinem facturi, deuaſtarunt. Vnde in Scotiam illico miſſus Thomas Randolphus, vt Scotiæ Proceres in publico conuentu de iniuria tanta doceret, & ſignificaret, ſi illi (Scotia tunc tumultuante) pacis perturbatores cohibere non poſſent, Reginam ſuo milite illatas iniurias perſequuturam, nec quempiam immerentem damno affecturam. Huic nullum datum reſponſum, eo quod Prorex nondum fuerat deſignatus: Suſſexius tamen, vt iniuria à limitaneis Anglis propulſaretur, & hoſtium inſolentia comprimeretur, iuſſus eſt copias conſcribere, & contra Buchluium & Fernihurſtium mouere; eos autem ſolos bello perſequi, qui nuper cum Anglis rebellibus Angliam prædabundi incurſarant, aut Anglos rebelles contra fœdera fouerant, aut fouebũt. Nec ſiſti poterat, quamuis, qui Scotorum Reginæ ſtudebant, Argathelius & Huntleius, miſſo Trebono, inducias poſtularent, donec res Scoticas Elizabethæ ſignificarent; quam cum ab incœpto diſſuadere non poſſent, primum minas quodammodo iactarunt, & mox ad preces conuerſi, rogarunt, vt quædam ſuperiori biennio in Scotia ſcita, & ſancita, illa arbitra, refrigerentur.

Scotorum & rebellium in Angliam incurſio.

Nihilominus medio Aprili Suſſexius cum Barone Hunſdonio, Drurio Bervvici Mareſcallo, & Anglorum exercitu Scotiam ingreditur, per *Tiuidaliam* vicos, & villas Buchluij & Carrorum incendit, agros depopulatur, *Fernihurſtium*

Angli vlciſcuntur.

Digitized by Google

M. D. LXX.

hurſtium & *Cralingum* propugnacula Thomæ Carri ſubruit. Ex altera parte Henricus Baro Scropus eodem ipſo tempore occiduum Scotiæ limitem intrat, Ionſtoni & aliorum agros qui rebelles Anglos fouerant, per Anandiam late deuaſtat. Viculi trecenti incenſi; propugnacula quinquaginta plus minus hoc tempore ſubuerſa fuerunt.

Pauculis interiectis diebus, Suſſexius iterum Scotiam ingreſſus cum Barone Hunſdonio, Humium Caſtrum, rebellium Anglorum receptaculum, admotis machinis obſidet, & deditione capit, in quo niſi vnus & alter ex rebellibus fuerunt deprehenſi; quibus ſuſpendio ſublatis, Præſidioque impoſito, Drurio imperat, vt *Faſt Caſtle* alterum etiam Baronis Humii munimentum oppugnaret; quod mox etiam deditionem fecit.

Regiis in Scotia auxiliantur.

Cum rebelles Angli in interiores Scotiæ partes iam ſe recepiſſent, & aliis id genus hominibus conſociari, ferrum flammamque limitaneis in Anglia, & Regiis in Scotia minarentur: Suſſexius Drurium reuerſum ſeptimo poſt die in Scotiam remiſit cum mille ducentis peditibus, equitibus quadringentis, qui apud Coldinghamam obſides recepit pro Comitibus Anguſiæ, Mortonij, Marriæ, & Glencarniæ; atq; pro Baronibus Reuueno, & Lindſeio, qui multis precibus Anglos euocarant. Poſtea Suſſexius ipſe, comitatus Georgio Cario, Thoma *Manours* Roberto Conſtabulo, quos ſimul cum Drurio dignitate equeſtri ornauerat, Hieronymo *Bovves*, Guil. *Knolles*, Thoma Brickvvello, Roberto Gamo, Elringtono, Caruillo, & aliis ordinum ductoribus Edenburgum profectus, cum Comitibus illis, & Lenoxio ex Anglia iam recens reuerſo, copias coniunxit, licet ſuſpectior illis, quaſi in Norfolciæ & Scotorum Reginæ partes pronus. Hi per Limnuchum Glaſcuam accedunt, vnde Hamiltonius Dux Caſtri-Heraldi ſe ſubduxerat, inde ad Hamiltonium Caſtrum deflectunt, quod maioribus machinis diuerberatum, breui deditum, & ſemirutum. Hamiltoniorum etiam Villæ magnificæ ignis iniectus, & in eorum

Hamiltonium Caſtrum capiunt.

eorum prædia paſſim per *Cludſdaliam* ſæuitum; vt in reditu, in palatium Hamiltonii ad Limnuchum. *M. D. LXX.*

Iam Scotiæ Proceres, qui à Rege, (ſubmotis Hamiltoniis & reliquis, qui à Regina abdicata, ſteterant) de eligendo nouo Prorege conuenturi, Elizabethæ conſilium exquirunt. Illa in Prorege creando ſe nolle interponere reſpondit, ne Scotorum Reginæ, cuius cauſa nondum iudicata, præiudicium afferre videretur. Illi autem Matthæum Lenoxiæ Comitem regis auum, primum Interregem, & mox Proregem crearunt, Elizabetha non refragante. Illum enim & tenelli nepotis ex natura amantiſſimum; Anglorumque ex beneficiis ſtudioſiſſimum fore cognouit, & ad nutum futurum non dubitauit, cum eius vxorem in poteſtate haberet. *Lenoxius fit Scotiæ Prorex.*

Dum Regiis in Scotia partibus Elizabetha ita aderat, Hiſpanus captiuæ Reginæ non defuit, ſed curante Hamiltonio Dunbarrenſis Eccleſiæ Rectore, è Belgio magnum armorum apparatum, pulueris nitrati copiam, VII. tormẽta maiora, & aliquantum pecuniæ ad Huntleium, Reginæ in Borealibus Scotiæ partibus Præfectum, ſubmiſit. Interim ille, Dux Caſtri-Heraldi, & Argathelius, Locumtenentes Reginæ, communi conſilio; & Reginæ conſenſu, Georgium Baronem Setonum ad Albanum legarunt, qui hæc coram perſequutus eſt. *Se miſſum è regno, pace publica, & Principe optima, infidelium ſubditorum perfidia, orbato. Legationis ſummam in his conſtare, Vt ſuppetiæ ferrentur, ad redimendam Reginam ex miſera in aliena terra captiuitate, & regnum ab aliena oppreſſione. Vt Scoti rebelles à commerciis in Hiſpani ditionibus exercenda prohiberentur, & X. millia aureorum Scotorum Reginæ aſſignata dependerentur. Reginam ad Hiſpani ſinum confugiſſe, cui nihil aliud, quam* Honor, Iuſtitia, & Pietas *(obiecta Principe Catholico digniſſima) animo obuerſantur, Albanum vero interceſſorẽ adhibere, qui totus in hoc excubat, vt ſalutaria illa Catholici Regis cogitata perficiantur. Vtilitatem hinc Hiſpano ſe proponere nullam, hoc enim eſſe tanta Maieſtate* *Hiſpanus fert opem contra Regios.* *Setoni ad Albanum Legatio.*

M. D. LXX. indignum; ſed perpetuam Sereniſſimæ Reginæ, fortiſſimæq; gentis amicitiam, & certum obſequium animis gratiſſimis deferre. Caroli V. patris gloriam, Duce Florentino, & Mahumetano Rege in priſtinam dignitatem reſtitutis, longe lateque inclaruiſſe. At ſi ille reſtituat Reginam Chriſtianam, Chriſtianæ religionis cultricem conſtantiſſimam, Principem abſolutam, maximis orbis Chriſtiani Principibus ſanguine & fœdere coniunctam, duorumq; florentiſſimorum regnorum hæredem certiſſimam, quam glorioſum fuerit, & quam incomparabile pietatis argumentū? Poſſe hinc non ſolum de Gallia, Dania, Lotharingia, Guiſiis, Sanctiſſimo Patre, & vniuerſa Eccleſia Catholica optime mereri; ſed etiam veſtigiis paternis inſiſtendo, Principes iniuſte ſolio turbatos ſubleuando, & reſtituēdo paternam celebritatem æquare, imo longe ſuperare. Vt perniciosum autem hoc abdicandi hæreditarios reges exemplum vindicetur, illius inprimis intereſſe, quandoquidem maximus ſit Europæ Monarcha; eiuſq; ditiones longe diſſitæ eiuſmodi inſolenti arrogantiæ facillimas præbeant occaſiones. Nec aliud præclarius aut fructuoſius Iuſtitiæ exemplar poſſe extare. Eam enim reſtituendo, arctiſſimo amicitiæ & fœderis vinculo deuinciet Reginam Franciæ Dotariam, Scotiæ abſolutam, Angliæ hæredē indubitatam, & nationem Scoticam, cuius inconcuſſa fides in fœdere Gallico obſeruando iam inde à Caroli Magni temporibus vniuerſo orbi eſt teſtatiſſima. Hinc præterea (modo animum ſe dignum gerat) patere viam, ad vlciſcendas acceptas ab Angla iniurias, quæ rebellibus in Belgio fauet, pecuniam intercepit, legatum male tractauit, & ſubditorum bonis manum iniecit. Torpere vltra, donec Scotia ſe Anglæ ſubmiſerit, ignauæ & ſupinæ eſſe ſocordiæ. Fœminam illam tanto imperij incremento, & ſecuritate domeſtica parta, vicinis formidabilem futuram, animumq; maſculū & ſexum imperandi auidum, Hiſpaniam diuturno bello inuoluendi rationes facile excogitaturum. In quo ſi prçuertatur, illam ſua ipſius formidine facile coerceri poſſe, quandoquidem pauci in Scotia captiuæ Reginæ aduerſentur, Nobiles pleriq; & vniuerſi vtriuſq; regni Catholici faueāt, omnes Scotiæ portus in ipſius ſint poteſtate; inq; hoc tā ſacrū bellum Pontificem Romanum Eccleſiaſticis bonis haud parciturū. Nihil igitur

igitur reliquum eſſe, quam vt Rex Catholicus in cauſa tam iuſta, pia, & ſalutari vires ſuas exerat. Ab illo vno vniuerſos Britanniæ Catholicos ſolatium, vel exitium iam expectare. M. D. LXX.

Albanus ſe pronum promptumque, ad hanc cauſam apud Hiſpanum quoquo modo promouendam, reſpondit. Commercia vero Scotorum rebellium (cum ſit contra libertatem Belgicam) interdicere non poſſe, pecuniam autem quamprimum repræſentandam pollicitus. Setonus interim, vt Hiſpanum & Albanum magis demereretur, emẽtito habitu ad confœderatos Belgas profectus, Scotos apud eos merentes verborum lenociniis, conuiuiis, & corruptelis cæteris ad defectionem traxit, & ægre cum ſummo vitæ periculo, tormentis admouendus, ad Albanum euaſit; qui decem millibus militum in ſex menſes ſtipendia fruſtra promiſit, cum rebus in Belgio turbatiſſimis, milites in Scotiam mittere non poſſet. *Albani reſponſum.*

Interea Epiſcopus Roſſenſis (qui res Reginæ Scotorum in Anglia grauiter procurauerat, & Londinenſi Epiſcopo, eo quod rebellioni faces clam ſubiecerat, in cuſtodiam datus) iam liberatus, effecit, vt Gallus per Oratorem, & Montlucium ſedulo cum Elizabetha de Scota liberanda ageret, qui illam arctiori cuſtodia detineri, idque ſub Huntingdoniæ Comite, aduerſario acerrimo & æmulo, (cum non minus ac illa, ius in regnum Angliæ non obſcurè præ ſe ferret) grauiter conquerebantur. Idem etiam, curante Roſſenſe, Hiſpani Legatus, Regis ſui nomine, ſummopere vrget. Reſpondet Regina (poſtquam ſubdolas quorundam machinationes pro Scotorum Regina liberanda memoraſſet, quam rebellionis nuperæ affinem fuiſſe tecte innuit) *Inconſiderata & inprimis periculoſa eſſe imprudentiæ, illam dimittere, quæ adeo aperte malis artibus ad Regnum Angliæ aſpirat, vt neceſſario adacta fuerit arctiori illam cuſtodiæ mandare, è famulis, quos plures attraxerat, nonnullos amouere, & Huntingdoniæ Comitem (in quo ius in Regnum agnouit nullum, cognationem vero cum ipſa aliquam) Salopiæ Comiti, quem cuſto-* *Roſſenſis liberatus.* *Scota libertatẽ quærit.* *Angliæ reſponſum.*

M. D. LXX. *dem conſtituerat, adiungere, qui iampridem de ſuorum fide ſuſpicari cœperat, & plures indies in Scotorum Reginæ fauorem pellectos ſenſerat, Huntingdoniæ tamen Comitem iamdudum ab illa ſubmotũ fuiſſe.* Promittit preterea *Se nihil omiſſuram quod ad rem inter Scotorum Reginam & Scotos componendam faciat, ſimulque proteſtatur, ſe iniurias acceptas non perſequuturam. Veruntamen per Gallum, Hiſpanum, & Scotam ſibi licere ſperat, ſua & ſuorũ tranquillitati & ſecuritati conſulere, quod Natura, Ratio, & Regia ſua exiſtimatio, ſiue Honor ſuo iure exigunt. Si quis eorum magis explicatam periculi amoliendi rationem excogitauerit, ſe libentiſſime audituram & amplexuram.*

Conſultatio de Scota liberanda. Poſthæc crebro agitantur in Aula conſilia, an Scotorum Regina ſit ad ſuos remittenda, an in Anglia detinenda, & quomodo Regni, Reginæ, & Religionis incolumitati optime conſulatur. Inter Hæc Guilielmus Herbertus Penbrochiæ Comes, natus ex Richardo filio Guilielmi Heberti ſenioris Comitis Penbrochiæ, mali ſibi præſagus ex hac vita anno Climacterico demigrauit, tribus liberis, Henrico, Edwardo & Anna relictis, magnifico funere, ſpecioſo monumento in Templo Paulino conditus. Vir eximius, qui quodammodo fortunam ſibi finxit ſuam, magnam apud Henricum VIII. gratiam iniit, cui fuit à cubiculo, opes prudentia adauxit, maxime poſtquã Rex Catharinam Parram, ſororem vxoris eius, in coniugem accepiſſet. Sub Edwardo VI. dum factionibus Aula diſtraheretur, Georgiani Ordinis periſcelidem, Hippocomi Regii dignitatem, titulum Baronis *Herberti de Caerdiff*, honoremq; Comitis Penbrochiæ conſequutus. Sub Maria copiis contra Wiatum, & ad S. Quintini exercitui Anglorum ſummo cum Imperio prefuit, Walliæ Præſes, & Caleti bis Præfectus. Sub Elizabetha Magnus Aulæ Magiſter conſtitutus; cuius gratia aliquantiſper excidit, quod nec mala mente, nec malo animo nuptias Norfolcii cum Scotorum Regina inprimis promouerit, parumque abfuit, quin mortuus proſcriberetur, ex indiciis quibuſdam prolatis & præſumptionibus arreptis.

Comitis Penbrochiæ mors.

Pius

Digitized by Google

Pius V. Pontifex Romanus, qui hactenus inſidias abſtruſas Elizabathæ poſuerat, atque illam non prius admonitam, nec citatam per *Bullam Declaratoriam* anno ſuperiore clam Anathemate innodauerat, & rebellionem concitarat, eandem nunc valuis Palatij Epiſcopi Londinenſis noctu affixam, in hæc verba publicari curauit. *M.D. LXX. Bulla contra Reginam.*

S.D.N. PII PAPÆ V. SENTENTIA DECLARATORIA

CONTRA ELIZABETHAM PRÆtenſam Angliæ Reginam, & ei *adhærentes hæreticos.*

Qua etiam declarantur abſoluti omnes ſubditi à iuramento fidelitatis, & quocunque alio debito.

ET DEINCEPS OBEDIENTES Anathemate illaqueantur.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

Regnans in excelſis, cui data eſt omnis in cœlo, & in terra poteſtas, vnam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam, extra quam nulla eſt ſalus, vni ſoli in terris, videlicet Apoſtolorum Principi Petro, Petrique ſucceſſori Romano Pontifici, in poteſtatis plenitudine tradidit gubernandam. Hunc vnum ſuper omnes gentes, & omnia Regna Principem conſtituit, qui euellat, deſtruat, diſſipet, diſperdat, plantet, & ædificet: vt fidelem populum mutuæ charitatis nexu conſtrictum, in vnitate ſpiritus cõtineat, ſaluumque & incolumem ſuo exhibeat Saluatori. Quo quidem in munere obeundo, nos ad prædicta Eccleſiæ gubernacula Dei benignitate vocati, nullum laborem intermittimus, omni opera cõtendentes, vt ipſa vnitas, & Catholica religio (quam illius author ad probandam ſuorum fidem, & correctionem noſtram,

M. D. LXX.

tantis procellis conflictari permiſit) integrā conſeruetur. Sed impiorum numerus tantum potentiā inualuit, vt nullus iam in orbe locus ſit relictus, quem illi peſſimis doctrinis corrumpere non tentarint: adnitēte inter cæteros Flagitiorum ſerua Elizabetha prætenſa Angliæ Regina, ad quam veluti ad aſylum omnium infeſtiſſimi profugium inuenerunt. Hæc eadem, regno occupato, Supremi Eccleſiæ Capitis locum in omni Anglia, eiuſque præcipuam authoritatem atq; iurisdictionem monſtroſe ſibi vſurpans, regnū ipſum iam tum ad fidem Catholicam, & bonam frugem reductum rurſus in miſerum exitium reuocauit. Vſu namque veræ religionis, quam ab illius deſertore Henrico Octauo olim euerſam, claræ memoriæ Maria Regina legitima, huius ſedis præſidio reparauerat, potenti manu inhibito, ſecutiſq; & amplexis hæreticorum erroribus, regium conſilium ex Anglica nobilitate confectum diremit; illudque obſcuris hominibus hæreticis compleuit, Catholicæ fidei cultores oppreſſit, improbos concionatores, atque impietatum adminiſtros repoſuit. Miſſæ ſacrificium, Preces Ieiunia, Ciborum delectum, Cælibatum, Ritusq; Catholicos aboleuit: Libros manifeſtam hæreſim continentes toto regno proponi, impia myſteria, & inſtituta ad Caluini præſcriptum a ſe ſuſcepta, & obſeruata, etiā à ſubditis ſeruari mandauit: Epiſcopos Eccleſiarum, Rectores, & alios Sacerdotes Catholicos, ſuis Eccleſiis, & beneficiis eiicere, ac de illis, & aliis rebus Eccleſiaſticis in hæreticos diſponere, deq; Eccleſiæ cauſis decernere auſa: Prælatis, Clero, & Populo ne Romanam Eccleſiā agnoſcerent, neue eius præceptis, ſanctionibusq; Canonicis obtemperarent, interdixit: pleroſq; in nefarias leges ſuas venire, & Romani Pontificis auctoritatem atq; obedientiā abiurare, ſeq; ſolam in Temporalibus & Spiritualibus Dominam agnoſcere, iureiurando coegit: pœnas & ſupplicia in eos qui dicto nō eſſent audientes, impoſuit, eaſdemq; ab iis, qui in vnitate fidei & prædicta obedientia perſeuerarunt exegit: Catholicos Antiſtites, & Eccleſiarum rectores in vincula coniecit; vbi multi diuturno languore & triſtitia confecti, extremum vitæ diem miſere finierunt. Quæ omnia cum apud omnes nationes perſpicua & notiora ſint, & grauiſſimo quamplurimorum teſtimonio ita comprobata, vt

vt nullus omnino locus excuſationis, defenſionis, aut tergiuerſationis relinquatur: Nos multiplicantibus aliis atq; aliis ſuper alias impietatibus, & facinoribus, & præterea fidelium perſecutione, religionisq; afflictione, impulſu & opera dictæ Elizabethæ quotidie magis ingraueſcente: quoniam illius animum ita obſirmatum atq; induratum intelligimus, vt nõ modo pias Catholicorum Principum de ſanitate, & conuerſione preces, monitionesq; contempſerit, ſed ne huius quidẽ ſedis ad ipſam hac de cauſa Nuncios in Angliam traiicere permiſerit, ad arma iuſtitiæ contra eam de neceſſitate conuerſi, dolorem lenire non poſſumus, quod adducamur in vnam animaduertere, cuius maiores de Repub. Chriſtiana tantopere meruere. Illius itaq; auctoritate ſuffulti, qui nos in hoc ſupremo iuſtitiæ throno, licet tanto oneri impares, voluit collocare, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine declaramus prædictam Elizabetham hæreticam, & hæreticorum fautricem, eiq; adhærentes in prædictis, anathematis ſententiam incurriſſe, eſſeq; à Chriſti corporis vnitate præciſos: Quinetiam ipſam prætenſo Regni prædicti iure necnon omni & quocunque dominio, dignitate, priuilegioq; priuatam: & item Proceres, ſubditos & populos dicti Regni, ac cæteros omnes, qui illi quomodocunq; iurauerunt, à iuramento huiuſmodi, ac omni prorſus dominij, fidelitatis, & obſequij debito, perpetuo abſolutos, prout nos illos præſentium auctoritate abſoluimus: & priuamus eandem Elizabethã prætenſo jure Regni alijsq; omnibus ſupradictis. Præcipimusque & interdicimus vniuerſis & ſingulis Proceribus, ſubditis, populis, & aliis prædictis, ne illi ejuſue monitis, mandatis & legibus audeant obedire. Qui ſecus egerint, eos ſimili anathematis ſententia innodamus. Quia vero difficile nimis eſſet, præſentes quocunque illis opus erit perferre, volumus vt earum exempla, Notarij publici manu, & Prælati Eccleſiaſtici, ejuſue curiæ ſigillo obſignata, eandem prorſus fidem in judicio, & extra illud vbiq; gentium faciant, quam ipſæ præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, Quinto Kl. Martij. Põtificatus noſtri anno quinto. M.D. LXX.

CÆ. GLORIERIVS.

M. D. LXX.

Rebellio in Norfolcia incœpta.

Hinc novæ ſuſpitiones increbuerunt aliquid monſtri ali, & illico ſane altera rebellio in Norfolcia eruptura erat, ſed quæ in primo ortu intercepta. Nobiles quidam Norfolciani Ducem liberaturi (in quem ſingularis erat omnium amor) conſilia agitarunt, vt cum populus ad nundinas Harlſtoniæ conflueret, clangente tuba multitudinem cogerent, quæſito colore expellendi ex Anglia Belgas, qui magno numero propter Albani Tyrannidem in illam oram ſe receperant. Ex his aliquot in judicium tracti, & læſæ Majeſtatis damnati, de tribus tantum (quæ erat Elizabethæ clementia) ſupplicium ſumptum. Notiſſimus erat Joannes Throcmorronus qui pro tribunali mutus ſubſtitit, ad patibulum autem, reliquos excuſaturus, ſe primarium authorem & ſuaſorem agnouit.

Feltonus ſupplicio affectus.

Joannes Feltonus, qui Bullam Pontificiam valuis Palatij Londinenſis Epiſcopi affixerat, jam deprehenſus, cum fugere noller, in judicium vocatus, intrepido animo factũ confeſſus, quod tamen crimen fuiſſe agnoſcere noluit, ſuſpendio juxta locum quo affixerat, perijt, inanem glorioſi Martyrij vmbram conſectatus. Cæterum hanc Bullam

Bulla à Pontificiis improbata.

Pontificij plerię; modeſtiores tacite improbabant, quod nulla ex jure admonitio præceſſerit, & præuidentes molẽ malorum inde ſibi impendere, qui prius priuatim ſua ſacra intra parietes ſatis ſecure coluerunt, vel recepta in Eccleſia Anglicana ſacra, ſine conſcientiæ ſcrupulo adire non recuſarant. Multique illorum in debita deinceps obedi-

Et à plerię; ſpreta.

entia firmi permanſerũt, cum vicinos Principes & Catholicas Prouincias aſſuetis cum Regina commercijs minime abſtinere, & Bullam tanquam vanum verborum fragorem contemni viderent.

Dux ex Arce liberatur.

Quo die Feltonus in judicium vocatus, eodem Dux Norfolcius (qui per imprudentiam ſe lapſum confeſſus, pœnitentiamque tantam præ ſe tulerat, vt non ſolum animus à nuptiis, ſed aures à commemoratione abhorrerent; fidemque ſcripto obligarat, de matrimonio cum Regina Scoto-

Scotorum,in conſulta Elizabetha, nihil iam inde ſibi futurum)ex Arce Londinenſi in qua peſtis ſæuire cœpit,ad ſuas ædes magna cum omnium lætitia emittitur, vbi ſub libera Henrici Neuilli cuſtodia ageret. Nec ſane ex lege Maieſtatis læſæ anno XXV. Edwardi Tertii in illum agi poterat, vt monuit Cecilius,qui Ducis ſtudioſus ſategit,vt ille aliquam aliam matrimonio ſibi coniungeret, quo minus ab eo iam inde timeretur,& publicæ tranquillitati conſuleretur.Non deerant tamen, qui illum compoſito iam liberatum exiſtimarunt, vt in maius diſcrimen impelleretur. Plura certe quam ille ſuſpicabatur. poſtea indies diluxerunt, & fides eorum,qui illi ab intimis conſiliis,ſpe,aut corruptelis erat labefactata. M. D. LXX. *Cecilius ad nuptias ſuadet.*

Tempora iam erant ſuſpitionibus, & coniurationibus pleniſſima. Conſpirarunt enim ad Scotorum Reginam è cuſtodia liberandam, Thomas & Edwardus Stanlæi, filii iuniores Comitis Derbiæ ex filia Thomæ Ducis Norfolciæ. Thomas Gerardus,Rolſtonus, Hallus, & alii in Comitatu Derbienſi.Sed Rolſtoni filius,qui ex cohorte erat nobilium ſtipatorum,conſpirationem aperuit;& illi in carcerem coniecti præter Hallum, qui in Manniam Inſulam euaſit, & inde Epiſcopi Roſſenſis commendatione tranſmiſſus ad Dúbritonium,vbi,caſtro poſtea expugnato,deprehenſus,Londini tandem extremo ſupplicio affectus, Ipſeq; etiam Roſſenſis Epiſcopus nuper cuſtodia emiſſus,iterum Londinenſi Epiſcopo in cuſtodiam traditur, quod clandeſtina colloquia cum Southamptonio, Romanæ religioni deuotiſſimo conſeruiſſet. *Multi incarcerati.*

Suſſexius interea comitatus Barone Scropo,& expeditis cohortibus Scotiam iterum ingreſſus, Viculos per vallem Annandiam incendit, Annandiam Heiriſii & *Caer-Laueroc* Maxwellii caſtra, qui in Angliam prædatorias fecerant incurſiones,ſubuertit; eoſque qui pro Scotorum Regina ſteterant,eo adegit,vt Dux Caſtri-Heraldi, Huntleius, & Argathelius Syngrapham ſuis ſubſcriptionibus, & Sigillis firmatam *Expeditio in Scotiam.*

Digitized by Google

M. D. LXX. matam ad eum miſerint, qua ſe & à bello abſtinere, & Anglos rebelles deſerere obligarunt. Suſſexius iam reuerſus Edvvardum *Haſtingum*, Franciſcum Ruſſellum, Valentinum Brovvnum, Guil. Hiltonum, Robertum Stapletonū, Henricum Curvvenum, & Simonem Muſgrauium, equeſtri ordine ob fortitudinem decorauit, & ipſe poſtea, ob ſpectatam prudentiam & virtutem, in ſanctius Reginæ conſilium admiſſus.

Suſſexius in Sanctius conſilium adſcitus.

ELIZABETHA (animo varijs ſuſpitionibus, ex illa Bulla, & Norfolcienſi coniuratione ſuſpenſo) Cecilium, & Walterum Mildmaium ad Scotorum Reginam, quæ Chatreſvvorthi in agro Derbienſi tunc agebat, miſit (qui eo difficili itinere, aquis vbique ſupra modum intumeſcentib. menſe Octobri peruenerunt) vt cum ea conſultarent, qua ratione commodiſſime diſſidium in Scotia componeretur, ipſa in priſtinum ſtatum reſtitueretur, & Elizabethæ ſecuritati, atque filioli incolumitati conſuleretur. Illa nihil niſi conditionem ſuam afflictiſſimam deplorare, de doloſis Morauij artib. conqueri, Norfolcium excuſare, in Elizabethæ benignitate ſpem omnem collocare, penes quam rerum ſummam in Scotia non minus quam in Anglia eſſe acceperat. Propoſuerunt illi, vt ad ſyncerum pacis fœdus inter duo regna firmandum,

Tractatus cum Scota.

Anglorum propoſitiones.

Tractatus Edenburgenſis confirmaretur, illa titulo & iuri in Angliam, dum Elizabetha & ex ea liberi legitime nati ſupereſſent, renunciaret. Cum nullo Principe contra Angliam fœdus renouaret, aut obſeruaret. Exteros milites in Scotiam non admitteret. Cum Anglicis aut Hibernicis nulla, inconſulta Regina, conſiliorum haberet commercia: Profugos Anglos & rebelles redderet. Damna Anglis limitaneis illata reſarciret. In cædem tam Darlii mariti, quam Morauii, ex lege inquireret. Filium in Angliam obſidem traderet. Cum nullo Anglo, niſi Regina Angliæ cōſulta, nec cum quouis alio, Ordinib. Scotiæ inuitis, matrimonium contraheret. Scoti in Hiberniam, niſi impetrata ex Anglia licentia, non tranſmitterent. Ad hæc firmanda, Regina & Delegati conſtituendi

ſyngra-

Digitized by Google

ſyngraphas & ſigilla apponerent. Sed obſides quos Regina Angliæ nominaret in Angliam mitterentur, Si Regina Scotiæ aliquid contra Elizabetham per ſe aut alium moliretur, ipſo facto omni iure, quod in Angliam vendicat, excideret. *Caſtra* Humium & Faſt Caſtell *in tres annos ab Anglis teneretur. Munimentum itidem aliquod in Gallo vidia, vel Cantira Anglis in manus traderetur, ne Scoto-Hiberni inde, Hiberniam infeſtarent. Poſtremo Ordines Scotiæ hæc ſingula Parlamentaria authoritate confirmarent.* M. D. LXX.

Ad hæc illa primum pro ſua prudentia prouide ſane extemplo reſpondit, ſed pleniorem reſponſionem retulit ad Epiſcopum Roſſenſem, ſuum in Anglia legatum, Alexandrum Gordonium, Epiſcopum Gallouidenſem, Comitis Huntlæi patruum & Guilielmum Baronem Leuingſtonium à ſuis in Scotia *Locumtenentibus* delegatos. Qui poſtea ex his articulis alios admiſerunt, alios reiecerunt. Reſponderunt; *Tractatum Edenburgenſem confirmandum, titulum* Elizabetha *ſuperſtite renunciandum, de antiquo illo cum Gallis fœdere conſiderandum, Quod ſi non obſeruarent, Regina dotem amitteret, gens Scotica, è qua centum cataphracti Equites, 124. Sagittarii Satellites aluntur, Mercatores, ſtudioſi, plures qui hæreditates in Gallia adierant, & ſacerdotia tenent, penſionibus & immunitatibus quib. gaudent maximis exuerentur, & eiicerentur; Scotiaq. potentiſſimæ gentis amicitia & ſubſidio nudaretur. Quæ niſi Angli cumulate reſarcirent, nullo modo ſe fœderi Gallico poſſe renunciare, Milites autem exteros nolle admittere, niſi eiuſmodi rebellio pruperit; quæ domeſtico milite comprimi non poterit, Reginã Scotorum nulla cum ſubditis Angliæ conſiliorum commercia in Angliæ damnum habiturã, ſi modo Regina Angliæ viciſſim cũ Scotiæ ſubditis nulla in damnum Scotiæ habuerit. Si qui ſint pfugi Angli & rebelles in Scotia, illos penes Scotos rebelles eſſe, & ab iiſdẽ repetendos. damna illata à delegatis examinanda, in Darlii & Morauii cædẽ ex legib. Scotorum inquirendum. Regem obſidẽ in manus tradere nõ poſſe, cum ille ſit penes illos, q regis nomen rebellioni contra Reginã obtendunt. Nouum & inauditũ eſſe vt liberæ Principi in matrimonio contrahendo, à Principe extero, & ſuis ſubditis* Scotorum reſponſa.

præſcri-

M. D. LXX.

præſcriberetur. Scotos in Hiberniam in damnum Reginæ Angliæ, ſine licentia non tranſmittendos, ſi reciproce Hibernici eadem lege teneantur, ne in Scotiam tranſmittant. Ad ſecuritatem firmandam, conſenſerunt obſides dare, quoſcunq; Regina Angliæ nominaret, præter Ducem Caſtri-Heraldi, Hundleium, Argathelium, & Atholium. Præterea, Scotorum Reginam omni ſucceſſionis iure in Anglia excludendam adſenſerunt, ſi aliquid contra Reginam Angliæ ius moliatur; modo Regina Angliæ pari aliqua pœna viciſſim teneatur, ſi illa quid contra Scotiæ Reginam moliatur. De Caſtro Humio, & Faſt Caſtello *rogant, vt Baroni Humio proprietario Domino reſtituerentur, nec diutius ab Anglis tenerentur. Munimenta in Galloudia, aut Cantira exteris tradere, nihil aliud eſſe quam nouam bello materiam ſuppeditare.*

Conuenire nõ poſſunt. Cum de his conuenire minime poſſent, nec Delegati à Scotiæ Prorege venirent, & interea auxilia ad Scotorum Reginam liberandam à Pontifice Romano, Gallo, & Albano efflagitari ſparſis rumoribus diuulgaretur; Anglique rebelles, Weſtmorlandius, Northumbriæ Comitiſſa, & reliqui è Scotia ſubducerentur (quibus Pontifex Romanus per Epiſcopum Roſſenſem XII. millia aureorum ſuppeditarat) plane nihil ex hoc Tractatu prouenit: niſi quod Elizabetha (quæ tanquam honoraria arbitra ad Clauum totius Britanniæ ſedit) Conuentum Ordinum Scotiæ prorogari, & inducias ſæpius agitari, pro ſua authoritate, iuſſerit. Partium enim Duces Scotiam grauiſſime vbique afflixerunt.

Roſſenſis opem ad Scotam liberandã petit. Articulos huius Tractatus Roſſenſis ad Pontificem, Gallum, & Hiſpanum miſit, innuitque Scotorum Reginam his neceſſario conſenſuram, niſi auxilio & conſilio tempeſtiuè adiuuarent, quę vehementius, ſed fruſtra efflagitauit. Illi.n. alijs curis erant occupatiſſimi, & Hiſpanus totus in nuptiis apparandis cum Anna Auſtriaca, Maximiliani Imperatoris filia, ſua ipſius è ſorore nepte, quæ hoc tempore è Zelandia Hiſpaniam verſus ſoluit. Ad quam per mare Britannicum in Hiſpaniam deducendam, Elizabetha Carolum Howardum, cum bellicoſa claſſe, & ſelectis nobilibus miſit, ſum-

mà

Digitized by Google

ma cum honoris & amoris in Auſtriacam familiam teſtificatione. *M. D. LXX.*

Anno iam regni Elizabethæ duodecimo fœliciter exacto; in quo *aureum*, vt vocarunt, diem creduli Pontificii ſibi ex ariolorum prædictione expectabant, boni omnes per Angliam lætanter triumphabant, & 17. Nouembris anniuerſarium regni inchoati diem, gratiarum actionibus, concionibus per Eccleſias, votis multiplicatis, lætiſona campanarum pulſatione, haſtiludijs, & feſtiua quadam lætitia celebrare cœperunt, & in obſequioſi amoris teſtimonium, dum illa viueret, non deſtiterunt. *Anniuerſarium Regni Elizabethæ celebrari cœptum.*

Inter hæc fatis conceſſit Henricus Cliffordus, ſecundus huius cognominis Cumberlandiæ Comes, filius Henrici, quem Henricus VIII. ad Comitis honorem Anno 1525. euexerat; Sed ex per antiqua & nobili familia; cui plurimum honoris acceſſit è coniugiis cum hæredibus tum *Veſciorum*, tum *Vipontiorum*, ſiue de *Veteri ponte* qui olim hæreditarij Weſtmorlandiæ Vicecomites. Genuit ille è priore vxore Eleonora, filia altera Caroli Brandoni, Ducis Suffolciæ, è Maria Henrici octaui ſorore, Margaretam, magna ſpe, & pompa enuptam Henrico, filio Comitis Derbiæ, vt vnicam familiæ hæredem. Sed hæc ſpes euanuit, cum ille è ſecunda vxore, Anna Dacrea, duos procreaſſet filios, qui in paterno honore inuicem ſucceſſerunt. *Comitis Cumberlandiæ mors.*

Debitum etiam naturæ perſoluit Nicholaus Throcmortonus iam ſæpius dictus, filius quartus Georgij Throcmortoni Equitis Aurati, ex Catharina Nicholai Baronis Vauxij filia. Vir magno rerum vſu, iudicio acerrimo ſolertiaq; ſingulari; qui multa mouendo, ægre ſub Maria, prudentia diſerta vitæ conſuluit, & ſub Elizabetha indefeſſa opera, multis legationibus magna cum laude defunctus, niſi ad exiguas opes, & tenues illas dignitates, licet nomine ſpecioſas, Primarij *Pincerna Angliæ*, & *Camerarii Fiſci Regii*, emergere non poterat, dum Cecilio æmulatorem in Leiceſtrij gratiam ſe obiiceret. In cuius ædibus inter cœnandum, *N. Throcmortoni mors.*

Digitized by Google

M. D. L X X.

dum, dum acetariis affatim veſceretur, vt alij perhibent, Peripneumonia, vt alij, vehementi Catarrho oppreſſus, non ſine ſuſpicione veneni, mortem tempeſtiue ſibi, & ſuis oppetijt, in magno vitæ & fortunarum diſcrimine, ex irriquieto ingenio, poſitus.

Hibernica.

In Hibernia, Connogherus *O Brien*, Tvvomundiæ Comes, cum Edwardum Fittonum Connachtiæ Præfectum ferre non poſſet, qui paulo ſeuerius Prouinciam adminiſtrare, & ſpem expilandi ſubditos Hiberniæ Dynaſtis præcidere cœperat, clandeſtina rebellionis conſilia cum nonnullis inierat; cumq; iamiam eruptura, forte fortuna difflata fuit. *Rebellio orimra occidit.* Pridie enim quā arma eſſent ſumptum, Fittonus, totius rei omnino ignarus, Tvvomundio comiter ſignificauit, ſe die craſtino apud eum, vt hoſpitem, cum aliquot amicis diuerſurum. Ille conſcientia conuictus, metuq; peſſimo in dubiis augure, correptus, conſilia patere ratus, & Præfectum vt hoſtem, non vt hoſpitem aduenturum, illico in Galliam ſoluit, quid de illo factum omnibus demirantibus. Coniurati, in Angliam eum ad rem aperiendam profectū ſubueriti, in obſequio permanſerunt. Quod cum ille certo comperiſſet, ſerio reſipuit, & rem totam Norriſio in Gallia Legato ingenue confeſſus, eoq; deprecatore vſus, eam apud Elizabethā gratiā inuenit, vt ad ſua reſtitueretur.

Stucleius ex Hibernia fugit.

Thomas vero Stucleius Anglus, ganeo, profligator, & oſtentator inſignis, qui rebus acciſis in Hiberniam profugerat, ſpe Seneſchalciæ Wexfordiæ excuſſus, cum indigniſſimas contumelias in Principem bene meritam euomuiſſet, & homo contemptus res mouere non potuiſſet, ex Hibernia in Italiam ad Pium V. pontificem Rom. elapſus, incredibile eſt, in quantam gratiam aſſentatiunculis, apud ſenem perniciem Elizabethæ anhelantem, inſinuxerit, magnifice oſtentando, & pollicitando, ſe cum tribus Italorum millibus Anglos ex Hibernia deturbaturum, & claſſem Anglicam incenſurum. Quæ poſtea ſcelerate ſuſcepit, ſed ſuo exitio, vt dicemus.

M. D.

Digitized by Google

M. D. LXXI.

M. D. LXXI.

PRimo anni menſe, Elizabetha Regia pompa Londinum ingreſſa, Periſtyllium pulcherrimum (*Burſam* vocant) quod Thomas Greshamus, Eques auratus, ciuis Londinenſis, regiuſq; mercator in mercatorum vſum extruxerat, inuiſit, & *Excambium Regium*, voce præconis tubis clangentibus, quaſi dedicando, nominauit. *Roiall Exchange.*

Poſt aliquot etiam dies, illa, quæ in honoribus diſpenſandis admodum parca (totis enim duodecim annis non plures quam quatuor ad Baronis honoré extulerat) Guil. Cecilium à Secretis, trabea Baronica inueſtitum, huiuſmodi formalibus verbis, literis honorariis, Baronis Burghlæi titulo, rite exornauit. *Tam ob diutina ſeruitia tempore Progenitorum noſtrorum Regum Angliæ, quam etiam fidele & gratiſſimum obſequium ſemper ab ipſis regni noſtri primis auſpiciis, non ſolum eximiis, & grauibus conſilij negotiis; ſed præterea omnibus etiam aliis generaliter pro regno expeditionibus multipliciter impendit, indieſq; impendere non deſiſtit: Nec nō ob circumſpectionem, ſtrenuitatem, prudentiam, dexteritatem, vitæ integritatem, prouidentiam, curam, & fidelitatem, de gratia ſpeciali, ac ex certa ſcientia, & mero motu, ad ſtatum, gradum, dignitatem, & honorem Baronis de* Burghley *ereximus, præfecimus, & creauimus, eidemq; nomen, ſtilum, & titulum Baronis de* Burghley *impoſuimus, & dedimus, & præbuimus, &c. Habendum & tenendum, ſibi, & hæredibus ſuis maſculis de corpore ſuo exeuntibus, in perpetuum, &c.* Huius, & aliorum, quos ad Baronum *ſtatum* prouexit libentius memini, & meminero, quod ſit inter ampliſſimos honoris gradus. Parlamentarii enim Angliæ Barones, ſunt *Regni Proceres, Magnates, & Conſiliarij nati*, plurimiſq; gaudent immunitatibus, & priuilegiis, quæ non eſt huius loci commemorare, & alibi nonnulla notaui.

Baro Burghleius creatur.

Barones creandi forma.

Eorum dignitas.

Paulo ante Florentius ille Ridolfus iam dictus, qui mercaturam quindecim annos Londini exercuerat, occulte literas Pontificis Roman. ad Reginam Scotorum ſubmiſit,

M. D. LXXI.

miſit, in quibus omnia ſumma ſtudia, opem, operamq; ad religionem Catholicam, & ipſam promouendam pollicetur, petitq: vt fauor & fides Ridolfo adhibeatur in omnibus; necnõ vt per illum intelligat, qui iam Italiam cogitat, qua ratione Catholicæ religioni, & communibus malis in Britannia mederi poſſit. Ridolfus etiam ſuis ſeorſim literis Reginam rogat, vt illa Ducem Norfolciæ, & amicos hæc edoceret; & iiſdem ipſum commendaret. Illa autem reſponſum diſtulit (licet Gallus, Hiſpanus, & Albanus in eandem ſententiam ſcripſiſſent) donec videret, quo tractatus iam incœptus euaderet.

Pii V. ad Scotam literæ.

Venerant enim de rebus Scoticis nomine Regis Scotorum; Comes Mortonius, Petcarnius Abbas Dunfermilini, & Iacobus Mac-Gillius, qui Elizabethæ iubenti, vt cauſas Reginam abdicandi clarius explicarent, & iuſtas eſſe probarent; Commentarium prolixum exhibuerunt. Quo inſolenti quadam libertate, & verborũ aſperitate populum Scoticum Regibus eſſe ſuperiorem ex veteri regni Scotici iure, exemplis obſoletis & nouis vndiquaq; conquiſitis, imo & ex Caluini authoritate, populares vbiq; Magiſtratus ad libidinem regum moderandam cõſtitutos eſſe, iiſq; licere malos Reges carceribus coercere; & regno exuere probare conati. De ſua autem erga Reginam abdicatam lenitate glorioſe prædicabant, quod filium in ſuum locum ſubrogare, tutoreſq; dare permiſerint. Ex populi miſericordia, non ex ipſius innocentia fuiſſe, quod ſuperſit, & alia multa quæ tumultuantia ingenia contra Regiã Maieſtatem petulanter comminiſcuntur. Hunc non ſine indignatione legit Elizabetha, atq; vt in Regum iniuriam ſcriptum, tacite damnauit. Delegatis vero reſpondit: Se nondum videre iuſtam cauſam ita exagitandi Reginam, velle itaque vt ad diſcordiam in Scotia extinguendam rationes quamprimum inirent.

Scotorum contra Regiam poteſtatem ſcriptum.

Ab Angla damnatum.

Hinc apud ædes Baconi Magni Sigilli Cuſtodis, Epiſcopo Roſſenſi, Epiſcopo Gallouidienſi, & Baroni Leuing-

uingſtonio Delegatis Regina Scotorum proponitur ad ſecuritatem Regno Reginæque Angliæ, & nobilibus Scotiæ à Regis partibus præſtandam, vt priuſquam Regina Scotorum liberaretur, Dux Caſtri Heraldi, Huntleiæ, & Argatheliæ Comites, Humius, Heriſius, & alter è Baronibus, obſides darentur & Caſtra Dunbritonium, & Humium in Anglorum manus ad triennium traderentur. Illi reſponderunt; *Non dubitandum, quin Regina Scotorum, quæ ſe Reginæ Anglorum patrocinio ſponte commiſerat, etiam in omnibus quæ commode fieri poſſent, libentiſſime ſatisfaceret: Tantos vero viros & munimenta tradere, nihil aliud eſſe, quam miſeram Reginam omnium fideliſſimorum amicorum, & tutiſſimorum locorum præſidio orbare, & aduerſariis in prædam exponere.* Obtulerunt autem duos Comites, quorum alter eſſet è tribus iam dictis, & duos Barones in obſides ad biennium. Munimenta autem ex fœdere Anglis non poſſe tradi, niſi alia Gallis itidem tradantur. *Atqui*, inquit Baconus, *vniuerſum Scotiæ Regnum, Princeps, Proceres, & munimenta ad ſecuritatem Reginæ, florentiſſimoque Angliæ regno præſtandam minime ſufficiunt; & ideo Reginam Scotorum non dimittendam ob quamcunque ſecuritatem à Scotis proponendam.*

M. D. LXXI.

Poſtulata Anglorum de Scota liberanda.

Qui Scotorum oblata reiiciunt.

Hinc illi ſtatim collegerunt, palamque dixerunt ſe plane iam tandem intelligere, certum deliberatumque eſſe Anglis, Reginam in Anglia perpetuo detinere, & ſimul tractatum interrumpere, cum eiuſmodi ſecuritatem, quam Scotia præſtare nullo modo poſſet, tam rigide exigerent. Cæteri tamen Angliæ Conſiliarii proteſtati ſunt, ſe Scotorum Reginam liberari percupere, modo ſufficiens præſtetur ſecuritas. Et hoc quidem nomine poſtea egerunt cum Mortonio & collegis de his rebus, & rege in Angliam tradendo, qui plane reſponderunt, ſe nullam habere conſultandi authoritatem, vel de Regina in Scotiam recipienda, vel rege tradendo. Reginæ vero Scotorum delegati, hanc, vt friuolam tergiuerſationem, reiecerunt, vtique *illis ſatis authoritatis eſſe conſultandi de Regina liberanda, qui authores*

Altercatio inter Scotos

O *fuerunt*

M. D. LXXI.

fuerunt Reginam abdicandi. Nec eſſe cur à cæteris coniuratis authoritatem requirerent, quandoquidem Facinus quos inquinat, æquat. *Quod ad Principem, cum iam vix ſit quinquennis, illum authoritatem deferre non poſſe, quod ad Proregem, illum rem omnem Elizabethæ arbitrio permiſiſſe.* Obſecrarunt igitur, vt iſti ad conſultandum adigerentur, vel ſine iſtis, res æquis conditionibus tranſigeretur. Verum Elizabetha cum perſpiceret nihil poſſe confici in ſuam, Regis Reginæque ſecuritatem, niſi vtraque factio conſentiret, æquum putauit vt Ordines Scotiæ iam conuenturi certos homines ſeligerent, qui paci componendæ operam darent. Hinc Roſſenſis & Collegæ palam quiritabantur, nonnullos Angliæ Conſiliarios abuſos eſſe Reginæ Angliæ prudentia, & Reginæ Scotorum patientia; Principes externos dolis deluſiſſe, Scotoſque ſpe damnoſa lactaſſe. Et ipſa ſane Scotorum Regina ſtomachi & querelarum plena, eiuſmodi moras pertæſa, Gallouidiæ Epiſcopum, & Leuingſtonium reuocat. Roſſenſem, quem Regina Angliæ Londino abire iuſſerat, manere Londini ex Legati iure iubet, quod ſuſpicione non caruit. Suis in Scotia præſcribit vt arma capeſſerent, nec vlterius damnoſis induciis aut colloquiis confiderent.

Querela in Angliæ conſiliarios.

Dum enim hæc in Anglia agerentur, illi grauibus damnis fuere affecti, multi ſupplicio ſublati, plures cæſi, Dunbritonium ad * Glottæ ſiue *Cluida* æſtuarium, munitiſſimum Scotiæ propugnaculum captum, & I. Hamiltonius Archiepiſcopus S. Andreæ, Ducis Caſtri-Heraldi frater, vt regicidii conſcius, ne in iudicium quidem more patrio vocatus, ad patibulum ſuſpenſus, ex indicio ſacrifici, qui hoc quondam ex regicidis inter confitendum ſe audiuiſſe affirmarat.

Scotæ partiarii oppreſſi.

* *Dunbritton Frith.*

Archiepiſcopus ſuſpenſus.

Cum iam captiuę Reginæ ſpes eſſet nulla, ſed dolor longe maximus, famulique omnes, præter decem, & Sacerdotem, qui ſacra faceret, eſſent amoti, omniſque ratio expediendæ ſalutis & libertatis, quæ duce natura, honeſtiſſima, præclu-

Digitized by Google

præcluſa videretur, non poterat non recludere, quod diu animo preſſerat. Commentarium igitur prolixum de conſiliis ſuis quem iam ante ſcripſerat, & quaſdam amatorias literas ad Ducem Norfolciæ, priuato inter ipſos charactere, latenter mittit, aliaſque literas ad Pontificem & Hiſpanum deferendas per Ridolfum, quem vt ſui ſtudioſiſſimum, maximeque neceſſarium commendat. Higfordius Duci amanuenſis; qui hunc commentarium & literas vſitato charactere deſcripſit, iuſſus igni tradere, ſub ſtorea in Ducis cubiculo occultauit, & compoſito, vt videtur. Ridolfus ille, ſemel cum Duce præſens, ſæpius per Barkerum hæc diſſeruit. *Se obſeruaſſe plures eſſe, tam nobiles, quam plebeios in Anglia, qui rebus nouandis ſtudent, & hos triplici eſſe genere, alios, qui regnante Maria, authoritate & gratia floruerunt, & nunc nullo ſunt numero, alios, qui Pontificiæ religioni addicti, eandem pro arbitrio colere non poſſe indignantur, alios, qui in ſpem nouam proni ſortem ſuam permoleſte ferunt. His ad quoduis audendum nil deeſſe, præter ductorem ex genere illuſtri, pecuniam, & externum auxilium, Ductorem vero genere illuſtriorem & magis idoneum, quam Ducem apud omnes hominum ordines gratioſiſſimum, reperiri poſſe neminem. Par etiam eſſe, vt ille iniurias acceptas vlciſceretur, qui tam diu in carcere, contra ius patrium, fuiſſet detentus, & nunc in contumeliam ad Comitia Parlamentaria non vocatus, in quibus habet locum & ſuffragium, vt Princeps inter Proceres, & Comes Mareſcallus Angliæ.* Vt hæc efficacius perſuaderet, exhibuit catalogum nobilium, qui ſe & fortunas Duci deuouerant, ſi hoc ſuſciperet. Quod ad externum auxilium, aſſeuerauit, *Pontificem velle (modo Catholica religio promoueretur) totius belli expenſas facere, qui depoſuerat centum millia aureorum ſuperiori anno, cum Bulla publicaretur, quorum duodecim millia ipſe Ridolfus inter Anglos profugos diſtribuerat. Promiſit Hiſpanum Anglorum iniuriis irritatum auxiliares copias ſubmiſſurum, Equitum ſcilicet quatuor millia, Peditum ſex millia, qui tranſmitti poſſent ad Harwicum, Eſſexiæ portum (in cuius vicinia Dux habet magnas & multas*

M. D. LXXI.

Scota ad Norfolcium cõmentarius

Ridolfi diſſertatio.

Promiſſa.

Digitized by Google

M. D. LXXI. *clientelas) commodiſsime, & ſine ſuſpicione, ineunte æſtate, cum Dux* Medinæ Cæli *iuſta cum claſſe in Belgium ſit aduenturus.* Denique conclufit, *eiuſmodi temperamentum poſſe adhiberi, vt omnis ſuſpicio regni affectati à Duce amoueatur, & Regina Angliæ ſaluti conſulatur, ſi modo illa religionem Romanam amplecteretur, aut toleraret, & nuptiis Reginæ Scotorum cum Duce aſſenſum præberet.*

Hæc Dux vt veriſimilia audiuit, literis tamen *fidei*, vt vocant, quas Ridolfus diſceſſurus exhibuit, ſubſcribere recuſauit. Nec audire voluit conſilium, quod multis cogitationibus Roſſenſis euigilauerat, & per Barkerum ſuggeſſit: *Rossenſis.* *Vt Dux cum ſelecto nobilium numero, Reginam ex improuiſo interciperet, & Parlamẽtaria Comitia interturbaret. Quod facile fieri poſſe monuit ex temporis opportunitate, cum tot nobiles Duci deuoti hæc alacri animo iam aggreſſuri eſſent, quot alias vno in loco ſine ſuſpicione non iterum conuenirent. Cauſas vero iuſtas ſubeſſe, quod Dux diu contra patrias leges in carcere fuiſſet detentus, nec ad Parlamentum admiſſus, quodque aſperiores leges contra Pontificios fuerint excogitatæ. Nec exempla deeſſe, Caſtrutium enim in Italia, alioſque paſsim magna, ex inopinato aggreſſu, fœliciter effeciſſe, quinque Nobiles in Scotia nuperrime Parlamentum quo Morauius proſcribendus erat, diſturbaſſe, & Reginam in ipſorum poteſtatem redegiſſe, eademque ratione & facilitate (ſi oblata occaſio arripiatur) Elizabetham poſſe intercipi, nuptias cum Regina Scotorum confici, & Pontificiæ religioni in Anglia caueri, ſine magno ſtrepitu, ſine externis auxiliis.*

Aliorum incœpta. Hoc conſilium Dux (qui pro innata bonitate longe à ſcelere abfuit) vt pernicioſum & periculoſum, ex animo auerſabatur. At iiſdem diebus Henricus Percius operam ſuam Roſſenſi detulit, ad Reginam Scotorum è carcere liberandam, modo Grangius, & Carrus Fermihurſtius eã ad Scotiæ limites exciperent, & frater eius, Northumbriæ Comes, è Scotia liberaretur. Sed cum ille ſuſpectior eſſet, ob intimam cum Burgleio familiaritatem, & rem longius differret, hoc conſilium labauit; vt etiam Powelli

Sand-

Digitized by Google

Sandfordiani è Nobilium ſtipatorum cohorte, & Ovveni è clientela Arundelij, qui hoc idem ſuſcepturi erant, niſi Roſſenſis, vt tanto negotio impares, cum minoris eſſent notæ, inhibuiſſet. Cetera quæ occultiſſime in hoc negotio acta, paulisper omittamus, donec dies detexerit. M. D. LXXI.

Dum hæc Londini occulte agitantur, prodigioſus terræmotus in Orientali Comitatus Herefordenſis parte, ad *Kinnaſton* viculum, factus eſt. Duodecimo enim Cal. Martij, veſperi hora ſexta, terra deceſſit, monſq; cum ſubjecta caute (ingenti mugitu primum & ſtridore, vt à vicinis longe exaudiretur) tanquam ſi ex diuturno ſomno conſurrexiſſet, ſe extulit, & in ſuperiorem locum, relicto cubili profundo, aſcendit, ſecum vna deferens arbores infixas, caulas, & ouium greges. Arborum quædã terra obrutæ jacuere, aliæ monti accedendo adjunctæ ita coaluerunt, ac ſi eo loco primum radices egiſſent. Quo loco diſceſſerat, hiatũ quadraginta pedes latum, longum octoginta vlnas reliquit. Ager omnis, viginti jugerum plus minus erat, inter eundum Sacellum obuium euertit. Taxum in cœmeterio ſitam ab Occidente in Orientem tranſtulit. Eadem vi publicas vias cum caulis, ſepibus & arborib. inſitis protruſit. Ex culta paſcuam, ex paſcua rurſus cultam effecit. Terram eminentiorem, cui obuiam occurrit, prouolutam, & vi majori actam, in montem celſiorem, tanquam aggere facto, redegit. Ita cum à Veſpere die Saturni, vſq; ad meridiem die Lunæ obambulaſſet; tanquam ex itinere feſſus, & mole ſua laborans, ſubſtitit. *Terræmotus.*

In Gallia paulo ante magna & regia pompa nuptiæ celebratæ fuere, Maſeriæ ad Moſam fl. inter Carolum IX. Regem Galliarum, & Elizabetham Auſtriacam Maximiliani Imperatoris filiam, quas, vt honorifica gratulatione Elizabetha proſequeretur, ex interno animi affectu erga Imperatorem, quem parentis inſtar obſeruauit, amore erga Gallum vicinum & fœderatum, atq; ſui honoris ergo, Thomam Sackuillum Baronem Buckhurſtium in Galliã

 miſit,

M. D. LXXI. miſit, qui pro principis & ſua dignitate magnifice fuit exceptus. In eius comitatu erat Guido Caulcantius Patricius Florentinus, vir plurimo rerum vſu, quicum Regina mater Regis Galliæ, quæ & ipſa Florentina, in rem ſuam & filiorum prouida, de nuptijs inter Elizabetham filiumq; Henricum, Ducem Andium aperte egit, articulos aliquot per eum ad Elizabetham de iiſdem protinus miſit; & poſtea Rex Galliæ rem pro fratre ſedulo proſequutus eſt, per Maueſeirum aſſiduum eius Oratorem, La-Motham-Fenellonum, Archantum, & Foixium, qui ſeorſim & junctim toto fere anno Elizabetham ſolicitarunt.

Nuptiæ inter Elizabetham & Andium propoſita.

Spes ex his concepta.

Has nuptias non nihil promouit ſpes concepta, religionem Romanam nō tam altas radices in Ducis mente egiſſe, tum quia adhuc juuenis, tum quia ſub Carualetto, à Proteſtantium religione non alieno, fuerit educatus; eumque ad Proteſtantium profeſſionē paulatim allectari poſſe. Quod ſi fieret, vtilitates magnas, & multas ex his nuptiis, bono reformatæ religionis, conſecuturas augurabantur; juuenem vtiq; militari ingenio, conjunctis Germanorum & Anglorum viribus, Pontificiorum debellatorē futurum, pacem æternam inter Angliam & Galliam fundaturum, Scotæ, Hiſpani, Pontificis, & rebellium Hibernicorū conatus infracturum: præterea Coronæ Angliæ opimos Andium, Borboniæ, & Auerniæ Ducatus, & probabiliter majora adjuncturum. Denique nunquam honorificentius connubium, ſi hoc negligatur oblatum iri.

Articuli.

Reſponſum.

Poſt varias diſſertationes Galli tres articulos propoſuerunt, De Ducis Coronatione, de conjuncta regni adminiſtratione, & de toleranda eius religione. Reſponſum his tandem, *Reginam ſine aſſenſu Ordinum regni non poſſe concedere, vt poſt nuptias coronaretur, verum ratione matrimonij vt* matrimoniali (*quam vocauit*) Corona *ornaretur ſine præiudicio ſuæ Maieſtatis, aut hæredis, aut ſucceſſoris, ſi regni Ordinibus ita videretur, ſe lubentiſſime aſſenſuram; & nullo modo defuturam, vt marito honor decernatur quam ampliſſimus.* De coniuncta admini-

mini-

M. D. LXXI.

miniſtratione,non iniquum cenſet,vt quem Regis & mariti titulo dignata fuerit, eundem in regnis adminiſtrandis in conſortem & adiutorem etiam aſſumeret. De religione autem tolerãda ob graues quasdam cauſas,nondum poſſe aſſenſum adhibere. Cauſæ illæ, vt ex Elizabethæ literis obſeruaui, huiuſmodi fuere. *Quamuis externus religionis Chriſtianæ cultus diuerſis ritibus inter ejuſdem regni ſubditos tolerari poſſet,tamen diuerſus,imo plane contrarius inter Reginam, populi ſui caput, & maritum,non ſolum periculoſus, ſed etiam omnino abſonus videatur.* Regem Galliarum & Reginam matrem rogat, *vt æqua lance,perpenderent, hinc ſui ipſius diſcrimen,inde Andini honorem. Eius religionem tolerando, leges ſancitas violaret,optimis ciuibus offenſam crearet, peſſimis animum adderet; quæ ſane Andini honori præponderarent.* Galli autem retulerunt, minime conſentaneum eſſe, vt ille ſine religionis cultu viueret, hoc enim irreligioſum plane videretur:nec Elizabetham ꝓ honore velle,vt *Athei* nota Duci inureretur. Elizabetha contra, *Si Dux inſita religionis purioris ſemina plenius rigaret, & plura inſeri pateretur,propediem videret ſibi honori futurum longe maximo.* Eo tandẽ deuentum,ſi modo Dux ſacrorum celebrationi cum Regina adeſſe vellet,neq; recuſaret religionis Proteſtantiũ inſtitutiones audire & ediſcere, ipſa aſſentiret, quod neq; Dux neque domeſtici cogerentur vti ritibus Eccleſiæ Anglicanæ, nec *moleſtarentur* propter vſurpationem aliorum diuinorum rituum, *Verbo DEI* non aperte repugnantium; modo certo loco & priuato fieret, & nulla occaſio Anglis ad leges conſtitutas violandas prẹberetur. Foixius ad illud *Verbo DEI*, hæſit, cui Elizabetha ſatisfaceret, iuſſit pro *Verbo DEI*, reponi, *Eccleſiæ Dei.* Quod cum illi minus placeret & iſubſtitui voluit, *Eccleſia Catholica*, Elizabetha prorſus noluit,& hinc res paulatim deferbuit.

Quo conſilio hæ nuptiæ propoſitæ.

Crediderunt nonnulli hoc non ſerio à Gallo & eius matre incœptum, verum eo conſilio, vt mentio matrimonii cum Principe Proteſtante, ſyncerę ſuæ erga Proteſtantes volũtatis pignus eſſet,& occultum, quẽ ſuſpicabantur,

Digitized by Google

M. D. LXXI.

tractatum matrimonij impediret inter Elizabetham & Regem Nauarræ, quem Gallus ſorori ſuæ maritum expetebat. Nec in Anglia creditum erat, ſerio ab Elizabetha ſuſceptum; verum vt Proteſtantes Galliæ haberent Regem, eiuſq; matrem & fratres æquiores, Scotorum Reginæ ſpes infringeretur, Hiſpani & Hibernicorum per Cardinalem Lotharingũ in Angliam machinationes contunderentur, & fulmina Pontificis, Gallo curante, difflarentur. Scripſit enim eo tempore, ad Walſinghamum in Gallia Legatum, Leiceſtrius (quo non alius in intimos Elizabethæ ſenſus erat perſpicacior) *ſtudium nubendi Reginæ ineſſe, ſed illud quidem ſatis remiſſum; illamque animum ita induxiſſe, magis in vſum eſſe vt nuberet, quam quod velit vltro nubere. Præterea, ſi illud de toleranda religione Andinus in tractatu omitteret, Elizabetham tamen eiuſmodi cautione eum aſtricturam, vt nec deinceps poſtularet.*

Nuptiæ Scoticæ accelerantur.

Non maiorem curam & operam ad has nuptias conficiendas adhibuerunt Galli, quam Angli nonnulli, ad alias accelerandas, inter Scotorum Reginam & Norfolcium, quem prauis conſilijs eo retraxerant, vt contra quam promiſerat, de nuptijs cum illa denuo cogitare cœperit: quod primum his initijs deprehenſum eſt.

Quo caſu hoc deprehenſum.

Ridolfus Florentinus, quem in exteras regiones, ad Reginæ Scotorum negotia obeunda, miſſum diximus, impertierat Carolo Bailifo Belgæ, famulo Reginæ Scotorum, quæcunq; cum Duce Albano egerat; eidemq; literas furtiuis notis ad eam, Legatum Hiſpanicum, Norfolcium, Roſſenſem, & Baronem Lumleium, vno faſciculo compactas, tradiderat; quas Bailifus, etſi Roſſenſis juſſerat vt apud Caleti Præfectum tranſmittendas relinqueret, ipſe ſecum attulit. Verum ſimul ac in portu Dubri ſiue *Douera* appulit, apprehenſus, & incarceratus fuit, literarum vero faſciculus ad Baronẽ Cobhamũ V. portuum Præfectũ miſſ⁹. Quod primus omniũ Roſſenſis reſciuit, adeoq; accurate & callide cum Cobhamo, à Ducis conſilio nõ alieno, egit,

vt

vt faſciculus ille ipſi traderetur, & alter, cum alijs obſoletis literis complicatus, regni Conſiliarijs; & hoc etiam Bailifo ſignificaretur. Ille tamen eculeo admotus, quædam confeſſus eſt, & inter alia, faſciculum literarum ad Roſſenſis manus perueniſſe. Nec hoc Roſſenſem latuit, qui mox caute Cuthbertum amanuenſem amandauit, furtiuas notas, & q̃cunq; officere poſſent, apud amicos ſepoſuit; adeo vt cum Suſſexius, Burghleius, Mildmaius, & Sadleirus ædes diligẽtiſſime rimarentur, nihil inuenerint, nihil interrogationib. ab ipſo exprimere potuerint, qui pertinaciter contendebat rationes à Legato non alteri quam ſuo Principi reddendas eſſe. Perinde tamen Roſſenſis Epiſcopo Elienſi in cuſtodiã traditur, & aliquanto poſt in inſulam Eliam traductus. Thomas etiam Stanleius, Thomas Gerardus, viri Ordinis Equeſtris, & Rolſtonus (de quibus dixi) in arcem Londinenſem coniecti. Et Henricus Hovvardus qui ad Eboracenſem Archiepiſcopatum aſpirauerant, ex ſuſpicione, Archiepiſcopo Cantuarienſi in cuſtodiam datus.

M. D. LXXI.

Roſſenſis in cuſtodiã datus.

Et alii.

Miſerat ijſdem diebus Regina Scotorum certam pecuniæ ſummam ad legatum Gallicum, tranſmittendam ad ſuos in Scotia, ille Barkero & Higfordo tradidit, qui re Duci communicata, tradiderunt Brovvno ciui Salopienſi è Ducis clientela, perferendam per Baniſterum & Lowderum in Scotiam, ad Baronem Heriſium, Brownus, homo ſuſpicax, cum ex pondere deprehendiſſet, nummos aureos pro argenteis ſibi traditos, eam Conſiliarijs cum literis in manus dedit. In hoc prudentiores obſeruarunt, Ducem primum in Maieſtatem peccaſſe, quod Heriſio, & Scotis, denuntiatis hoſtibus, qui Angliæ limites depopulati erant, opem tulerit. Hinc in carcerem ducitur Higfordus, qui ſtatim rem omnem de pecunia vltro confeſſus eſt, ſimulque indicauit, quibus in locis literas, & occultos characteres, necnon Cõmentarium, quem dixi, Reginæ Scotorum, ſub ſtorea & tegulis abſconderat. Illa in iſto Commentario hæc fuſe diſſeruit. *Gallos colloquium cum Scotis inſtitutum approbare, nuptias*

Pecunia in Scotiam miſſa.

Commentarii Scota breuiariũ.

Digitized by Google

M. D. LXXI.

autem Andini cum Elizabetha non alio conſilio proponere, quam vt auxilia ad ipſam reſtituendam promiſſa negarent. Eoſdem nuptiis cum Ioanne Auſtriaco tacite aduerſari, illis cum Norfolcio impenſius fauere, in Hiſpanorum odium. Albanum ita damnare conſilium remittendi Reginam Scotorum in Scotiam, vt coniunctum exiſtimet cum ipſius Regina, & Catholica religionis in Britannia exitio. Eo quod Regina in Scotiam reuerſa, aut obſidionis periculum, aut Martis alea neceſſario cum rebellibus ſit ſubeunda, qui eam in ſuam poteſtatem, Anglorum auxiliis, facile redigant, priuſquam externa copia aduenerint. Cum itaque in Scotia tuta eſſe non poſſit, & nihil ſpei è Gallia, inteſtinis bellis implicata, affulgeat; conſultiſsimum videri, vt ipſa ad Hiſpani opem confugeret, qui nuptias cum Ioanne Auſtriaco obtulerat, quas recuſatura tamen erat, fide data, quod per Norfolcium Pontificia religio in Britannia reſtitueretur. Necnon vt filius quamprimum è Scotia ſubduceretur, & in Hiſpaniam mitteretur. Ita enim ille incolumis conſeruaretur, in religione Romana à teneris imbueretur, & ſimul Scotis qui eius nomen rebellioni pratendunt, omnis pratextus adimeretur. Ad hac obeunda, & auxilia externa procuranda, Ridolfum protinus amandandum; qui ſubmonendus erat, vt ante omnia, Gallos hac celaret.

Cum Conſiliarij hunc Commentarium, literas quas dixi, & alias, à Pontifice Romano miſſas, accepiſſent, & Barkerus interceptus hæc ſingula confeſſus eſſet, Radulphus Sadleirus iuſſus eſt ad Ducis ædes Londini (quæ olim Carthuſianorum fuere) armata manu excubare. Perendie Dux ipſe examinatus (ignarus quid ſui confeſſi erant, & ratus Commentarium illum cum literis conflagraſſe) omnia inficiando reiecit, quæ illi confeſſi erant. Hinc vno & altero die interiecto, ad Arcem Londinenſem (vnde ante annum liberatus erat) à Radulpho Sadleiro, Thoma Smitho, Henrico Neuillo, & D. Wilſono VII die Septembris, magno cum populi mœrore, reducitur. Baniſterus deinde quo iuriſperito Dux vſus erat: Comites etiã Arundeliæ, & Southamptoniæ, Baro Lumleius, Baro Cobhamus, & Thomas frater

Norfolcius in carcerẽ reducitur.

Et alij.

Digitized by Google

frater eius Henricus Percius, Lowderus, Povvellus, Godierus & alij in cuſtodiam traduntur, qui ſinguli ſpe veniæ indicarunt quæcunque norunt. M. D. LXXI.

Vbi primum Conſiliarii horum confeſſiones, Reginæ Scotorum, & Roſſenſis literas cum Commentario coram Duce in medium protulerunt; ille vehementer quidem erat perculſus ſed Commentarium & literas intuens, quas male credulus flammis abſumptas credidit, obſtupuit, & in hæc verba prorupit. *A meis proditus & perditus ſum, dum neſcirem diffidere, quod neruus eſt ſapientia.* Conſiliarios autem ſubmiſſe rogauit, vt deprecatores apud Reginam intercederent, pollicitus, ſe nihil celaturum quod norit, & ſancte proteſtatus, ſe nihil approbaſſe, quod Reginæ eſſet fraudi aut regni detrimento, imo conſilia intercipiendi Reginam, occupandi arcem Londinenſem, & liberandi Reginam Scotorum è cuſtodia. ex animo damnaſſe: nec cogitaſſe quidem de externis copijs in Britanniam accerſendis, niſi ad cohibendos Scotos in Reginam rebellantes. Eodem die, de quinquaginta plus minus articulis examinatus, nihil diſſimulauit. Series deinde totius rei in *Camera Stellata*, frequenti nobilium conuentu, Prætore & Senatoribus vrbis Londini præſentibus, enarratur, & poſtea vniuerſis ciuibus in Prætorio Londinenſi, à Guilielmo Fleetvvoodo, qui vrbi à memoria.

Ille rem agnoſcit.

Cum autem omnibus omnium confeſſionibus, & ipſius etiam Ducis, Epiſcopus Roſſenſis, tanquam rei machinator, argueretur, quid de illo ageretur, qui legatus erat, ſerio deliberatur. Ille enim dum (quod id genus hominum aſſolet) ſibi licere res Principis ſui quouis modo promouere, & ex ſacro & inuiolabili Legatorum iure, ſe alieno foro non ſubijciendum exiſtimaret, multa iampridem turbulente fecerat, rebellionem accendendo, & cum Comite Southamptonio aliiſq; nocturna conſilia agitando; & nunc demum cum profugis Anglis in Belgio, Duce Albano, Hiſpano, Pontifice Romano, de Anglia inuadenda: Proponitur

De legato conſultatio.

itaque

M. D. LXXI.

De Legato quæſtiones & reſpõſa.

itaque Dauidi Levviſo, Valentino Dalo, Guil. Drurio, Guil. Aubreio, & Henrico Iones, Iuris Cæſarei conſultiſſimis; Primum, *An Legatus, qui rebellionem contra Principem, ad quem legatus, concitat, Legati priuilegijs gaudeat, & non vt hoſtis pœna ſubiaceat?* Reſponderunt, Eiuſmodi Legatum iure gentium, & ciuili Romanorum, omnibus Legati priuilegijs excidiſſe, & pœnæ ſubijciendum. Secundo, *An Miniſter, aut Procurator Principis, qui publica authoritate abdicatus, & in cuius locum alter eſt inauguratus, Legati priuilegiis gaudeat?* Reſponderunt; Si eiuſmodi Princeps legitime fuerit abdicatus, eius Procuratorem Legati priuilegia non poſſe vendicare, quandoquidem nullus, niſi abſoluti Principes, & qui Maieſtatis iura habent, Legatos conſtituant. Tertio, *An Princeps qui in alterius regnum venerit, & ſub cuſtodia habetur, ſuum Procuratorem habeat, & an ille Legatus habeatur?* Reſponderunt, Si eiuſmodi Princeps Principatu non exciderit, Procuratorem habeat: Verum an Procurator ille Legatus reputetur, hoc ex authoritate Delegationis dependere. Quarto, *An ſi Princeps eiuſmodi Procuratori, & Principi ſub cuſtodia denunciet, Procuratorem iſtum non amplius iam inde pro Legato habendum fore, an Procurator iſte Legati priuilegia ex iure vindicet.* Reſponderunt, Principem poſſe prohibere Legatum, ne Regnum intret, & iubere vt regno exeat, ſi intra terminos Legato præſcriptos ſe non contineat; interim tamen ille Legati priuilegijs pro authoritate delegata fruatur.

Ex his Iuris prudentum reſponſis, Roſſenſi ex Elienſi inſula reuocato, & acriter reprehenſo, denunciatur à Conſiliariis, illum non amplius pro Legato agnoſcendum, ſed vt pernitioſe meritum, male mulctandum. Ille reſpondit, *Se Legatum eſſe Regina abſoluta, & iniuſte abdicata, Principis ſua libertati, & vtriuſq; regni ſaluti ſtudioſe, pro officij ratione, inuigilaſſe, in Angliam ex fide publica (quam exhibuerat) cum ampliſſima Legati authoritate adueniſſe, & ſacra Legatorum iura nullo modo eſſe violanda.* Burghleius grauiſſime docet, nec iura Legationis, nec literas fidei publicæ poſſe patrocinari Legatis,

Legati reſponſum.

Digitized by Google

gatis,qui in publicam peccant Maieſtatem, ſed eos pœnalibus actionibus teneri, aliter ſceleſtis Legatis liceret in Principum vitam impune graſſari: Ille contra pertinax contendit,iura Legatorum nunquam *Via iuris, ſed Via facti* (vt eius verbis vtar) violata fuiſſe, & ſalſe monet, vt non aſperius ſecum agatur, quam vel cum Legatis Anglicis, Throcmortono in Gallia, Randolpho & Tamvvortho in Scotia,qui rebelliones excitarant, & aperte fouerant; nec aliud grauius perpeſſi erant, quàm iuſſi, vt intra ſtatos dies diſcederent. Cum teſtimoniis Anglorum eum vrgere cœpiſſent, ne facerent, blande rogauit, quandoquidem conſuetudine receptiſſima, quæ in Legem inualuit, vt ille dixit, *teſtimonium Angli in Scotum; aut Scoti in Anglum non admittendum*.Poſt aliquot altercationes, an hoc locum habeat,niſi inter vtriuſq Regni limitaneos,idq; in cauſis limitaneis; & an Legati Anglici rebelliones excitauerint; Roſſenſis in arcem Londinenſem deducitur,vbi arctiſſime cuſtoditus, breui ad ommnia interrogata reſpondit, ea cautione,vt reſponſa nemini eſſent præiudicio. Excuſauit Reginam Scotorum,quod illa captiua, & ætate optima; non poterat non omnes ſe expediendi rationes quærere; cum Elizabetha omni aditu excluderet, omnē libertatis ſpem præcluderet,& aperte aduerſarios ſubleuaret, Ducem excuſauit; quod nihil egiſſet de nuptijs cum Regina Scotorum, niſi cum conſenſu plurium è regio conſilio, nec potuiſſe eam derelinquere, quamuis chirographo hoc promiſerit; quandoquidem mutua repromiſſio futurarū nuptiarum prius interceſſerit.Deniq; ſe excuſauit, quod cum legatus & miniſter eſſet, non potuerit ſine piaculo ab officio decedere,& Principi ſuæ in rebus afflictis deeſſe.Conſilium autem intercipiendi Elizabetham propoſuiſſe non alia de cauſa; quam tentandi, an Ducis animus ad facinus armatus eſſet. Cæterorum vero crimina ſolerter extenuauit,ſed nullo modo induci poterat, vt nobilium nomina, qui Duci operam in Regina intercipienda deuouerant,

M.D. LXXI

Anglorum teſtimonia declinat.

Ad articulos reſpondet.

enun-

Digitized by Google

M. D. LXXI.

eununtiaret. Confeſſus autem erat, ſe Reginæ Scotorum iuſſu, conſuluiſſe Ducem, Arundelium, Lumleium, & Throcmortonum per famulos intermedios, & Vicecomitem *Montiſ-acuti* per Lumleium, de Caſtris in Scotia, obſidibus, & Scotorum Rege in Anglorum manus tradendis, de titulo renuntiando, & rebellibus Anglis reddendis. Hactenus de his rebus hoc anno, & ſingula ex Ducis confeſſionibus, & ipſius Roſſenſis Commentario autographo ad Scotorum Reginam miſſo.

Lenoxius Prorex occiditur.

Matthæus Comes Lenoxiæ, Scotiæ Prorex, Regis auus hac ipſa tempeſtate Sterlinij Ordinum conuentum, nomine Regis, indixerat, vbi (dum ſecurus agebat) à Proceribus aduerſæ factionis, qui Reginæ nomine Comitia Edenburgi habuerunt, ex improuiſo oppreſſus. Et poſtquam ſe Dauidi Spenſio Wormeſtonio dedidiſſet (qui dum eum ſolicite protegere ſatagebat) vna cum eo à *Bello* & *Cauldero* interemptus, cum XIV. plus minus menſes pro Rege nepote regnũ laborioſe adminiſtraſſet; dum hinc Gallus Reginæ partes, illinc Elizabetha Regis foueret, non ta[illegible]ſui vincerent, quam ne vincerentur, Elizabetha, ſpe quadam, vt Rex tenellus ſibi in manus traderetur, Gallus, vt Dunbritonium, & Edenburgus ipſi dederentur, qui Mercatores Scotos interdictis in Gallia commerciis grauiter afflixit, & plures vt commerciis fruerentur, in Reginæ Scotorum partes ſubinde pertraxit. In Lenoxij locum communibus Regiorum ſuffragiis, Prorex electus erat, Ioannes Areskinus, Comes Marriæ, qui cum non minus turbidis ſuorum conſilijs, quam aduerſariorum inſultibus conflictaretur, vir animo tranquilliſſimo & patriæ amantiſſimus, præ mærore, poſtquam tredecim menſes præfuiſſet, fatis conceſſit.

Comes Marriæ Scotiæ Prorex.

Horum temporum iniquitas, & Ordinum Angliæ, qui conuenerant Weſtmonaſterij, erga Principem & Patriam charitas, Legem extorſit ad ſeditioſorum machinationes præuertendas, qua cautum erat ex veterum Legum authoritate:

Leges in turbulentos.

titate:

ritate: *Si quis Reginæ perniciem aut plagam moliatur, bellum moueat, aut alios ad bellum contra illam excitet: ſi quis affirmet, illam non ex iure regno potiri, ſed regnum alteri iuſtius deberi; aut pronuntiet illam eſſe hæreticam, ſchiſmaticam, aut infidelem; ius regni illa ſuperſtite vſurpet, aut in alio quopiam, ius ad* Coronam *ineſſe aſſerat; aut leges, & Satuta non poſſe definire & aſtringere ius* Coronæ, *& eiuſdem ſucceſſionem, læſæ Maieſtatis reus eſto. Si quis ſuperſtite* Regina, *libro ſcripto vel impreſſo expreſſe affirmet, quempiam eſſe, aut eſſe debere hæredem aut ſucceſſorem Reginæ*, præter naturalem ex ipſius corpore ſobolem, *aut in eam ſententiam libros vel ſchedulas publicet, aut typis imprimat, aut diſtrahat: ille eiuſq; fautores prima vice annum integrum carcere, & altera bonorum parte luant: ſi iterum idem peccent, pœna* Præmunire, i. omnium bonorum amiſſione, & perpetuo carcere, *plectuntor.* M. D. LXXI.

Hoc graue nonnullis viſum, qui, certo deſignato hærede, cenſuerunt regni tranquillitatem conſtabiliendam. Incredibile autem eſt quos iocos improbi verborum aucupes ſibi fecerunt, ex clauſula illa, præter *naturalem ex ipſius corpore ſobolem*, cum Iuriſperiti liberos extra nuptias quæſitos, quos ſola natura non coniugij honeſtas genuit, Naturales dicant, legitimos vero, ex formula iuris Anglici, vocent *liberos ex corpore legitime procreatos*. Adeo vt tunc iuuenis audiuerim dictitantes, verbum illud à Loiceſtrio in legem ingeſtum, eo conſilio, vt aliquem ipſius filium ſpurium pro Reginæ ſobole naturali Anglis tandem aliquando obtruderet.

Sancitum etiam, vt qui per Bullas, aut alia Pontificis Rom. reſcripta aliquem Rom. Eccleſiæ reconciliauerint, & qui reconciliati fuerint, læſæ Maieſtatis pœnam ſubirent. Qui reconciliantes ſuſtentauerint, *Agnos Dei, Grana, Crucifixos*, aut alia à Rom. Pontifice conſecrata in Angliam importauerint, pœnæ *Præmunire*, ſubiacerent. Qui reconciliantes non detexerint, proditionis celatæ (*Miſpriſion of* Treaſon vocant) crimine tenerentur. Præterea *In Pontificios.*

conuictio

M. D. LXXI.

conuictio & proſcriptio rebellium in Septentrionali plagâ confirmatur, & eorum bona & poſſeſſiones intra Epiſcopatum Dunelmenſem, contra Iacobum Pilkintonum Epiſcopum, qui *iura regalia* intra flumina *Teiſam & Tinam* vindicauit, Reginæ & ſucceſſoribus adiudicantur, quandoquidem illa, & Epiſcopum, & Epiſcopatum magnis impenſis à rebellibus liberaſſet, ita tamen, vt hoc iuri Eccleſiæ Dunelmenſis in poſterum non ſit præiudicio. Contra eorum etiam inſolentiam, qui Pontifici Rom. deuoti, ſpreta legum authoritate, & in principem obſequio, ſe in exteras regiones, ſine Reginæ venia, ad res nouandas, magno numero indies ſubduxerunt; cautum eſt pœna amiſſionis bonorum, vt intra ſtatum tempus redirent, & ſe ſubmitterent, fraudulentæque tranſcriptiones quas fecerant, reſcinderentur; Hæc contra pontificios.

In Rebelles.

In Fugitiuos.

Ex altera parte, ſalutaribus etiã legibus coercetur, tum Eccleſiaſticorum quorundam auaritia, qui quaſi ſibi nati, inſigni erga ſucceſſores malitia, Eccleſiæ bona dilapidarunt, & fundos in plurimos annos elocarunt, tum aliorum petulantia, qui Articulis Synodi Londinenſis ad ſchiſmata tollenda, Anno 1562. ſancitis, ſtudio nouandi ſe oppoſuerunt. Propoſitum etiam erat, vt, ſi Scotorum Regina denuo contra leges Angliæ peccaret, in ipſam ageretur ex lege, tanquam in vxorem *Paris regni Angliæ*; verum Regina ſua authoritate interceſſit, quo minus hoc ſanciretur.

In Eccleſiaſticos auaros.

In Puritanos.

In Scotam.

Simul ac Iunio ineunte, regni Ordines dimitterentur, de Ioanne Storio Legum Doctore, Albani exploratore (cuius ſupra memini Anno 1569.) conſultatur. An ille natione Anglus, qui in Brabantia cum Principe extero conſilia, de inuadenda patria contulerat, & rationes inuadendi monſtrauerat; Maieſtatis læſæ teneretur. Affirmarunt Iuris-conſultiſſimi: Vnde in iudicium vocatus, Maieſtatis poſtulandus, quod Preſtallum, hominem Magicis præſtigiis dediti ſſimum, in Principis vitam conſuluiſſet, in eius, Regiſq;

I. Storius damnatus.

Digitized by Google

Legiſque Scotorum perniciem coniuraſſet, eandem diris, M. D. LXXI.
i gratiarum ad menſam actione, quotidie deuouiſſet, & Albani Secretario rationes Angliam inuadendi, Hiberniam in rebellionem concitandi, & Scotos in Angliam ſimul immittendi monſtraſſet. Ille iudicio, & Angliæ legibus ſe ſubmittere recuſauit, iudiceſque nullam in ſe poteſtatem habere affirmauit, eo quod non Reginæ Angliæ, ſed Regi Hiſpaniæ fuerit ſubditus iuratus. Verum ille damnatus, ex formula *Nihil dicit* (quandoquidem nemo patriam in qua natus ſit, exuere, nec ſolum natale, aut Principem pro arbitrio eiurare poſſit) & proditorum ſupplicio affectus.

Controuerſiæ iam aliquot annos inter Luſitanos & Anglos mercatores interceſſerant, dum hi lucroſam pro puro auro mercaturam, in illa ora Africæ, quam *Guineam* vocant, cum Nigritis ab anno M. D. LII. exercerent, & illi qui primi ea littora aperuerant, vi & armis, quantum poterant, prohiberent; adeo vt nonnunquam nauali bello depugnarent, & naues vtrinque detinerent. Sebaſtianus autem Rex Luſitaniæ, qui iam ex ephebis exceſſerat, vt paci conſuleretur, Franciſcum Gerardum in Angliam miſit, qui cum Regina fœdus in hæc fere verba iniit. *Vt perfecta ſet amicitia & liberum vtrinque commercium. Neuter quicquam in alterius præiudicium attentaret, nec hoſtibus, rebellibus, aut proditoribus alterius auxilium præſtaret. Merces, pecuniæ, naues ſub arreſto detentæ, reſtituerentur. Et ad gratificandum Regi Luſitaniæ, Elizabetha Anglis prohiberet, ne quis nauigationem inſtitueret* in maria & terras Conqueſtus Portugalliæ. *Quod aliter fecerint, iſtorum periculum eſto, ſi bonis aut vita à Luſitanis priuentur. Excipiebantur Regna Portugalliæ & Algarbiæ, cum Inſulæ* Azores, Madera, *& littus Barbariæ, in quibus libera permiſſa negociatio.* *Lites inter Anglos & Luſitanos compoſitæ Guinea.*

Supremum vitæ diem hoc anno placide egit Guilielmus Parrus, Marchio Northamptoniæ amœnioribus ſtudiis, Muſicis, amatoriis, & cæteris Aulæ iucunditatibus *Marchionis Northamptoniæ obitus.*

P verſa-

Digitized by Google

D. M. LXXI. verſatiſſimus, qui ab Henrico VIII. primum ad dignitatem Baronis *Parr de Kendalia*, deinde ad nuptias Annæ Bourchieræ, Comitis Eſſexiæ vnicæ hæredis, & ſimul ad Comitis Eſſexiæ titulum, cum Rex eius ſororem duxiſſet; atq; ab Edwardo Sexto, ad Marchionis Northamptoniæ *ſtylum & honorem* prouectus. Sub Maria, quod pro Iana Greia Regina ſubornata arma ſumpſerit, Maieſtatis damnatus, ab eadem tamen mox condonatus, & ad patrimonium, vt poſtea ab Elizabetha ad honores, reſtitutus. Liberos genuit nullos, ſed Henricum Herbertum Penbrochiæ Comitem, ex altera ſorore nepotem reliquit hæredem.

Et Ioannis Iuelli Epiſcopi. Animam etiam cœlo reddidit Ioannes Iuellus, vix quinquagenarius, vir ſingulari ingenio, exquiſita in Theologicis eruditione, & ſumma pietate. Ille honeſto loco in agro Deuonienſi natus, Academiæ Oxonienſis, in Collegio *Corporis Chriſti*, alumnus laudatiſſimus, ſub Maria in Germania exulauit, ab Elizabetha ad Epiſcopum Sarisburienſem promotus, *Apologiam Eccleſiæ Anglicanæ*, Anno M.D.LXII. edidit, Proteſtantiumq; doctrinam contra Thomam Hardingum, qui ab eadem defecerat, vno & altero volumine doctiſſime noſtra lingua aſſeruit, quæ Latine conuerſa extant.

Res Hibernicæ. *Ioannes Perottus.* Hibernia hoc tempore ſatis pacata, Iacobum enim Fitz-*Moris*, qui Kil-Malocum diripuerat, Ioannes Perottus Momoniæ Præſes, ita exagitauit, vt in luſtris iuxta *Ardagh* ſe occultauerit; & tandem, vt ſuo loco dicemus, eo adegit, vt ſupplex veniam expoſceret. Sidneius Prorex in Angliam rediit, & Guil. *Fitz-Williams* qui eius ſororem duxerat, ei ſuffectus. *Guil. Fitz-VVilliams Hiberniæ Prorex.*

M. D. LXXII.

NOui anni principium, nouum & triſte ſpectaculum Londinenſibus, in Prætorio Weſtmonaſterienſi, exhibuit. Pegma enim ligneum per medium Prætorii, à porta ad par-

partem ſuperiorem erectum, & ibi Tribunal, ſedibus
inque circumpoſitis, cuiuſmodi totis octodecim annis
lerant nullum. Ad hoc, die Ianuarii XVI. Thomas Ho-
ardus Dux Norfolciæ, inter Owenum Hoptonum Ar-
Londini Præfectum, & Petrum *Carew*, Equites Aura-
, funeſta ſecuri, acie auerſa, prægeſtata, ducitur. In Tri-
nali ſedit Georgius Talbottus Comes Salopiæ, ſummus
gliæ Seneſchallus ad illum diem conſtitutus, vtrinque
ceres, qui cognitores dati, quos *Pares* dicimus, Reginal-
s Greius Comes Cantii; Thomas Ratcliffus Comes
ſſexiæ, Henricus Haſtingus Comes Huntingdoniæ,
nciſcus Ruſellus Comes Bedfordiæ, Henricus Herber-
Comes Penbrochiæ; Edwardus Seimorus, ſiue à *San-
Mauro* Comes Hertfordiæ; Ambroſius Dudleius Co-
s Warwici, Robertus Dudleius Comes Leiceſtriæ,
alterus D'euereux Vicecomes Herefordiæ, Edwardus
o Clintonus Admirallus, Guil. Baro Howardus Effing-
nius, Camerarius, Guil. Cecilius Baro Burhleius Secre-
ius, Arthurus Baro Greius de *Wilton*, Iacobus Blountus
o *Montioius*; Guil. Baro *Sandes*, Thomas Baro Went-
orthus, Guil. Baro Bourroughus, Lodouicus Baro Mor-
itus, Ioannes Powlettus Baro à Sancto Ioanne de *Ba-*
; Robertus Baro Richus, Rogerus Baro Northus, Edm.
ge Baro Chandos, Oliuarus Baro à Sancto Ioanne de
tnesho, Thomas Sackvillus Baro Buckhurſtius, & Guil.
eſtus Baro *De La Warus*.

M. D. LXXII.

Norfolcius in iudicium vocatus.

Pares in hoc iudicio.

Indicto ſilentio, legitur Diploma, quo Seneſchallo au-
oritas delata, deinde bacillum album à *Garterio* Armo-
n Rege illi in manus traditur, quod ipſe paulo poſt pri-
rio atrienſi porrexit, ille iuxta adſtans toto iudicii tem-
re erectum tenuit. Deinde Comites & Barones nomi-
im cientur; & ad ſuum quiſque nomen reſpondet. Si-
tio iterum indicto, Præfectus Arcis iubetur *Præceptum*
ıni redhibere, & Ducem pro Tribunali ſiſtere. Mox ſi-
ur, latera clauſerunt hinc Præfectus Arcis, illinc Petrus

Formula Iudicii.

P 2 Carew,

M. D. LXXII. Carew, proximus adſtitit ſecuriger, acie à Duce auerſa. Indicto iterum ſilentio, Actuarius ad iudicia Coronæ, Ducem ita affatus eſt, *Thoma Dux Norfolciæ, nuper de* Kenninghale *in Comitatu Norfolciæ, manum attolle.* Cum ille manum ſuſtuliſſet, Actuarius crimina de quibus in iudicium erat vocatus, clara voce legit, Scilicet, Quod anno Reginæ Elizabethæ vndecimo & poſtea, Dux perfide conſilia agitauerit eam de ſolio deturbandi, & è medio tollendi, belloque concitato, & externis copiis inductis, Regnum inuadendi. Quod cum certo cognouerit, Mariam, nuper Scotorum Reginam, diadema Angliæ cum titulo & inſignibus arrogaſſe, cum illa tamen (Regina inconſulta) de nuptiis contrahendis egerit magnamque vim pecuniæ mutuo ipſi dederit contra ac ſub ſuo chirographo promiſerat. Quod cum illi compertū fuerit, Comites Northumbrię & Weſtmorlandiæ, Markenfeldum, & alios, rebellionem contra Reginam excitaſſe, & in Scotiam fugatos, illos pecunia ſubleuarit. Quod anno Regni Reginæ decimo tertio, auxiliares copias à Pio Quinto Pontifice Romano, profeſſo Reginæ hoſte Hiſpano, & Duce Albano, ad Scotam liberandam & Pontificiam religionem in Anglia reſtaurandam per literas petierit. Poſtremo, quod Heriſio Scoto aliiſq; in Scotia Reginæ hoſtibus auxilium tulerit. His perlectis, Actuarius Ducem ſciſcitatur, an horum criminum ſit reus?

Accuſationis capita.

Patronum dari rogat.

Ille obſecrauit, vt, ſi per legem liceret, patronus ſibi ad cauſam defendendam conſtitueretur. Catelinus Primarius Iuſtitiarius reſpondit hoc per legem minime licere. *Sententia Iudicum* (inquit Dux) *vt me ſubmittam par eſt, verum plurimæ ſunt in hac cauſa ambages, nec ante quatuordecim horas me iudicio ſiſtendum intellexi; à libris ſui imparatus, mihi ſine armis pro vita tam dimicandum video. Audiui tamen, Humfredo Staffordo (regnante Henrico Septimo) in cauſa læſæ Maieſtatis patronum aſſignatum fuiſſe.* Dierus *in Communibus Placitis* ſummus Iuſtitiarius, reſpondit, Patronum aſſignatum fuiſſe Staffordo, de iure aſyli, vnde ille vi extractus; de crimine vero læſę

Maie-

Maieſtatis, ſe ſine patrono cauſam egiſſe ſuam. *Mihi igitur*, inquit Dux *pro vita facultatibus, liberis, & quod inſtar omniū, o honeſtate (faceſſat autem Honor) hodie dicendum eſt. Si innonspeream, Deus inultum non dimittet. Hoc tamen vnum pernctari liceat. An enumeratio illa criminum pro vera habenda qualibet in parte, & cui parti mihi ſit reſpondendum?* Catelius inquit, cùm cauſæ veræ ſint, etiam enumeratio illa pro ra habenda eſt. *Edoceri cupio* (inquit Dux) *ſi ſingula illa ſint imina læſæ Maieſtatis. Fando enim accepi, in cauſa Baronis ropi, regnante Henrico Quarto.* Plura loquuturum Actuaus interrupit, clamitans, *Thoma Dux Norfolciæ, reus ne es rum criminum?* Negauit ille. Rogauit iterum Actuarius, *uomodo vis iudicari?* ReſPondit, *Deo, & his* Paribus *cauſam mmendo meam. Horum criminum atrocitas me percellit, Re autem Maieſtatis benignitas reficit, à qua plura expectare n poteram: A te vero, Domine Seneſchalle, contendo, vt ex iure cum agatur, & memoria, quæ ſane fluxa, tam confuſa rerum rietate non obruatur. Quod vos* Pares *& Iudices habeam, bea n me agnoſco, quorum plurium integritati vitam ſane libens enſque committerem. Ego innocentia fretus fuga mihi non ſului. Non poſſum tamen non ingenue fateri, me officium erga ginam deſeruiſſe; at in rebus quibus Maieſtas minime læda. Obteſtor, ne leuiora illa, cùm læſæ Maieſtatis criminibus inmiſceantur.* D. M. LXXII.

Iam Barthamus Regius *ad Legem Seruiens*, Crimina, init, læſæ Maieſtatis quorum poſtulâris, hæc ſunt. Regim regno & vita ſpoliare machinatus es, cum Scota nuas cogitaſti, externas copias in regnum euocaſti, rebelles tentaſti, & Scotis Reginæ hoſtibus opem tuliſti. Dux inponit, *Barhame, noli quæſo obiiciendo nuptias illas, & alia, inter Maieſtatis crimina non ſunt, rem verbis exaſperare.* rthamus ad *Pares* conuerſus, vrget. Qui eam, inquit, vxon vult ducere, quæ regnum vendicat, idem regnum affet. Hoc autem Dux incepit, cum inter cognitores eſſet Eraci, ad Scotæ cauſam audiendam: quo tempore iureiu- *Primus accuſationis articulus.*

M.D. LXXII. tando aſtrictus erat, accuſationes & defenſiones vtrinq; ex æquo perpendere. Dux ait, *Cauſa illa varias habet partes, quæ ſunt extra crimina læſæ Maieſtatis.* Seneſchallus Angliæ juſſit Ducem, ne digreſſiunculis à re propoſita aberraret. Qui, Barhamo clamoſe inſiſtente, agnouit, Scotam regnum Angliæ ſibi vendicaſſe, ſed jamdiu à vendicando abſtinuiſſe. Barhamus contra, illam non deſiiſſe oſtendit, quoniam hactenus juri quod prætendit, non renuntiauerit; grauiterq; Ducem accuſat, quod Scotæ Delegatos, quid reſponderet, edocuerit, & hoc ex Roſſenſis Epiſcopi confeſſione. Dux fatetur, Lidingtonium illi mentionem de nuptijs injeciſſe, ſe tamen recuſaſſe, & nihil edocuiſſe: rogauitque vt Roſſenſis coram in medium produceretur.

Secundus accuſationis articulus. Multa deinde, quæ ante diximus, Barhamus de nuptijs fuſe perſequitur, vt probaret, Ducem regnum affectaſſe, & ſæpius repetita inſtat interrogatione. Quid aliud poterat Dux ſibi proponere, dum, Regina inſcia, ſtatueret Scotam in vxorem ducere, mulierem ſine re, ſine regno (filio in Scotiæ regno jam conſtabilito) quam vt per eam Angliæ regno potiretur, & conſequenter Reginam, & regno, & vita ſpoliaret? *Hæc alte repetita,* inquit Dux, *vt conuincas me Reginæ abdicationem & perniciem cogitaſſe.* Vt propius accedam, inquit Barhamus, non incompertum eſt, te de Arce Londinenſi (quæ certe regni Angliæ Acropolis) occupanda conſilia iniiſſe, vt neceſſarium ſit te Reginæ perniciem tunc molitum eſſe, cum regnum conſortis ſit impatiens. Dux non diffitetur, Hoptonum quendam de Arce occupanda conſilium ſuggeſſiſſe, ſe tamen reieciſſe. Cur itaque, inquit Barhamus, de eadem re Penbrochiæ Comitem conſulueris, qui diſsuaſit? *Arx Londinenſis.*

Pergit Barhamus, & viget, quod cum Regina poſtulauerit Regem Scotiæ infantem, quædam caſtella, & Anglos rebelles è Scotia ſibi in manus tradi, DVX Scotos ſubmonuerit, ne adſentirent. Accuſat etiam, quod molitus ſit Scotorum Reginam è cuſtodia ſubducere, idque poſtquam

religioſe

eligioſe ſub Chirographo promiſiſſet, nihil ſibi cum illa M. D LXXII.
futurum.

Candishus in medium iam producitur teſtis; Ducem obfirmato animo de nuptiis cogitaſſe, ipſumq; interrogaſſe, an, ſi Regina Elizabetha diem obierit, pertraheret patruum in ſuas partes. Hæc Dux omnino negauit, illiuſque teſtimonium, vt hominis indigni & teſtis proletarii, reiecit. Porro demonſtratur, Ducem ſubmiſiſſe famulum ad Northumbriæ & Weſtmorlandiæ Comites, qui moneret, ne rebellionem excitarent, vtique ſumme periculoſum futurum. Prolatæ etiam erant Reginæ Scotorum ad Ducem literæ, quibus illa interceptum Northumbrium indoluit, priuſquam ille arma ad rebellionem induerat. (Hoc enim ad illam rumore perlatum fuerat, an compoſito, non dixerim.)

Ad hæc Dux reſpondit, *His rationibus non poſſe probabiliter confici, ſe in Reginæ perniciem incubuiſſe, & nihil quod hactenus prolatum, alicuius eſſe contra ipſum momenti, præter Roſſenſis Epiſcopi teſtimonium: & hoc quidem, cum ille ſit exterus, ex Bractoni iuris noſtri conſultiſſimi authoritate, neutiquam admittendum. Northumbrium & Weſtmorlandium nunquam eo loco habuiſſe, vt illis vitam committeret. Suam innocentiam adeo tutum ſibi fuiſſe præſidium, vt nunquam fugam meditaretur.*

Exteri teſtimonium non admittendũ.

Gerardus Regius Procurator, Ducem, inquit, meditato de nuptiis cum Scotorum Regina ad Reginæ exitium cogitaſſe, ſatis ſuperque conſtat. De regno inuadendo eum deliberate etiam conſultaſſe, ex literis ad Pontificem Romanum, Hiſpanum, & Albanum liquet. Quæ cum Ridolpho egit, iá notuiſſe ex obſcuris notis Characteriſticis ſub tegulis tecti in Howardianis ædibus occultatis; necnon ex literis (quas cõburi ille iuſſerat) ſub ſtorea in veſtibulo cubiculi repertis, hæc omnia facile probari poſſe ex eorũ examinationibus, qui nec tormentis territi, nec perduellionis conuicti. Ad hæc Dux, *Conſultationum illarum cũ Pontifice & Hiſpano ego nec author, nec fautor fui, imo ſemper improbaui. Qui*

Tertius accuſationis articulus.

Digitized by Google

M. D. LXXII. *culpam commiſerunt, culpam præſtent; nec in me transferant, vt ſe excuſent.*

GERARDVS porro Ducem accuſat, quod cum Ridolfo tractauerit, de decem millibus militum è Flandria ad Harwicum Eſſexiæ portum exponendis, & hoc ex Barkeri examinatione; per Ridolfum etiam literas ad Hiſpanum & Albanum ſcriptas eſſe, quibus etſi Dux non ſubſcripſerit, eum tamen, ex Roſſenſis cōſilio, Barkerum amanuenſem ad Hiſpani Legatum miſiſſe, qui ſuas ipſius literas eſſe, fidem faceret. *Memoria mea*, inquit Dux, *vacillat, nec tam implexam rerum varietatem conſequi poteſt. Vos Iuridici veſtras habetis notulas, mihi ex tempore reſpondendum eſt. Hoc ſane improbabile, me cum Pontifice Romano egiſſe, qui à Pontificia religione ſemper fui auerſus. Malim equis diſcerpi, quam à religione quam profiteor, deſciſcere. Ipſe Harvvici ſitus omnem hanc accuſationem facile diluat. Quis non videt, quam difficile ſit exercitum per illam regionem ducere, quæ tota ſepimentis clauſa, & anguſtiſſimis viis impeditiſſima? Si bellum in Principem cogitaſſem, me ab armis proculdubio inſtruxiſſem: Atqui toto iam decennio non plures quā octo thoraces ferreos cōparaui, nec quicquā omnino pulueris bombardarij. Eiuſmodi literas Barkeri fidei nunquam commiſeram, ſed potius Baniſteri, qui mihi inſtar multorum Barkerorum.*

Norfolcius à Pontificia religione auerſus

Iam in medium prolatæ erant Roſſenſis Epiſcopi literæ à carcere ad Scotorum Reginam interceptæ, è quibus quæ dicta, confirmata. Poſtulauit Dux, vt literas illas videret; ementitas enim eſſe ſubuereri videbatur. Seneſchallus autem Angliæ, Non dubites, inquit, propria Roſſenſis manu literæ ſunt ſcriptæ. Prolata eſt & alia literula ocra exarata, à Duce ad famulum, vt faſciculum literarum in loco certo occultatum, igni traderet & culpam in Roſſenſem conferret, qui Legati priuilegio, legem facile eluderet. Ad hæc ille, *Certior factus vulgo diuulgari, me plures accuſaſſe, literula illa reſpondi; & cum omnia curioſe excuti viderem, faſciculum illum comburi iuſsi, vt periculum à nonnullis depellerem.*

Bromleius, Regius Solicitator ſiue Procurator, ſecundus

dus Ridolfi literas exhibet, in quibus Albanum conſilium approbaſſe ſignificauit, necnon Pontificis Romani literas quarti Nonas Maij ad Ducem datas. VVilbrahamus deinde elegantem, de fide teſtimoniorum EPISCOPI Roſſenſis, & famulorum Ducis, habuit orationem. Ad quam Dux, *Facultatis ſane non eſt mea, orationem tam compoſitam, & perpolitam refellere. Orator tamen ille quantuſcunque eſt*, inquit, *interim omiſit, quanta ſit vis formidinis, quæ firmum animum loco & ſtatu ſæpe dimouet, & Bractonum iterum, contra exterorum teſtium fidem, laudat, & vrget.* Catelinus ſummus Iuſtitiarius reſpondet: In huiuſmodi cauſis exterorum teſtimonia valere, & penes *Pares* eſſe, vt eiuſmodi teſtimonijs fidem adrogent, an derogent.

M. D. LXXII.

Exteri teſtimoniũ.

Iam peruentum erat, vt probaretur, Ducem rebelles fugitos ſuſtentaſſe, quod apparuit ex literis Comitiſsę Northumbriæ, quibus illa Duci gratias egit de pecunia marito & ſibi ſubminiſtrata. Quod poſtremo obiectum de Scotis Reginæ hoſtibus ſubleuatis, probatur ex literis Ducis ad Baniſterum, ex Baniſteri confeſſione, & pecunia Brovvno Salopienſi tradita. Hic Dux Iudices rogauit, *An ſubditi alterius Principis cum Regina confœderati, in loco hoſtium Reginæ ſint habendi.* Catelinus habendos reſpondit, Reginamque Angliæ bellum poſſe gerere cum aliquo Galliæ Duce, & tamen interim cum Galliarum Rege pacem colere.

Tertius accuſationis articulus.

Quartus articulus.

Cum iam adueſperaſceret, Seneſchallus Ducem rogauit, ſi quid amplius haberet quod pro ſe diceret? Reſpondit ille, *In legum æquitate fidem colloco.* Seneſchallus iuſſit, vt Præfectus Arcis Ducem ſeorſim ſubmoueret, & ſilentio indicto, ad *Pares* conuerſus, inquit: *Audiuiſtis, quomodo Thomas Dux Norfolciæ, læſæ Maieſtatis poſtulatus, nec ſe reum agnoſcens, Deo & vobis cauſam ſubmiſit. Veſtrum itaque eſt inter vos conſiderare, an reus ſit peragendus, & ex conſcientia & honore ſententiam ferre.* Simulque iuſſit, vt ſe ſeorſim ſubducerent, & inuicem conſultarent. Breui tẽpore interiecto, ad ſua ſedilia reuertuntur. Tunc Seneſchallus ab infimo exorſus, inquit,

Pares inter ſe conſultant.

M. D. LXXII. quit, Domine *De-La-VVare*, Eſtne Thomas Dux Norfolciæ reus criminum læſæ Maieſtatis, de quibus in iudicium vocatur? Ille aſſurgens, manuque ad pectus appoſita, reſpondit, *Reus*. Itidem & ſinguli ſuo ordine rogati. Tunc Tribunali Dux denuo ſiſtitur, quem Seneſchallus ad hunc modum alloquitur, *Thoma Dux Norfolciæ, tu de diuerſis læſæ Maieſtatis criminibus in iudicium vocatus, Deo & his* Parib. *te ſubmiſiſti, qui ſinguli te reum pronuntiarunt. Ecquid habes cur iudicium non pronuntietur?* Dux reſpondet, *Fiat voluntas Dei, qui inter me & falſos accuſatores iudicabit.*

Silentibus iam omnibus, ſecuris acies aduerſa in illum conuertitur. Mox Barhamus, nomine Reginæ, Seneſchallum, vt iudicium pronunciaret, poſtulat, quod ille in huiuſmodi verba, lachrimis obortis, ex formula pronunciauit, *Quandoquidem tu Thoma Dux* Norfolc*iæ, criminum læſæ Maieſtatis poſtulatus, te reum negaueris, teque* Parium *iudicio, qui reum declararunt, ſubmiſeris, hic conſeſſus iudicat, te hinc in Arcem reducendum, inde crati impoſitum, per mediam vrbem ad furcas trahendum, ibi ſuſpendendum, ſemimortuum deponendum, euiſcerandum, capiteq; abſciſſo, in quatuor partes diſſecandum. De capite, & corporis partibus fiat, quod Reginæ viſum fuerit: Animæ autem tuæ miſereatur Deus.* Dux hoc iudicio audito, animo præſenti, *In me, inquit, vt in proditorem ſententia lata eſt, in Deo & Regina confido, veſtro conſortio excluſus, me cæleſti fruiturum ſpero. Ad mortem ſubeundam me comparabo. Hoc vnum peto, vt Regina liberis & famulis propitiam ſe præbeat, & nomina diſſoluenda curet.* Hæc quæ præſens audiui, exquiſitius explicaui, cum in rebus magnis, & minima memorari poſteritatis interſit.

Sententia funeſta pronuntiatur.

Paucis poſt diebus, Barneius, & Matherus morte affecti ſunt, qui cum Herlo conſcelerato, de Conſiliarijs quibuſdam è medio tollendis, & Duce liberando coniurarunt. Rem autem ſtatim aperuit Herlus, cui Barneius (cum accuſatorem productum videret) arridens, inquit, *Herle me vna horula anteuertiſti. Alias ego tuo loco accuſator, tu meo reus & ſuſpen-*

Barneius & Matherus ſupplicio affecti.

ſuſpendendus hic ſtetiſſes. Hæc coniuratio, & variæ ad incarceratos liberandos, in cauſa fuerunt, vt comitia Parlamentaria haberentur. Ad quæ Regina VValterum *D'euereux* Vicecomitem Hertfordiæ, honore Comitis Eſſexiæ, eo ꝙ à *Bourchieris* Eſſexiæ Comitibus per proauiam genus duxerit; & Edvvardum, Baronem Clintonum, qui opimos reditus in Comitatu Lincolniæ habuit, honore Comitis Lincolniæ ornauit. Ioannem vero Povvlettum de *Baſing* filium Marchionis VVintoniæ, Henricum Comptonum, Henr. Cheneium, & Hen. Norriſium Barones per *Summonitionē* euocauit. Quo tempore Regni Ordines ſanxerunt, eos *Feloniæ obnoxios eſſe, qui aliquod Reginæ munimentum intercipient, diruent, aut comburent. Læſæ autem Maieſtatis reos, qui eadem contra Reginam per vim detinebunt, naues incendent, aut portus obſtruent.* Item, *Si quis machinabitur liberare quemcunque ob læſam Maieſtatem, vel læſæ Maieſtatis ſuſpitionem, expreſſo Reginæ mandato incarceratum, nec dum criminis poſtulatum, bonorum amiſſione, ad vitam, & carcere ad Reginæ libitum luet. Si poſtulatum, capite; ſin damnatum, perduellionis tenebitur.* Harum legum ſeueritas vt tempori neceſſaria, ita Ordinib. viſum, vt non niſi temporaria eſſet, vtique dum Regina ſuperaſſet. Cæterum crebræ huiuſmodi machinationes arreptæ fuerunt, ad Ducis ſupplicium acclerandum, quod tamen menſes plus minus quatuor dilatum. Nec antea Reginæ miſericordiam, inferior in Parlamento conſeſſus, Conſiliarij aulici, & concionatores importuni, propoſita periculorum magnitudine, expugnare poterant,

M. D. LXXII.

Comites creati.

Barones euocati.

Lex ne quis incarceratos liberare machinetur.

Quarto autem Nonas Iunij hora octaua matutina ad tabulatum, in colle iuxta Arcem Londini denuo erectum, Dux deducitur, cumq; conſcendiſſet, & Alexander Novvellus Decanus S. Pauli, qui conſolaturus aderat, circumfuſam multitudinem, vt ſileret, rogaſſet, infit. *Homines hoc in loco extremum ſubire ſupplicium minime nouum eſt, quamuis ex quo Sereniſſima REGINA regnauerit, ego omnium primus, & faxit DEVS, ſim vltimus,* (populus ſucclamauit, *Amen.*) Deinde

Norfolcius Dux obtruncatur.

Morituri verba.

(vt

M. D. LXXII.

(vt compendio dicam, q̃ illum fuſius dicentem audiui) *Agnoſco*, inquit, Pares, *me morte dignum iuſte iudicaſſe, neq; conſilii eſt mei, vt me excuſem. In rebus magni momenti, ingenue fateor, me cum Scotorum Regina egiſſe, Regina mea inconſulta, quod minime oportuit; vnde in carcerem fui coniectus. Verum poſtea emiſſus, cum ſupplex me ſubmiſiſſem, fide data, nihil amplius mihi cum illa futurum. Contra tamen feciſſe fateor, & hoc quidem conſcientiam diſcruciat. Verum ad menſam Dominicam (vt vulgo perhibetur) nec promiſi, nec iuraui. Ridolfum ſemel conueni, nec in Reginæ quidem perniciem. Quamplures enim norunt, mihi cum illo rationes fuiſſe pecuniarias, ex obſignatis tabellis. Illum Angliæ tranquillitati inuidere, & ad ſcelus excogitandum acutiſſimum deprehendi. Binas à Pontifice Romano literas vidi, quibus haudquaquam aſſenſi, neque rebellioni quidem in parte Septentrionali. Pontificius non fui, ex quo aliquem religionis guſtum habui; Sed Pontificiam doctrinam ſemper auerſatus, Veram Ieſu Chriſti religionem amplexatus ſum, atque in Chriſti Redemptoris, & Seruatoris mei ſanguine fidem omnem collocaui. Diffiteri tamen non poſſum, me Pontificiæ religionis addictos inter famulos & familiares habuiſſe. Si in DEVM, Eccleſiam, aut Proteſtantes inde peccauerim, DEVM & ipſos comprecor, vt mihi ignoſcant.* Deinde vno & altero Pſalmo recitato, clariore voce dixit. *In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum.* Mox Henricum Leium amplexus in aures paucula inſuſurrauit, necnon Novvello Decano, qui ad populum conuerſus, Dux vos rogat, inquit, vt vna voce Deum comprecemini, vt illius miſereatur, & ſimul ſileatis, ne animus interpelletur. Carnifici petenti veniam concedit, linteum ad oculos obnubendos porrigenti recuſans dixit; *Mortem minime formido*: flexiſque genibus, mente in DEVM defixus; procubuit, & cum eo Novvellus precib. intentus. Mox in truncum ceruice porrecta, actutū vno ictu caput amputatur, & luctuoſum ſpectaculum ingementi & collachrimanti populo à Carnifice oſtenditur.

De eo Iudicia.

Incredibile eſt quanta charitate multitudo illum complexa

pl̄exa ſit, quam benignitate & comitate ſingulari, nec tanto Principe indigna, conciliauerat. Prudentiores varie affecti fuerunt, alij periculi (quod ab eo ſuperſtite, & eius factione imminere videbatur) magnitudine perterriti, alij miſericordia commoti in virum ſumma nobilitate, ſumma naturæ bonitate, conſpicua membrorum compoſitione, & vultu virili, quem niſi ab incœpto vitæ curſu ſubdolæ æmulorum artes, & ſpes lubricæ ſpecie boni publici propoſita deflexiſſent, patriæ firmamento pariter & ornamento fuiſſet. In memoriam etiam reuocarunt infœlix patris fatum, qui literarum ſtudiis & bellica gloria ornatiſſimus, eodem loco ante annos 25. obtruncatus, leuiculis ex cauſis, vtique de Inſignibus Regis Edwardi *Confeſſoris*, cum ſuis coniunctis, quæ tamen Mowbraios, Norfolciæ Duces, à quibus genus traxit, geſtaſſe ex Regis Richardi Secundi permiſſu, legimus. M. D. LXXII.

Operæ-pretium erit hic paucis attexere, quæ hac de re prodidit Hieronymus Catena, in vita Pij V. Pontificis Romani, author ob fidem Ciuitate Romana donatus, & Cardinali Alexandrino Pij Quinti nepoti à ſecretis, vt videamus, è qua officina prodierit, & à quibus hæc coniuratio fuerit conflata, *Cum*, inquit ille, *Pius V. zelo religionem Romanam in Anglia reſtituendi, ſimulq; Elizabetham è regno ſubmouendi flagraret, nec* Nuntium Apoſtolicum, *aut publicam aliquam perſonam ad hæc conficienda habere poſſet; curauit, vt Robertus Ridolfus, Patritius Florentinus (qui in Anglia ſub ſpecie negotiationis egit) animos hominum in Elizabethæ perniciem excitaret. Quod ille gnauiter fecit, non ſolum apud Catholicos, ſed etiam Proteſtantes nonnullos, qui in hoc conſpirarunt, alij ex priuato odio in eos, qui ad regnum aſpirabant, alij rerum nouarum ſtudio. Dum hæc occulte agerentur, lis interuenit inter Hiſpanum, & Elizabetham, de pecunia intercepta; arreptaq; hinc occaſione, Pontifex Hiſpano perſuaſit vt coniuratis in Anglia opem contra Elizabetham ferret, quo res Belgicas ſecurius proſequeretur, & Religio Romana in Britania reſtauraretur. Idemq; Gallo ſuadet,*

H. Catena de hac re relatio.

Pii V. PP. in Elizabetham machinatio.

Apud Anglos.

Apud Hiſpanum.

M. D. LXXII. ſuadet, quaſi hoc deberet Regina Scotorum cognata, & Scotorum quidem merito, qui Anglorum vires incurſionibus retraxerant, quo minus Proteſtantes Galliæ adiutarent, necnon Procerum coniuratorum in Anglia promerito, qui ſuis artibus obſtiterant, quo minus Regina Angliæ Proteſtantibus Galliæ aperte opitularetur. Quo etiam nomine Gallus illis auxilia, ad liberandam Scotorum Reginam, promiſerat, & illuſerat. Interim Ridolfus effecit, vt coniurati Norfolcium in ſocietatem pertraherent, ipſumq; præficerent cui coniugium cum Scota (illa conſentiente) promiſerunt. Pontifex vt rem promoueret, Bulla publicata, Elizabetham regno abdicauit, & ſubditos omni iuramento & obſequio abſoluit, miſſis exemplaribus impreſſis ad Ridolfum, quæ per Angliam diſpergerentur. Hinc Comites Northumbriæ & VVeſtmorlandiæ arma in Principem induerunt, qui mox, deficiente pecunia, ſe in Scotiam ſubduxerunt, Norfolcius & alij in cuſtodiam dati, inter quos Ridolfus, quem Pontifex iuſſerat 150. Millia aureorum coniuratis ſubminiſtrare, quod in cuſtodia detentus haudquaquam potuerat. Verum cum Regina in coniurationis arcana penetrare non potuiſſet, ille cum cæteris cuſtodia emiſſus, aureos illos coniuratis diſtribuit, qui eum ad Pontificē miſerunt, vt ſignificaret omnia domi parata eſſe, & inſtructa contra Elizabetham, Hiſpanumq; rogaret, vt auxilium è Belgio quamprimum adiungeret. Pontifex inceptum laudat, etſi Dux Albanus minime probaret, vt difficultatis pleniſſimum, cum Ridolfus illi rem in itinere communicaret. Eundem Ridolfum ad Hiſpanum legat, alio quæſito colore, & ad Luſitanum cum documentis, eodemq; tempore Norfolcio per literas ſubſidium promittit. Hiſpanum vrget vt coniuratis opituletur, vtq; vehementius vrgeret, in eorum ſubſidium ſe profecturum, & vniuerſa ſedis Apoſtolicæ bona, Calices, Cruces, & ſacra Veſtimenta oppigneraturum, ſi opus fuerit, pollicetur; difficultatem autem ſubeſſe nullam, ſi Chapinum Vitellium, cum armata manu in Angliam è Belgio ſubmitteret. Quod Hiſpanus alacritate expeditiſſima fieri iuſſit, & ipſe Pontifex in Belgio pecuniam parauit. Albano hæc non placuere, qui tum Vitellio hanc gloriam inuidit, filiumq; præferri voluit, tum quod è Gallia impetum hoſtilem timeret, propoſuitq; conſi-

Apud Gallum.

Apud Luſitanum.

Albanus ſe oppoſuit.

Digitized by Google

conſideranda, an Anglia deuicta Hiſpano cederet, an Gallus non obſiſteret, an Pontifex Rom. ſatis auxilij ad rem tantam ferre poſſet. Nihilominus Hiſpanus expreſſe iuſsit, vt Angliam aggrederetur, ipſo Ridolfo cum pecunia in Belgium remiſſo. Deo tamen permittente, res tota indicio cuiuſdam extra regnum, Elizabethæ diluxit, Norfolcius captus & morte affectus. Quod Pontifex ægre tulit, & Hiſpanus condoluit, qui coram Cardinale Alexandrino Pontificis nepote, dixit, nullam vnquam coniurationem conſultius fuiſſe initam, nec maiore animorum conſenſu & conſtantia occultatam, quæ tanto tempore à nullo coniuratorum patefacta: copiaſque 24. horarum ſpatio facile e Belgio potuiſſe tranſmitti, quæ Reginam, Vrbemque Londinum ex improuiſo opprimerent, religionem reſtituerent, Scotorumque Reginam in ſolio firmarent; maxime cum Thom. Stucleius transfuga Anglus in ſe recepiſſet, eodem tempore cum tribus Hiſpanorum millibus, vniuerſam Hiberniam in Hiſpani fidem redigere, & cum vna & altera naue exploratoria Anglicam claſſem incendere. Hæc Hieronymus ille Catena, quorum nonnulla Anglis ignota, priuſquam ille Anno M. D. LXXXVIII. libro Romæ impreſſo priuilegio Sixti V. diuulgauerit. Nunc ad rem, ſi hæc extra.

M. D. LXXII.

Quibus de cauſis.

Irritus ſucceſſus. Inde Papæ & Hiſpani dolor.

Vix decimus à Ducis ſupplicio agebatur dies, cum ad Reginam Scotorum, in luctu lamentiſq; iacentem, mitterentur Guil. Baro *De La-Warus*, Radulfus Sadleirus, Th. Wilſonus Legum Doctor, & Tho. Bromleius Procurator Regius ſecundus, vt cum ipſa criminoſe expoſtularent, quod titulũ & Inſignia regni Angliæ vſurpaſſet, nec iiſdem, vt in fœdere Edenburgenſi conuenerat, renuntiaſſet, ad eadem plenius occupanda, nuptias cum Duce Norfolciæ, Regina inconſulta, ambiiſſet; ad quas vi armata conficiendas, & Ducem è carcere liberandũ, per miniſtros nihil non tentaſſet. Rebellionem in partibus Borealibus concitaſſet. Rebelles illos profligatos in Scotia & Belgio ſubleuaſſet. Externa auxilia ad Angliam impugnandam à Pontifice Ro. Hiſpano, & aliis per Ridolfum Italum imploraſſet. Cũ

Expoſtulatio cum Scotorum Regina.

quibuſ-

M. D. LXXII.

quibuſdam Anglis,qui cuſtodia eriperent, & Angliæ Reginam declararent, coniuraſſet. A Pontifice Rom. literas accepiſſet,in quibus illam, *ſicut Gallina pullos*, foturum,& qui pro illa ſtarent, veros Eccleſiæ filios habiturum promiſit. Poſtremo, quod Bullam Pontificiam contra Reginam procuraſſet,& paſſa eſſet, ſe à ſuis, in exteris regionibus,*Reginam Angliæ publice nominari.*

Illius reſponſio.

Ad hæc illa (prius proteſtata ſe liberam eſſe Reginam, &nulli ſubditam)mente & fronte firma reſpondet,*Se titutum & Inſignia Regni Angliæ non vſurpaſſe, ſed Regem Galliæ, & maritum ſibi tenellæ, & ſub mariti poteſtate, impoſuiſſe, ideo crimini non vertendum; nec à mariti morte illa geſtaſſe, nec velle arrogare,dum Elizabetha aut ex ea liberi ſuperfuerint. De nuptiis cum Duce Norfolciæ,in detrimentum Reginæ,ne quidem cogitaſſe, cum ſibi perſuaſum eſſet,Reipublicæ bono futuras: iiſdem vero non renunciaſſe, quod fidem coniugalem obſtrinxiſſet. Ducem,vt cuſtodia & periculo ſe eriperet; pro eo, ac debuit, coniugali amore, monuiſſe. Rebellionem minime concitaſſe, nec eiuſdem conſciam fuiſſe, quæ paratiſſima ſemper erat molitiones contra Reginam aperire,ſi illa coram audire dignaretur.Rebelles Anglos nunquam ſubleuaſſe,tantum Northumbriæ Comitiſſam Albano literis commendaſſe.Ridolfum,quem gratia apud Pôtificem valere nouerat, in re pecuniaria vſam fuiſſe, ab eo tamen nihil literarum accepiſſe, Nullos ad ſe liberandam excitaſſe. Audiſſe libenter qui operam in ea re detulerant, eoque nomine priuatum Characterem Rolſtono & Hallo communicaſſe. Literas ſubinde à Pontifice Romano accepiſſe pietatis & conſolationis pleniſſimas, quibus nullæ inerant eiuſmodi loquendi formulæ. Bullam haudquaquam procuraſſe,tantum eius exemplar impreſſum vidiſſe; perlectumq; igni tradidiſſe. Si qui aliter,quam debent, in exteris regionibus ſcribant,aut nominent; ipſi culpam præſtent. Auxilia à Pontifice Rom. & Hiſpano ad Angliam impugnandam literis nunquam rogaſſe,opem vero, vt in regnum ſuum reſtitueretur, ab illis imploraſſe, idque Regina conſulta. Sin de literis illis quæſtio fiat, aut de conficiendis nuptiis vi armata, rogat, vt [cum ſit Regio*

Angliæ

Digitized by Google

Angliæ ſanguine nata) in Angliæ Parlamento, quod proxime habendum, præſens reſponderet. M. D. LXXII.

Scotia interim inteſtinis diſſidiis miſerrime laborabat, dũ hinc qui Reginæ ſtudebant, Gallorum fauore, inde qui Regi, Anglorum ope ſubnixi, infeſtis animis & armis concurrerent. Egregium tamen diſſidii componendi ſtudium Angli Gallique, miſſis in Scotiam Legatis, præ ſe tulerunt. Galli non commodiorem eſſe rationem rati, propoſuerunt, vt viri aliquot æqui boniq; ſeligerentur, qui regnum Scoticum, nec Regis, nec Reginæ nomine ad tempus adminiſtrarent: Illi enim Scotorum Regem pro Rege agnoſcere noluerunt, cum non aliud in regnum ius, quam à matre haberet & matrem non iuſte à ſubditis potuiſſe abdicari cenſerent; Eam itaque iuſte Reginam agnoſcendam, & fœdus antiquũ inter eã & Gallorum Regem obſeruandum. Angli contra rationum momentis contẽderunt, eiuſmodi adminiſtrationem plane fore Anarchiam, multorum imperiis rempub. geri non poſſe, in electione eiuſmodi adminiſtratorum, Scotos, qui ſub regio imperio ſemper fuerunt, nunquam conſenſuros, Regni Ordines Reginam abdicaſſe, Regem rite conſtituiſſe & inauguraſſe, & fœdus illud antiquum, non inter perſonas, ſed inter regna Galliæ & Scotiæ contractum fuiſſe; imo Regem Chriſtianiſſimum ex fœderis lege ad Scotorum Regem defendendum teneri. Diſertis enim verbis cautum eſſe, vt Galliæ Reges, ſi quando de ſucceſſione in Scotiæ regno controuertatur, eum defenderent, cui Scotiæ Ordines regnum adiudicarint. De cauſis vero Reginam abdicandi, Scotos, qui abdicarunt, conſulendos.

Seditiones in Scotia.

Gallus & Angla componere ſtudent.

Diuerſa inter ſe ſentiunt.

Nihilominus Gallus Scotorum Reginæ partibus aperte fauit, & pro ea liberanda ſedulo apud Elizabetham interceſſit, ne, quod Legati eius ingenue profeſſi ſunt, videretur illam, quæ Regis fratris fuerat vxor, & iam Galliæ *Dotaria*, negligere, vetuſtum inter Gallos & Scotos fœdus violare, familiam Guiſiam, iam in Gallia præpotentẽ, poſt-

Cauſa cur Gallus Scota fauet.

Digitized by Google

M. D. LXXII. habere, aut pernitioſum abdicandi Reges exemplum approbare. Et quod potiſſimum erat, ne illa à Gallo in aduerſis derelicta, Hiſpano adhæreret, & tandem potentiſſima regna Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ, per eam, amicitiæ fœdere cum Hiſpania, in Galliæ periculum coniungerentur.

Angla cum Gallis diſſertat inncula.

Ad hæc Elizabetha comiter. *Viderit Gallus quo loco Scotam habeat, etſi Regina fuerit Galliæ, & iam ſit* Dotaria; *ad nuptias tamen cum Andino diſturbandas, clandeſtina habuit cum Hiſpano conſilia. Viderit an fœdus illud antiquum non violet, ſi tenellum Regem nō defendat. Viderit quid Guiſiorum familiæ debeat Gallia, quorum conſiliis, & Gallia funeſtiſsimo bello fuerit inuoluta, Scotia à Gallis abalienata, & ipſa Scota in has anguſtias deducta. Abdicandi Principes exemplum ſane pernitioſum eſt, & infra inferos amandandum, ſed hac de re reſponderint Scoti. Ego quidem inuita hæc recolo, quæ ex animo improbo. Neſcio tamen an Galli olim improbarint, cum Pipinus Childericum, & Hugo Capetus Carolum Lotharingum regno auito ſpoliarint, Sceptro in nouas familias translato, & Philippus ille* Bonus, *Burgundus, Iacobam Hannonia & Hollandia exuerit, aut Dani, cum Chriſtianum Secundum & filias regno eiecerint, aut Hiſpani, cum Vracam* Reginam, *regno excluſam, incarcerarint. Minime nouum eſt, vt filij, matribus excluſis, ad imperium admitterentur. Sic Henricus Secundus* Rex *Angliæ, Alphonſus Vracæ filiolus, Rex Caſtiliæ, & recenti memoria Carolus V. Hiſpaniæ & Siciliæ, ad ſceptra, matribus ſuperſtitibus, admiſsi fuerunt. Reginas etiam incarceratas fuiſſe, plena eſt exemplorum omnis memoria, & Gallia abunde teſtatur, quæ trium inuicem ſuccedentium Regum, Lodouici Huttini, Philippi Longi, & Caroli Pulchri vxores incarceratas, ne quid grauius dicam, vidit. Ego, vt verum dicam, Scotorum Reginam honeſta in cuſtodia detineo, in Angliæ, meæq; ſecuritatis tutelam; & à Gallis edocta, qui Chilpericum in Monaſterium, Carolum Lotharingum in carcerem profundum, Lodouicum Sfortiam Mediolani Ducem, in caueam ferratam abdiderunt, vt ſuis rebus conſulerent*: Alia id genus ex Hiſpanica hiſtoria repetiit, vt in omnium gentium hiſtoriis erat verſatiſſima. Perorans concluſit,

Digitized by Google

cluſit. *huiuſmodi magna exempla ſemper aliquid ex iniquo hau-rire*; Optauit vero, *vt Gallus pro eo, ac ex fœdere debuit, tenellum Scotorum Regem legitime inauguratū defenderet. Hoc enim maiori gloriæ Gallico nomini ceſſurum, quam infœlices Gallorum, in cauſa famoſæ Ioannæ Neapolitanæ, expeditiones.* M. D. LXXII.

Verum-enimuero cum deprehenſum eſſet, Scotorum Reginam eodem ipſo tempore occultam fœderationem cum Hiſpano cogitare, per Baronem Setonum, qui in Eſſexia appulſus, ementito nautæ habitu, per Angliam in Scotiam redierat, atque auxiliares copias ab Albano Scotis, qui à Reginæ partibus erant promiſerat; & illa arctiori cuſtodia attinebatur, & Galli erga illam ſtudium paulatim refrigebat. Albanus certe nihil omiſit, vt incluſum contra Elizabetham odium ſubdole profunderet, & illa non minori ſolertia, vt repelleret, & eius conatus diſturbaret. Itaque primis huius anni menſibus cum ille per Hiſpani Legatum in Anglia cōquereretur, Belgas rebelles apparatum bellicum ex Anglia comparare, & in portus vbique recipi; illa ſeuero mox edicto, Belgas in quos rebellionis ſuſpicio caderet, ex Anglia diſcedere, armataſque eorum naues in portubus detineri iuſſit. Quod Albani damno inprimis vertit. Comes enim Marcanus Lumæus, & alii Belgæ hoc edicto, vel perterriti, vel clam præmoniti, quaſi deſperatione adacti, ex Anglia ſe ſubduxerunt, Brielam ad Moſæ oſtium occuparunt, mox Fluſhingam, & alia oppida, expulſis Hiſpanis, cum iam arces, libertatis compedes, impoſituri eſſent, ad defectionem traxerunt, breuique Albanum mari quodammodo excluſerunt. Vnde illi maris opportunitate, tam diuturno bello Hiſpanum diſtinuerunt, & exercuerunt, non ſine inſigni quadam (vt militares viri cenſuerunt) & indigna tanto Duce incuria, qui maritima Belgii totos quatuor annos ſupine neglexerat.

Et Galli & Angliæ ſtudium in Scotam refriget.

Belgæ coniurati Anglia prohibentur.

Illi Brielam capiunt.

Albani incuria.

Iam poſt celeberrimum Londinenſium armiluſtrium, & ludicrum prælii ſpectaculum coram Regina apud Grenwicum, viri militares, qui domi deſides ocio marcebāt,

Q 2 ex

Digitized by Google

M. D. LXXII.

Angli in Belgicam militiam profecti.

ex Anglia in Belgium confluere cœperunt,alii pro partium ſtudiis ad Albanum,a ii, & longe plures,ad Principem Auraſionenſem, qui religionis & libertatis nomine Albano ſe oppoſuit. Primus autem omnium Thomas Morganus CCC. Anglos ad Flushingam deduxit, quorum aduentus fama diſtinuiſſe Albanum creditur, cum in procinctu eſſet ad Flushingam recuperandam. Poſtea,curante Morgano, eo appulerunt nouem Anglorum vexillationes ſub Humfredo Gilberto, qui cum Gallis aſſociatis primum Scluſam & Brugas tentauit, & deinde *Tergoam* in *Suthbeuelandia* adortus. Sed cum ſcalæ eſſent breuiores, Galli & Angli male inter ſe conuenirent, & Mondargonius ſubſidio obſeſſis veniret, non ſine clade, ſe Flushingam receperunt, quam & hi, & illi ſibi occupare ſubdoli ſategerunt, ſed æmula ſimultate, Auraſionenſis artibus, diuiſi, non potuerunt.

Galli ſimulatio.

In Gallia Proteſtantibus blanda hoc tempore illuxit ſerenitas,animuſque Caroli Regis in bellum Belgicum, quaſi vnicum belli inteſtini remedium, vt præ ſe tulit, totus conuerſus erat, & hoc quæſito colore, cum Germaniæ Principibus & Angliæ Regina, in argumentum propenſæ ſuæ erga Proteſtantes (quos tamen occulte exitio deſtinarat) beneuolentiæ, ſe velle fœdus inire ſimulauit. Quod inter illum,qui tum à Proteſtantibus Galliæ, tum ab Hiſpano timebat, & Elizabetham, quæ ab inteſtinis malis, Albanique inſidiis ſibi metuebat,per Franciſcum Ducem Momorantium,Renatum Biragum, Sebaſtianum L'aubeſpinum, Epiſcopum Lemouicenſem, Paulumque Foixium, Regis nomine; Tho. Smithum,& Franciſcum Walſinghamum, Reginæ nomine delegatos, Blæſis III. Idus Aprilis in hos articulos initum,qui compendio ipſiſſimis vere verbis ſubiunguntur.

Fœdus Blæſenſe.

Eiuſdem articuli.

Articuli in hoc fœdere non erunt receſſus à præcedentibus Tractatibus, inter prædictos Principes, & prædeceſſores, quatenus non ſunt contrarij præſenti fœderi. Hoc fœdus erit inter dictos

Princi-

Principes confœderatio, Liga atque vnio, ad mutuã defenſionem aduerſus omnes cuiuſcunq; ſint ordinis, qui ſub quocunq; prætextu, aut quauis de cauſa, nulla excepta inuadent aut inuadere conabuntur perſonas, aut territoria ab illis poſſeſſa. Fœdus hoc permanebit firmum, non ſolum inter Principes dictos, dum vixerint, verum etiam inter ſucceſſores ſi ſucceſſor ſuperſtiti ſignificet intra annum per legatos & literas ſe easdem conditiones accipere; alias ſuperſtes omni huius fœderis obſeruatione ſolutus intelligitur. Hoc fœdus valebit contra omnes qui etiam affinitate coniuncti erunt alterutri Regi aut Principi & contra omnia fœdera contracta, & contrahenda. Regina Angliæ, poſt requiſitionem per literas manu Regis Galliæ ſubſignatas, opem requirentis intra duos menſes in Galliam tranſmittere tenebitur VI. M. peditum armatorum, vel D. equites, pro eius optione, quibus ille ſtipendium perſoluet ex tempore quo in Galliam appulerint. Pro bello & defenſione nauali, Regina Angliæ mittet octo naues iuſtæ magnitudinis, in quibus MCC. milites imponet cum neceſſariis omnibus. Nautæ & milites ſolummodo erunt Angli, ille ſtipendium illis perſoluet, & neceſſaria præbebit, prouidebitq; alimenta à tempore, quo ſeruire ſibi incipiunt; parebunt tamen Admirallo Galliæ. Regina Angliæ in ſuas naues alimenta imponet ad duos menſes, pro quibus Gallus intra duos menſes ſoluet. Rex Galliæ poſt literas acceptas & ſubſignatas manu Reginæ Angliæ bello petitæ, intra duos menſes in Angliam, vel Hiberniam tranſmittere tenebitur VI. M. peditum; vel ſi ipſa malueri D. cataphractos milites, qui equitum mille quingentorum, & peditum circiter trium millium numerum adimplebunt, equis validis, & armis more Gallico, quibus illa ſtipẽdium perſoluet, ex quo in Dominia ſua peruenerint. Pro nauali bello ille inſtruet octo naues, quibus M C C. milites imponantur, eo, quo ante dictum, modo. Inſeruient quam diu Princeps inuaſus eos tenere placuerit. Forma auxiliorum & ſtipendiorum in ſchedula ſubiecta continebitur. Inuaſo alteruter arma & cætera vendere tenetur. Nihil innouabunt in Scotia, ſed aduerſus exteros defendent, nec exteros ingredi patiantur, nec fouere factiones Scoticas; ſed liceat Reginæ Angliæ armis proſequi eos Scotos, qui foue- M. D. LXXII.

 bunt

Digitized by Google

M. D. LXXII. *bunt vel receptabunt Anglos rebelles nunc exiſtentes in Scotia. Hoc fœdus illum intellectum habeat quẽ ſolum verborum vis & ꝓprietas præ ſe fert. Vterque Princeps hos ſingulos Articulos literis Patentibus confirmabit, & legatis vtrinq; intra tres menſes, bona fide realiter, & cum effectu tradet.*

Confirmatio.

Vt Gallus hoc fœdus ratum haberet, Edvvardus Clintonus Lincolniæ Comes Maris præfectus, in Galliam miſſus cum numeroſo nobilium agmine, inter quos erant Barones, Dacreus, Richus, Talbottus, Sandius, & alij. Gallus itidem Ducem Momorantium, Paulumque Foixium in Angliam ſplendido apparatu miſit, vt coram ipſis, & Bertrando Salingnaco, Mota-Fenelonio Oratore aſſiduo, Regina interpoſito iureiurando viciſſim confirmaret. Quod VVeſtmonaſterij factum XVII. Kalendas Iunij. Poſtridie ELIZABETHA Momorantium, patris Annæ Conſtabularii Franciæ in ſe beneuolentiam grata memoria proſequuta, in Georgiani Ordinis ſocietatem, Galli permiſſu, adſcripſit. Quo honore Annam Henricus Octauus dignatus erat, amoris ergo in illam familiam, quæ *Primi Franciæ Chriſtiani* titulum gerit, & in Gallia longe nobiliſſima habetur.

Momorantius in ordinem Garterii adſcitus.

Ille de reb. Scoticis componendis intercedit.

Momorantius dum in Anglia hæreret, paucis GALLI nomine egit, vt fauor erga Reginam Scotorum quantus poterat, ſine periculo exhiberetur, vt armorum eſſet in Scotia ceſſatio, & Parlamento ibidem concordia firmaretur. Sin Parlamentum commode haberi non poſſet, vt quidam à Scotis vtrinq; delecti de rebus componendis Londini cõuenirent, vna cum Regis Galliarum & Reginæ Angliæ Delegatis. Reſponſum vero erat, maiorem Scotorum Reginæ fauorem exhibitum fuiſſe, quã illa promeruerat, & in Galli gratiam, exhibendum fore; licet Regni Ordines qui iam conuenerant, cenſuerint, Reginæ nullam poſſe eſſe ſecuritatem ſine aliqua in eam ſeueritate. De concordia & armorum ceſſatione Reginam ſedulo egiſſe, eoq; conſilio Drurium Barvvici Mareſcallum cum Croco Gallico Legato, nuperrime in Scotiam miſiſſe. Illos, ꝛ. nullis rationib. Grangiũ

Reſponſũ.

&

Digitized by Google

& præſidiarios in Caſtro Edenburgenſi, ſpe ſubſidij è Gallia & Belgio lactatos, ad pacem perducere potuiſſe, quamuis Huntleius, & Hamiltonius Aibrothius, pro patre Duce, ſe Elizabethæ ad pacem colendam Syngraphis obſtrinxiſſent, & reliqui à Reginæ partibus fidem dediſſent. M. D. LXXII.

De nuptiis etiam cum Andino.

Deinde Momorantius pluribus de matrimonio cum Andino Duce denuo egit, ſed cū de religionis cultu haudquaquam conueniret, re deſperata in Galliam rediit, dum nuptiæ inter Henricum Nauarrum & Margaretam Galli ſororem, magno conatu apparantur. Ad has blandis promiſſis, & credula ſpe pacis perpetuæ atque amoris redintegrandi, cum inſigni quadam diſſimulatione pellecti erant Regina Nauarra, & ex Proteſtantium numero lectiſſimi quiq;. Inuitati etiā ex Anglia honoris ſpecie Leiceſtrius, & Burghleius, è Germania Palatini Electoris filij, vt in caſſes induti, & illi, & cum illis Euangelica religio, ſi non vno ictu iugularentur, certe læthali vulnere conciderentur. Nuptiis enim celebratis, ſperatam ſerenitatem illico diſpulit ſanguinolenta tempeſtas, Laniena illa Pariſienſis, & immanes Proteſtantium cædes, quæ in omnium ordinum homines per Galliæ vrbes execrando ſcelere paſſim patratæ: Species tamen iuris, imo & pietatis impoſita, & fraudi impiæ latebræ edictis quæſitæ, quaſi nefaria coniuratio aduerſus Regem, Reginam parentem, fratres, Nauarrum, & Regij ſanguinis Principes à Proteſtantibus inita fuiſſet. Nummi etenim in rei memoriam ſignati, in quorum antica parte cum regis effigie hæc inſcriptio, *Virtus In Rebelles*, in altera, *Pietas Excitauit Iuſtitiam*.

Laniena Pariſienſis.

Paulo ante Galli mater, quæ propenſæ in Proteſtantes beneuolentiæ ſimulationem egregie ſuſtinuit, mulier in futurum curioſula, & Aſtrologorū prædictionibus credula, qui ſingulis filiis regna, ex poſitu *Fixarū Regiarū* in ſchematibus natalitiis vaticinati erant, iuſſerat Mota-Fenelonium Elizabethæ nuptias cum filio natu minimo Franciſco Duce Alenconio proponere, vt ſi poſſet, Regis titulū illi cō

Digitized by Google

M. D. LXXII. ſequeretur, ſaltem hoc officio amoris pleniſſimo Elizabetham diſtineret, quo minus Proteſtantibus in Gallia opem præſtaret. His Mota-Fenelonius Kenelvvorthi biduo ante lanienam Pariſienſem propoſuit, Elizabetha autem *ex religionis diuerſitate, & ætatis diſparitate*, ſe modeſte excuſauit. Ille enim vix X V I I. annum attigerat, illa XXXVIII. jã ſuperauerat. De re tamen ſe deliberaturam promiſit. Nec deſtitit Alenconius per Flerium ſedulo perſequi.

Northumbriæ Comes capite plectitur. Eodem menſe Thomas Percius, Comes Northumbriæ, qui rebellis in Scotiam profugerat, à Mortonio, de quo, dum ille in Anglia exularet, optime meritus erat (ſed quis calamitoſis gratus repertus?) pacta pecunia, Baroni Hunſdonio Bervvici Præfecto redditus, paulo poſt Eboraci obtruncatur.

Vt hoc anno Norfolcium & Northumbrium florente ætate funeſta ſecuris, ita duos alios è primaria nobilitate, & ſanctioribus conſilijs ætate extrema, placida mors abſtulit, Guilielmum Povvlettum, ſummum Angliæ Theſaurarium, *Marchionis VVintoniæ obitus.* Wintoniæ Marchionem, Wiltoniæ Comitem, & Baronem à Sancto Ioanne de *Baſing*, maximis honorib. perfunctum, cum annos ſeptem ſupra nonaginta compleſſet, & ſobolem ex eius corpore ad CIII. numeraſſet, *Cecilius factus Theſaurarius.* (cui in Theſaurarij munere, Guilielmus Cecilius Baro Burghleius ſuffectus) & Edvvardum Comitem Derbiæ, *Comitis Derbiæ mors.* Baronem Stanleium, & Strangium de *Knocking*, quocum hoſpitalis gloria quodammodo obdormiuit.

E viuis etiam exceſſit Guilielmus Petrus, Eques Auratus è Sanctiori conſilio, & à Secretis Henrico VIII. Ed- *Et Guil. Petrei.* vvardo VI. Mariæ, & Elizabethæ, Ordiniſq; Garterij Cancellarius; multis legationibus cũ laude perfunctus, qui ex honeſta familia Exoniæ natus, cum prudentia & doctrina magnas opes collegiſſet, ad doctrinam promouendã, Exonienſe Collegiũ in Academia Oxonienſi, in quo educatus, fauẽte Maria Regina, annuis prouentib. benefice adauxit.

Regina morbillis laborat. Ipſa etiam Regina, quæ hactenus valetudine fuit integerri-

Digitized by Google

gerrima, (nunquam enim cibum cepit, niſi cum inuitaret *M. D.*
appetitus, nec merum guſtauit) morbillis ad Hamptonam *LXXII.*
laborauit. Sed conualuit priuſquam vel laboraſſe auditum,
& regijs curis inuigilans iuſſit, Porteſmutham nouis muni- *Reip. inuigilat.*
tionibus firmari, claſſem bellicis nauibus augeri, delectus
militum per Comitatus ſtatis temporibus haberi, iuuen-
tutemq; armis exerceri, etiam cum iam pacem agitaret al-
tiſſimam. Pecuniam etiam quam à ſubditis mutuo accepe-
rat, gratè & gratanter rependit. Nec minorem hinc bene-
uolentiam apud populum conciliauit, quam ex duobus ſa-
lutaribus edictis in anni principio promulgatis: quorum al- *Clientelas*
tero ex legibus antiquis in nobiles agi iuſſit, qui plures quã *coercet.*
debent in clientelam admiſerant. Ita enim admiſſi ſe publi-
cis Reipub. muniis exemerunt, factiones fouerunt, & mul-
tifariam in leges peccarunt, nobilium quibus ſe in cliente-
lam dederant, potentia freti. Altero rapaciſſimum homi-
num genus coercuit (*Concelatores* vocant) eorum authori- *Et Conce-*
tatem reuocando, & ad ablatorum reſtitutionem adigendo. *latores.*
Hi enim inſtituti, vt rimarentur ſi qui agri iuris Regii à pri-
uatis celarentur, in agros Eccleſiis Parochialibus, & Pto-
chodochijs à piis maioribus olim donatos, nec non in cam-
panas, & plumbea Eccleſiarum tecta, ſacrilegâ auaritiâ in-
uolare cœperant. Verum enimuero hæc mala quamuis ſub
inde cohibita, ſubinde repullularunt.

In Hibernia nonnihil turbarum erupit, ex acerbo Ed- *Rebellio-*
wardi Fittoni Connachtiæ Præfecti imperio, quod cum *nes in Hi-*
Richardi Comitis *Clan-Richardi* filii è variis vxoribus pro- *bernia.*
geniti, libertate quidlibet agendi luxuriantes, ferre non poſ-
ſent, rebellionem concitarunt, & Senum flumen tranſgreſ-
ſi, per Midiam Occidentalem prædatoria inſolentia in in-
colas immaniter ſunt graſſati. Pater ex priſca Anglorum *de*
Burgo progenie, vir canicie ſpectabilis & ingenio tempera-
to Proregem adiit, rebellionis crimen à ſe abſtergit, regni-
que Hiberniæ Conſiliarios, qua ratione graſſantes liberos
cohiberet, conſuluit. Regina vero, vt publicæ tranquillitati

M. D. LXXII.

conſuleretur, Fitonum ſenſim ſubmouendum ex Connachtia cenſet, eumque Hiberniæ Theſaurarium conſtituit, & haud multo poſt Comitis filij, à Præſidiarijs exagitati, Proregi ſe ſupplices ſubmiſerunt.

O-Mori

In Lagenia item *O-Mori* ſeditioſum hominum genus turbas dederunt, qui mox rebelles declarati, Comite Kildariæ ſuaſore, in ordinem redierunt. Quo tempore Thomas Smithus Reginæ à ſecretis vir prudens & eruditus, neglectæ Hiberniæ miſertus, à Regina impetrauit, vt colonia in Cherſoneſſum Hiberniæ, quam *Ardes* vocant, in Vltoniæ ora orientali, ſub filio notho, quem vnicum habuit, ad imbuendos ſemibarbaros humanitatis cultu, deduceretur. Sperauit ille locum facile defendi poſſe præſidiis in Iſthmo anguſta diſpoſitis, qua reliquæ inſulæ adiungitur. Cuilibet pediti c x x iugera, cuilibet equiti c c x l. iugera, quæ D. iugeribus ANGLICIS reſpondent, conceſſit; pro quibus ſingulis ſingulos denarios quotannis dependerent. Sed optato ſucceſſu caruit. Thomas enim filius, cum Coloniam deduxiſſet, perfidia Neali Briani *Artho* interceptus & occiſus erat. Nealum autem Malbeius Anglus, qui Lecaliæ vicinę præfuit, nullã iniuſtã necem perfido inſidiatori afferri poſſe ratus, illico occidit, & lupis vorandum reliquit.

Colonia in Ardes deducta.

Stella noua.

Neſcio an operæ pretium ſit memorare, quod hiſtorici noſtri temporis omnes memorarunt, menſe Nouembri nouam Stellam, aut ſi mauis, Phænomenum conſpectum fuiſſe in Cathedra Aſteriſmi Caſſiopeæ, quæ Iouem etiam, in Perigæo Eccentrici & Epicycli, fulgore ſuperauit, vt ipſe obſeruaui; eodemque loco diurno cœli motu circumlata, totos ſedecim menſes hæſit. In cœleſti, non elementari regione extitiſſe ex Parallactica doctrina Thomas Digſeius, & Ioannes Deius, nobiles apud nos Mathematici, erudite demonſtrarunt, ſenſimque aſcendendo diſparere opinati ſunt. Poſt octauum ſane menſem paulatim extenuari omnes ſenſerunt. Theodorus Beza, ad ſtellam illam quæ Chriſto naſcenti præluxit, & internecionem infantum

ſub

Digitized by Google

ſub Herode, ingenioſe accommodauit, Carolumq; nouum Galliæ Regem, qui ſe Pariſienſis lanienæ authorem faſſus erat, vt timeret, hoc verſiculo monuit, *Tu vero Herodes ſangui nolente, time*. Nec vana quidem fide. Menſe enim poſt Stellæ huius diſparitionem, quinto, ille ſanguinis profluuio inter longos & graues dolores expirauit. *M. D. LXXIII. Theod. Beza vaticinium.*

M. D. LXXIIII.

CVm res Hiſpanicæ in Belgio admodum eſſent impeditæ, Fluſhinga amiſſa, Hollandiæ vrbibus deficientibus claſſeque Hiſpanica (qua Dux *Medinæ Cœli* iuſſus cum Vitellio Capino Pontificijs in Anglia, opem ferre) à Zelandis proffligata; Albanus animum in Anglos æquiorem nolens induit. *Claſſis Hiſpanica profligata.*

Menſe itaque Ianuario negotiatio, quæ inter Belgas & Anglos eodem menſe; anno milleſimo quingenteſimo 68. interclusa fuerat, nunc tandem in biennium recluſa, capitaque de quibus hac in re Briſtoliæ conuenerat, menſe Iunio ab Hiſpano confirmantur. Inter quæ hæc clauſula. *Etſi ad tempus mutua illa intelligentia & arctior amicitia fuerit obfuſcata, nullo tamen modo vt intelligatur rupta aut diſſoluta.* Quod ſi res intra præſcriptum tempus per delegatos componi non potuerit, *dictus intercurſus, finitis dictis duobus annis, ceſſabit.* Et tumultibus per Belgium incrudeſcentibus, biennio quidem nondum expleto, paulatim ceſſauit, nouuſque cum Ordinibus Fœderatis incœptus. ELIZABETHA autem (quod ſummo honori ceſſit) negotiatorum Anglorum damnis ex Belgarum bonis detentis, cumulate ſatisfecit, cætera Albano reddidit, & cum Genuenſibus Mercatoribus de pecuniâ intercepta, quæ primam litis cauſam præbuerat, plene tranſegit; cum ALBANVS ex Anglorum bonis ne aſſem quidem Belgis reddiderit. Quodque glorioſius, & ſubditis longe gratius, Angliam ſub hoc tem- *Negotiatio inter Belgas & Anglos reſtituta. Elizabetha Anglorum damna reſarcit.*

pus

Digitized by Google

M. D. LXXIII. *Patris & fratris debita ſoluit.*

pus ære alieno, quod pater & frater apud exteros contraxerant, & fœnebri malo admodum increuerat, liberauit, ſyngraphis Ciuitatis Londini toties renouatis, iam magna cum ciuium lætitia redhibitis.

Nouatores Eccleſiam turbant.

Plurimum tamen moleſtiæ & Reginæ, & Eccleſiaſtico ordini faceſſerunt nonnulli ex ipſorum numero, qui zelo feruidi, & nihil niſi puritatem Euangelicam ſpirantes, non ſolum, Politiam Eccleſiaſticam (vt Romana fœculentia impuram) qua publice, qua priuatim concionando (etiam libros edendo quos *Admonitionem ad Parlamentum*, & *Admonitionis Apologiam* inſcripſerunt) in calumniam rapuerũt: ſed etiam ſacra recepta adire recuſarunt, alioſq; ſibi cultus diuini ritus efformarunt atq; vſurparunt. Adeo vt Regina iſtos, tanquã homines inquieto ingenio, nouitatis auidos, & ad bene inſtituta conuellenda paratiſſimos, improbans, ad ſchiſma præuertendum, ſeueritatem *legis, de vniformitate publicarum precum*, vbique abhiberi mandauerit. Libelloſque iſtos Epiſcopis aut alicui è Conſiliariis Regiis in man⁹, ſub pœna incarcerationis tradi, etſi Ioannes Whitgiftus, qui poſtea Archiepiſcopus Cantuarienſis, eoſdem ſolide confutaſſet.

Papiſtæ Rempub.

Prodiit etiam à rebellibus & profugis Anglis liber probroſus, *Tractatus de proditione* inſcriptus, in quo Baconum Sigilli Cuſtodem & Cecilium Burghleium Regni Theſaurarium, proditionis in patriam accuſarunt, vt odium apud Principem & populum conflarent illis, qui prudentia & induſtria ſceleratos eorum conatus, & ſpem prauam præuerterant, aut infregerant. Tantumq; abfuit vt Regina iſtis accuſationibus fidem habuerit, vt programmate publicato eaſdem improbabiles, falſas, meraſque calumnias declararit; nec alio conſilio, à profeſſis veræ religionis & patriæ hoſtibus malitioſè eſſe confictas, quam vt malis & occultis artibus regnum fideliſſimis Conſiliariis orbarent. Quare monuit, vt ſinguli libellis iſtis fidem derogarent, negligerent, igni addicerent; niſi pœnam ſeditionis fautoribus

irro-

Digitized by Google

irrogandam ſubire maluerint. Verumtamen hi libri (ingenito humanæ curioſitatis vitio) quia prohibiti, lectitati; donec (quod fieri aſſolet) ſpreti exoleuerint. M. D. LXXIII. *Eorum libellus ſupprimitur.*

Superiori anno, menſe Nouembri, nata erat Carolo Regi Gallorum filia, quam, vt è ſacro fonte Elizabetha ſuſciperet, Rex rogauit, tum vt illam ſibi omni humanitatis officio firmius retineret, tum vt Proteſtantibus in Gallia omnem auxiliorum ſpem ex Anglia præcideret. Ad hæc, & ad pecuniam mutuam ſumendam, Albertum Gondiũ Radeſianum (vulgo Comitem de *Rhetz*) aulicũ facundum, in Angliam miſit. Ille Reginæ, compoſita oratione perſuadere conatur, Pariſienſem lanienam, [quam alij ſcelus, ipſe remedium dixit] non in odium Religionis proteſtantium, ſed ad diſſipandam coniurationem à Colinio Admirallo, & aliis initam, exarſiſſe; Regem vero edicta Religionis ſanctiſſime obſeruaturum. Illam obſecrat, ne querulis & pauidis ſine cauſa hominibus aures patefaceret, ſed pactum nuper fœdus religioſe ſeruaret, illoſque ad Regis obſequium hortaretur, quem experirentur clementiſſimum. Illa ſe memorem pacti fœderis pollicetur, nec Regẽ quicquam ab ea (quod amantiſſimam confœderatam deceat) deſideraturum; De pecunia mutuo poſtulata, excuſat. Nec ille de pecunia niſi compoſito egit, ſcilicet, vt, quam illa Regi negauit, Proteſtantibus, ſi rogarent, non ſuppeditaret. Occaſionemq; ſane inde illa arripuit negãdi pecuniam illis, non immemor, quam mala fide ſecum in re pecuniaria primo bello ciuili egerant. Peruicit Radeſianus hac legatione, vt Proteſtantes iam inde minorem gratiam & opem apud ipſam aliquantiſper inuenerint. *Gondii Legatio.*

Paulo poſt Guilielmus Somerſettus Comes Wigorniæ, cum Baptiſterio ex ſolido auro in Galliam mittitur, vt cum Mariæ Auguſtæ & Ducis Saubaudiæ procuratoribus, Baptiſmo filiæ Galli, Reginæ nomine ſponſor intereſſet. Quod cum comperiſſent piratæ Proteſtantes, Galli & Belgæ [qui eum Catholicæ Religionis cultorem ſuſpicabantur] parum *Comitis Wigornienſis in Galliam.*

rum

Digitized by Google

M. D. LXXIII

rum abfuit quin in traiectu interceperint. E ſociis ſane nauigiis vnum & alterum, vectoribus nonnullis cæſis, diripuerunt. Vnde Regina grauiter indignata, Guilielmum Holſtockum claſſis Regiæ * Cenſorem, cum paucis nauibus armatis emiſit, qui piratis captis, aut fugatis, & onerariis nonnullis ab iiſdem liberatis, maria purgauit. Cum autem plurimi eorum operam Montgomerio, qui in Anglia tunc hæſit, condixiſſent, ad opem Rupellanis obſeſſis ferendam; effectum eſt, vt ille ſerius ex Anglia ſoluerit, & cum claſſe quidem tam exigua, vt nihil omnino præſtiterit. Hinc Proteſtantes Galli in Angliam profugi, nimio plus commoti, in odium aduerſæ Religionis quoſdam Gallos aduenas iniurioſius tractarunt, imo ferro aggreſſi ſunt, & inter hos, famulos Flerij, qui occulte in Angliam ab Alenconio de nuptijs venerat; ipſumq; Flerium Vidamus Carnutenſis, negotij ignarus, apud regios Conſiliarios inſimulauit, quaſi ad tollendum è medio Montgomerium ſubornatus veniſſet.

Piratis mare purgatur.
**Controuler.*
Galli Gallos male tractant.

Contra Gallicus apud Reginam Legatus conquerebatur, Montgomerium Anglorum auxilijs contra fœdus, ad Rupellam nauigationem ſuſcepiſſe: & mercatores Anglos Rupellanis obſeſſis rem annonariam ſubminiſtraſſe. Cui illa, ſe fidem fœdere interpoſitam ſancte ſeruare & ſeruaturam reſpondit, auxiliares illos, piratas eſſe & extorres, iniuſſu ſuo ſoluiſſe, ſigna ementita prætuliſſe, atque vt in eos animaduerteretur, peroptauit. Ad hæc mercatores Anglos Burdigalæ durius tractatos, licentia nō impetrata, Rupellam adnauigaſſe; id genus homines ſuo lucro vbiq; velificari: ſimulq; rogauit, vt pro Rupella commodior aliquis portus in Gallia, ad eorum negotiationes aſſignaretur.

Legatus Gallicus de auxiliis in Galliam mi[illegible] queritur.
Regina ſe excuſat.

Gratiſſima Gallo fuerūt hæc reſponſa, Angliæ Reginam fidem ſeruaturam, & à Proteſtantibus Galliæ iam eſſe alienam, adeo vt ab ea opem expectarent nullam. Hinc Gallus & mater illam animo magis magiſq; amplexi ſunt, quam vere amicitiam colere perſpexerāt, & ad illā ab Alenconio, plures

Solicitatur de nuptiis cum Alenconio.

Digitized by Google

plures literæ amatoriæ ex caſtris ad Rupellam ſunt ſcriptæ, totoq; hoc anno nuptiæ ſolicite ambitæ, Gallo & matre obnixe intercedentibus, per Motam Fenellonium, Legatum ordinarium & Castro Nonium ſiue *Chaſteauneuf*, eo nomine delegatum. Certe Elizabethã, in ſerias de nuptiis cogitationes impulit, duplex ex orbitate metus, hinc domeſtici contemptus, inde externarum molitionum, contra quæ maritũ & liberos firmiſſima eſſe munimenta ſibi perſuaſerat, & ſæpius aliis dixerat. Cõtra ab Aulicis in rem priuatam intentis, diſſeritur. *Religionem & æquitatem validiſſima eſſe imperii munimenta contra omnia: Nec eſſe, cur illa contemptum à ſuis timeret, quorum & res & ſpes in vna ipſa defiguntur, animi longa auorum ſerie deuinciuntur, oculi virtutum ſplendore in dies magis exhilarantur*, & id genus alia Aulicis familiaria. Cum autem illa ſæpius illud vſurparet, *Plures ſolem occidentem negligere*, palpones iſti non deſtiterunt incũlcare; *Quis ſalutares ſolis clare ſplendentis radios negliget, vt funeſtam & confuſam minimarum ſtellarum ſimul exorientium* [ſic *Competitores* appellitarunt] *ſcintillationem aſpiceret?*

M. D. LXXIII.

Illa lubens audit.

Ex duplici metu.

Aulici contra diſſerũt.

Inter hæc Regina parens iterum atq; iterum rogauit, vt filius Alenconius in Angliam libere traiiceret, ad eam inuiſendam, quæ crebris fatigata literis, tandem aſſenſum præbuit, modo nec fraudi, nec probro ille duceret, ſi re infecta rediret. At quamprimum Elizabethæ ſubnotuit, Henricum Ducem Andinum eius fratrem, in Regem Poloniæ eſſe electum, & Gallorum regem valetudine eſſe afflicta, per Edwardum Horſeium Inſulæ Vectæ Præfectum, Alenconiũ monet, ne præpropere Angliã adiret, rationeſq; ſubiungit, *ex laniena in Proteſtantes Religionis cauſa, per Galliam, inter nuptiales feſtiuitates, immaniter commiſſa, cum ille primum nuptias ambiret, ſuſpitionem apud Proteſtantes in Anglia enatam eſſe, nuptias has funeſtas fore. Eoq; magis, quod ipſe Alenconius protinus ad Rupellæ obſidionem profectus, hoſtili contra Proteſtantes animo, & literis inde datis, ſcripſiſſet, ſe tum demum Reginam inuiſurum, cum Rupellam expugnatam viderit. Vt ira eius in*

Alenconio cõmeatus in Angliam veniendi conceditur.

Submonetur tamen ne veniret.

Prote-

Digitized by Google

M. D. LXXIII. *Proteſtantium Religionem, quam amor in Reginam inflammatior videretur. Indeq; quam plurimos in Anglia ſuſpicari, quaſi venturus ſit in Angliam, ad nuptias ambiendas, gladio eorum cruore intincto, qui eandem quam Angli, profitentur religionem;* Quamobrem amice, & amatorie ſuadet, *vt pacem in Gallia conciliaret, & ſtudium in Proteſtantes inſigni aliquo argumento prius declararet, quo gratior hoſpes & procus in Angliam veniret.*

Pace poſtea in Gallia facta, & ſua proteſtantibus certis in locis religione permiſſa; Rex Galliæ & Regina parens denuo nullam non operam dederunt, vt nuptiæ conficerentur [Alenconium etenim, vt ingenio tortuoſo, & ad res turbandas præcipiti, è Gallia ſubmotũ voluerunt] ſimulq; Elizabetham rogarunt, vt ſi Andinus per mare polonium cogitaret, publica fide interpoſita, per Britannica maria nauigaret. Quod illa, non ſolum lubentiſſime conceſſit, verum etiam claſſem quæ deduceret, obtulit. Interim variolis laborauit Alenconius; quod mater eius per Gondium Radeſiannm Elizabethæ ſignificauit; & per valetudinem, quo minus ille in Angliam veniret, excuſauit. Gondius Cantuariæ Elizabetham offendit, quæ illum magnifice excepit. Quo tempore Matthæus Parkerus Archiepiſcopus Cantuarienſis, in ampliſſima Archiepiſcoporum aula, quam reſtaurauerat, diem natalem Reginæ, ſeptimum ſcilicet Septembris, celebrauit, inuitauitque Reginam, Gondium, Mota-Fenelonium, tanta nobilium conuiuarum multitudine, quanta Anno ſalutis 1519. Carolus Quintus Imperator, & Henricus Octauus eadem in aula conuiuati fuerant.

Gondius in Angliam redit. Conuiuio excipitur.

Mortonius Scotiæ Prorex.

In Scotia, Iacobus Douglaſius Comes Mortonij, Scotiæ Prorex, in Comitis Marriæ locum, curante in primis Elizabetha, ſuffectus erat, qui authoritate in Ordinum conuentu conſtabilita, ſalutares leges, ad religionem contra Pontificios & Hæreticos aſſerendam, Regis nomine ſanxit. Regis vero cuſtodiam Alexandro Areskino, cum Comes

Marriæ

Marriæ (ad quem peculiari iure Regum Scotiæ in tenella ætate cuſtodia ſpectat) minor eſſet ætate, confirmauit his legibus, vt Pontificii & factioſi omni acceſſu excluderentur, Comes cum duobus famulis, Baro cum vnico admitteretur, cæteri ſoli & ſinguli inermes. *M. D. LXXIII.*

Gallus interim, miſſo Viriaco, nullam non mouit machinam, vt Proregem, priuſquam inualeſceret authoritas, ſupplantaret, & Atholium, Huntleium, & alios, precio propoſito, opponeret. Elizabetha contra obnixa, per Henricum Killegræum Scotos edocuit, Atrocem illam lanienam Pariſienſem, ex Pontificis Romani, Galli, & Hiſpani in Proteſtantium exitium coniuratione, perpetratam fuiſſe. Monuit itaque eos, vt nec Gallicis penſionibus corrupti, nec factionibus diſiuncti, viam externis copiis, quas Strozius ducturus credebatur, aperirent; ſed fortiter vno animo ſe opponerent, ad Religionem defendendam, quæ vnicum inter Anglos & Scotos concordiæ vinculum: & ad Regem prouide conſeruandum, vel in Angliam tranſmittendum, quo minus in Galliam ſubduceretur. Nihilominus nonnulli è Proceribus, in captiuæ Reginæ partes iurati, Regis, Proregiſque authoritatem omnino detrectarunt, donec Elizabetha, ſua interpoſita authoritate, Iacobum Hamiltonium Ducem Caſtri-Heraldi, Georgium Gordonium Comitem Huntleiæ, qui inter eos erant primarii, opera Killegræi ad ſatis æquas conditiones perduxerit; Scilicet, vt religionem in Scotia conſtitutam agnoſcerent, Regi ſe ſubmitterent, necnon regimini Mortonii, & ſucceſſorum eius in regimine; aliorum omnium authoritatem eiurarent: vt quicunque contra religionem, Regem, vel Proregem aliquid molirentur, lege Parlamentaria proditores iudicarentur; vt ſententiæ contra Hamiltonios & Gordonios latæ refigerentur, niſi illæ, de cæde Morauii & Lenoxii, Proregum, quæ Elizabethæ arbitrio relinquerentur. (Illa autem hoc ad Regem reiecit, ampliandumq; cenſuit, donec Rex imperium per ætatem ex iure regni ſuſciperet.) Vtque ſingula crimina

Eum Gallus opprimere ſtudet.

Elizabetha defendere.

Et res Scoticas componere.

Quibus conditionibus.

M. D. LXXIII. à XV. die Iunii M. D. LXVII admiſſa, Lenoxii cæde excepta, veniam petentibus condonarentur. Viſum tamen eſt, ad ſecuritatem tam Regis quam Proregis, ne hic cædi exponeretur, ille in Galliam exportaretur, vt Regina Angliæ publico inſtrumento fidem interponeret, nec Hamiltonios, nec alium quempiã de Proregum cæde in quæſtionem, niſi illa conſentiente, vocandos, aut bonis mulctandos. Quod etiam in Ordinum cõuentu ad publicam quietem tempore turbulẽto fundandam, ſancitum. Has autem conditiones Guilielmus Kircaldius Grangianus (quem Caſtro Edenburgenſi Morauius Protex, fide regis nomine accepta, præfecerat) Baro Humius, Lidingtonius, Epiſcopus Dunkeldenſis, & alii, qui inique cum Scotorum Regina agi exiſtimarũt, nullo modo admittere voluerunt. Sed pręfractis animis, Regis & Rroregis authoritate ſpreta, Caſtrum illud Reginæ nomine tenuerunt & munierunt, vſi Lidingtonio coſultore, & freti prærupta loci firmitate, apparatu bellico (omnis enim regius apparatus ibi aſſeruatur) & promiſſis ab Albano & Gallo auxiliis, qui nonnihil pecuniæ ſubmiſerat (cuius pars maxima ad *Blac neſſum* intercepta) & plus miſſurus erat, niſi diutina Rupellæ obſidione diſtentus fuiſſet. Cum hi ad nullas pacis conditiones, nec precio à Prorege propoſito, nec Elizabethæ ſuaſu, aut minis induci poſſent, quin caſtrum contra Proregem propugnarent, Vrbem Edenburgenſem iuſtitiæ ſedem eiaculationibus & irruptionibus indies infeſtarent, & auxiliares copias è Gallia accerſerent. Elizabetha, quæ Gallos in Scotia nullo modo ferre poterat, tandem à Prorege exorata, copias, machinas, & apparatum bellicum, ad Caſtrum expugnandum, his legibus promiſit.

Grangius ſe opponit.

Edenburgenſe Caſtrum defendit.

Angli ad expugnandum miſſi.

Quibus legibus.

Prorex nihil cum obſeſſis, Anglorum ductore inconſulto, tranſiget, nec ille viciſſim, Prorege & regis Conſiliariis inconſultis. Si Caſtrum in Anglorum manus deuenerit, Regi intra decem dies, cum omni apparatu bellico, Vtenſilibus, regni regiſq; Commentariis, & Archiuis tradetur; cætera oppugnantibus in prædam cedent.

Angli

Digitized by Google

Angli nullum in Scotia locum munient, niſi cum conſenſu Proregis & Procerum. Prorex omnem, quam poterit, opem & commeatum Anglis præſtabit. Obſeſſi, Caſtro capto, reſeruabuntur, vt ex legibus in illos agatur, Regina tamen Angliæ prius conſulta. Si qui Angli fuerint occiſi, eorum vxoribus & liberis ſtipendia in duos annos è rebellium bonis numerabuntur. Si qui vulnerati, ſtipendia etiam numerabuntur donec curabuntur. Tormenta Anglica, ſi quæ pereant, ſulphureus puluis & globi expenſi, ex regio in Caſtro apparatu, aut rebellium bonis reſarcientur. Et obſides decem in Angliam mittentur, in ſecuritatem de copiis & tormentis remittendis, niſi ſors belli communis interuenerit. M.D.LXXIII

Ex his legibus Gulielmus Drurius, Præſidii Berwicenſis Mareſcallus, cũ tormentis aliquot maioribus, & militibus mille quingentis (inter quos fuerũt nobiles volones, Georgius Carius, Henricus Carius, Thomas Cecilius, Henricus Leæus, Guil. *Knolles*, Suttonus, Cottonus, Kelwaius, Guil. Killegreus, & alii) Scotiam ingreſſus, auxiliari Scotorũ manu adiũcta, Caſtrum obſidione incinxit, poſtquã ſemel atq; iterum deditionẽ Regis nomine fruſtra imperaſſet; Primũ, è quinq; molibus aggeſtis, quatuor cõtinuis diebus in arcẽ effulminatũ, & maxime in *Turrim Dauidis*, quæ poſt aliquot dies decidit. Impreſſione poſtea facta, propugnaculũ, quod *Spurr* nominant, captum, dum qui ex altera parte eodẽ momento arcem aggreſſi, non ſine cæde reiiciuntur. Poſtridie, ſigno dato, obſeſſi colloquium cũ Drurio petierũt. Deſcendunt è caſtro funiculo demiſſi, ipſe Kircaldius, & Robertus Meluinus, Henrico Leæo & Flecco Scoto obſidibus in Caſtrum itidẽ acceptis; Poſtularũt, vt vita & bonis libere fruerentur, vt Humius & Lidingtonius, ob priuatas quorũdam inimicitias, in Angliam ſecederent, vt Kircaldius in Scotia maneret, ſin minus, bona cũ venia diſcederet. Cum hæc nõ concederentur, ſed tantũ permitteretur, vt milites inermes cum impedimentis abirent; perẽdie, ob paucitatẽ Præſidiariorum, qui inter ſe diſcordes, vulnerati, vigiliis, & laboribus confecti, ſine ſpe ſubſidii, necnon ob defectum aquæ *Anglorum auxiliis obſidetur.*

R 2 (alter

M. D. LXXIII.

(alter enim è fontibus, ruinis maceriæ fuit oppletus, alter tormentis maioribus expoſitus) ſe ſuaque Reginæ Angliæ, & Drurio, die obſeſſionis XXXIII. in fidem dediderunt:

Deditur.

qui literis ex Anglia acceptis, Proregi in Regis vſum, Caſtrum cum omnib. dedititiis reddidit. E quibus Kircaldius, Iacobus eius frater, Moſmanus & Cokius aurifabri, qui pecuniam in caſtro adulterarunt, ſuſpẽdio ſublati: etſi ad Kircaldii vitam redimendam, centum è familia Kircaldia obtulerint, ſe forent in perpetua Proregis clientela, annuam penſionem IIIM. *Marcarum* XXM. librarum monetæ Scoticæ propediem numeranda, & cautionem præſtandam, quod ille in Regis obſequio iam inde fideliter perſiſteret.

Grangius ſuſpenditur.

Humio, & cæteris in diuerſa caſtella diſperſis, Elizabetha, non ſine clementiæ laude, deprecante, parcitur. Lidingtonius Letham miſſus, vi morbi, nec ſine ſuſpicione veneni, expirauit, vir inter Scotos maximo rerum vſu, & ingenio ſplendidiſſimo, ſi minus verſatili, quo nomine G. Buchananus æmulus eum viuentem, ſcripto quodam, cui *Camæleon* titulum fecit, vt Camæleonte mutabiliorem depinxit, nec non vt Regis auiæ, matri, Moraujo ipſique Regi, & Patriæ hoſtem verſicolorem, aſperrime perſtrinxit. Iam inde à bello inteſtino Scotia reſpirauit. & tam partium Duces, quam milites, in Sueciam, Galliam, & Belgium profecti, magnam belli ac virtutis laudem retulerunt.

Lidingtonius moritur.

Pax Scotiæ parta.

Vt Anglia etiam ab internis (pro Regina Scotorum) molitionibus ſecurior eſſet, Ioannes Leslæus Epiſcopus Roſſenſis, qui ſpectata fide, ſed cum nonnullorum pernicie, & plurium periculo Reginæ ſuæ inſeruierat, è cuſtodia liberatus, & ex Anglia exire iuſſus, in Galliam ſe recepit, male ſibi metuens à Southamptonio, quem in vitæ periculum ſuo indicio vocauerat, & ab Henrico Howardo, Ducis Norfolcię fratre, ad cuius iram leniendã Apologiam pro ſe ſcripſit. Vixdum ille diſceſſerat, cum occultus illius tabellio H. Cokinus apprehenſus, & eius indicio Morganus detectus, qui ad occulta pro Regina Scotorum cõſilia erectus &

Roſſenſis Epiſcopus ex Anglia expellitur.

agendi

agendi percupidus, mox aufugit. Atſlous Pontificiorum archiatrus, Goodus Medicinæ Doctores, & Fran. Bertius, quod clandeſtina literarum commercia cum ea habuerint, aliquot menſes in carcere erant detenti; & eadem de cauſa Henricus Godfreius & Richardus Louderus in ſuſpicionem vocati. *M. D. LXXIII.*

Abſens res nouas molitur.

Roſſenſis interea nullum erga Scotorum Reginam fideliſſimi ſubditi officium, apud Imperatorem, Pontificem Romanum, Gallum, & Germaniæ Principes Pontificios, prætermiſit, qui ſinguli ſpem fecerunt, nihil tamen prorſus præſtiterunt. Sed hac in re incommodiſſime acci-

Albanus è Belgio reuocatur.

diſſe querebatur, quod Albanus in quo ſpem maximam collocarat, jam è Belgio diſceſſurus erat, honeſta miſſione impetrata, ſub fucata incommodæ valetudinis reparandæ ſpecie. Verum enimuero illum ad victoriam crudeliter progredientem, Hollandia fere vniuerſa in poteſtatem redacta, reuocarat Hiſpanus, perſuaſus à Granuellano Cardinale, & Roderico Gomezio de Sylua, hominis potentiā nimio plus inualeſcere, nomenque ſupra Principis attolli, & violenti imperij aſperitate Belgas ad defectionem, imo deſperationem adigi, Et ſi ſanguinarij nonnulli in Hiſpania, non alium magis idoneum ad hoc bellum conficiendum, & Belgium in Prouinciæ formam ſubjugandum, reperiri potuiſſe cenſerent, Qui, homines immites, miſereri Regis videbantur, ſi Auraſionenſem & fœderatos, obfirmatis animis ad libertatem retinendam peruicaces, ab opibus firmos, & locorum ſitu tutos, in ordinem manſuetudine redigi ſperaret. Succeſſor datus Ludouicus Zuniga

Requeſenius ſuccedit.

Requeſenius, Magnus *Caſtiliæ Commendator*, vir mitiori ingenio, qui omnibus officiis Elizabethā demerēdi cupidus, ſuis intentus, reb. Stoicis aut Anglicis ſe immiſcere noluit.

Burchettus morte afficitur.

Veſanam Petri Burchetti opinionem, qui ſibi perſuaſerat, licitum eſſe Euangelicæ veritati aduerſantes occidere, neſcio an memorem. Eo vſq; hominem huius opinionis error abripuerat, vt Havvkinſum, claſſiarium illum ce-

Digitized by Google

M. D. LXXIII.
Patris & fratris debita ſoluit.

pus ære alieno, quod pater & frater apud exteros contraxerant, & fœnebri malo admodum increuerat, liberauit, ſyngraphis Ciuitatis Londini toties renouatis, iam magna cum ciuium lætitia redhibitis.

Nouatores Eccleſiam turbant.

Plurimum tamen moleſtiæ & Reginæ, & Eccleſiaſtico ordini faceſſerunt nonnulli ex ipſorum numero, qui zelo feruidi, & nihil niſi puritatem Euangelicam ſpirantes, non ſolum, Politiam Eccleſiaſticam (vt Romana fœculentia impuram) qua publice, qua priuatim concionando (etiam libros edendo quos *Admonitionem ad Parlamentum*, & *Admonitionis Apologiam* inſcripſerunt in calumniam rapuerũt: ſed etiam ſacra recepta adire recuſarunt, alioſq; ſibi cultus diuini ritus efformarunt atq; vſurparunt. Adeo vt Regina iſtos, tanquã homines inquieto ingenio, nouitatis auidos, & ad bene inſtituta conuellenda paratiſſimos, improbans, ad ſchiſma præuertendum, ſeueritatem *legis, de vniformitate publicarum precum*, vbique abhiberi mandauerit. Libelloſque iſtos Epiſcopis aut alicui è Conſiliariis Regiis in man⁹, ſub pœna incarcerationis tradi, etſi Ioannes Whitgiftus, qui poſtea Archiepiſcopus Cantuarienſis, eoſdem ſolide confutaſſet.

Papiſtæ Rempub.

Prodiit etiam à rebellibus & profugis Anglis liber proBroſus, *Tractatus de proditione* inſcriptus, in quo Baconum Sigilli Cuſtodem, & Cecilium Burghleium Regni Theſaurarium, proditionis in patriam accuſarunt, vt odium apud Principem & populum conflarent illis, qui prudentia & induſtria ſceleratos eorum conatus, & ſpem prauam præuerterant, aut infregerant. Tantumq; abfuit vt Regina iſtis accuſationibus fidem habuerit, vt programmate publicato eaſdem improbabiles, falſas, meraſque calumnias declararit; nec alio conſilio, à profeſſis veræ religionis & patriæ hoſtibus malitioſe eſſe confictas, quam vt malis & occultis artibus regnum fideliſſimis Conſiliariis orbarent. Quare monuit, vt ſinguli libellis iſtis fidem derogarent, negligerent, igni addicerent; niſi pœnam ſeditionis fautoribus irro-

Digitized by Google

irrogandam ſibi e maluerint. Veruntamen hi libri (inſito humanæ curioſitatis vitio) quia prohibiti, lectitati; donec (quod fieri aſſolet) ſpreti exoleuerint. *M. D. LXX III. Eorum libellus ſupprimitur.*

Superiori anno, menſe Nouembri, nata erat Carolo Regi Gallorum filia, quam, vt è ſacro fonte Elizabetha ſuſciperet, Rex rogauit, tum vt illam ſibi omni humanitatis officio firmius retineret, tum vt Proteſtantibus in Gallia omnem auxiliorum ſpem ex Anglia præcideret. Ad hæc, & ad pecuniam mutuam ſumendam, Albertum Gondiū Radeſianum (vulgo Comitem de *Rhetz*) aulicū facundum, in Angliam miſit. *Gondii Legatio.* Ille Reginæ, compoſita oratione perſuadere conatur, Pariſienſem lanienam, [quam alij ſcelus, ipſe remedium dixit] non in odium Religionis proteſtantium, ſed ad diſſipandam coniurationem à Colinio Admirallo, & aliis initam, exarſiſſe; Regem vero edicta Religionis ſanctiſſime obſeruaturum. Illam obſecrat, ne querulis & pauidis ſine cauſa hominibus aures patefaceret, ſed pactum nuper fœdus religioſe ſeruaret, illoſque ad Regis obſequium hortaretur, quem experirentur clementiſſimum. Illa ſe memorem pacti fœderis pollicetur, nec Regē quicquam ab ea (quod amantiſſimam confœderatam deceat) deſideraturum; De pecunia mutuo poſtulata, excuſat. Nec ille de pecunia niſi compoſito egit, ſcilicet, vt, quam illa Regi negauit, Proteſtantibus, ſi rogarent, non ſuppeditaret. Occaſionemq; ſane inde illa arripuit negādi pecuniam illis, non immemor, quam mala fide ſecum in re pecuniaria primo bello ciuili egerant. Peruicit Radeſianus hac legatione, vt Proteſtantes iam inde minorem gratiam & opem apud ipſam aliquantiſper inuenerint.

Paulo poſt Guilielmus Somerſettus Comes Wigorniæ, cum Baptiſterio ex ſolido auro in Galliam mittitur, vt cum Mariæ Auguſtæ & Ducis Saubaudiæ procuratoribus, Baptiſmo filiæ Galli, Reginæ nomine ſponſor intereſſet. *Comitis VVigornienſis in Galliam.* Quod cum comperiſſent piratæ Proteſtantes, Galli & Belgæ [qui eum Catholicæ Religionis cultorem ſuſpicabantur] parum

rum

Digitized by Google

M. D. LXXIII

rum abfuit quin in traiectu interceperint. E ſociis ſane nauigiis vnum & alterum, vectoribus nonnullis cæſis, diripuerunt. *Piratis mare purgatur.* Vnde Regina grauiter indignata, Guilielmum Holſtockum claſſis Regiæ * Cenſorem, cum paucis nauibus armatis emiſit, qui piratis captis, aut fugatis, & onerariis nonnullis ab iiſdem liberatis, maria purgauit. Cum autem plurimi eorum operam Montgomerio, qui in Anglia tunc hæſit, condixiſſent, ad opem Rupellanis obſeſſis ferendam; effectum eſt, vt ille ſerius ex Anglia ſoluerit, & cum claſſe quidem tam exigua, vt nihil omnino præſtiterit. *Galli Gallos male tractant.* Hinc Proteſtantes Galli in Angliam profugi, nimio plus commoti, in odium aduerſæ Religionis quoſdam Gallos aduenas iniurioſius tractarunt, imo ferro aggreſſi ſunt, & inter hos, famulos Flerij, qui occulte in Angliam ab Alenconio de nuptijs venerat; ipſumq; Flerium Vidamus Carnutenſis, negotij ignarus, apud regios Conſiliarios inſimulauit, quaſi ad tollendum è medio Montgomerium ſubornatus veniſſet.

** Controuler.*

Legatus Gallicus de auxilio in Galliam m[illegible] queritur. Contra Gallicus apud Reginam Legatus conquerebatur, Montgomerium Anglorum auxilijs contra fœdus, ad Rupellam nauigationem ſuſcepiſſe: & mercatores Anglos Rupellanis obſeſſis rem annonariam ſubminiſtraſſe. *Regina ſe excuſat.* Cui illa, ſe fidem fœdere interpoſitam ſancte ſeruare & ſeruaturam reſpondit, auxiliares illos, piratas eſſe & extorres, iniuſſu ſuo ſoluiſſe, ſigna ementita prætuliſſe, atque vt in eos animaduerteretur, peroptauit. Ad hæc mercatores Anglos Burdigalæ durius tractatos, licentia nō impetrata, Rupellam ad nauigaſſe; id genus homines ſuo lucro vbiq; velificari: ſimulq; rogauit, vt pro Rupella commodior aliquis portus in Gallia, ad eorum negotiationes aſſignaretur.

Sollicitatur de nuptiis cum Alenconio. Gratiſſima Gallo fuerūt hæc reſponſa, Angliæ Reginam fidem ſeruaturam, & à Proteſtantibus Galliæ iam eſſe alienam, adeo vt ab ea opem expectarent nullam. Hinc Gallus & mater illam animo magis magiſq; amplexi ſunt, quam vere amicitiam colere perſpexerāt, & ad illā ab Alenconio,

plures

Digitized by Google

pluſes literæ amatoriæ ex caſtris ad Rupellam ſunt ſcriptæ, totoq; hoc anno nuptiæ ſolicite ambitæ, Gallo & matre obnixe intercedentibus, per Mota-Fenellonium, Legatum ordinarium & Caſtro Nouium ſiue *Chaſteauneuf*, eo nomine delegatum. Certe Elizabethã, in ſerias de nuptiis cogitationes impulit, duplex ex orbitate metus, hinc domeſtici contemptus, inde externarum molitionum, contra quæ maritũ & liberos firmiſſima eſſe munimenta ſibi perſuaſerat, & ſæpius aliis dixerat. Cõtra ab Aulicis in rem priuatam intentis, diſſeritur. *Religionem & æquitatem validiſſima eſſe imperii munimenta contra omnia: Nec eſſe, cur illa contemptum à ſuis timeret, quorum & res & ſpes in vna ipſa defiguntur, animi longa auorum ſerie deuinciuntur, oculi virtutum ſplendore in dies magis exhilarantur*, & id genus alia Aulicis familiaria. Cum autem illa ſæpius illud vſurparet, *Plures ſolem occidentem negligere*, palpones iſti non deſtiterunt inculcare; *Quis ſalutares ſolis clare ſplendentis radios negliget, vt funeſtam & confuſam minimarum ſtellarum ſimul exorientium* [ſic *Competitores* appellitarunt] *ſcintillationem aſpiceret?*

M. D. LXXIII.

Illa lubens audit.

Ex duplici metu.

Aulici contradiſſerũt.

Inter hæc Regina parens iterum atq; iterum rogauit, vt filius Alenconius in Angliam libere traiceret, ad eam inuiſendam, quæ crebris fatigata literis, tandem aſſenſum præbuit, modo nec fraudi, nec probro ille duceret, ſi re infecta rediret. At quamprimum Elizabethæ ſubnotuit, Henricum Ducem Andinum eius fratrem, in Regem Poloniæ eſſe electum, & Gallorum regem valetudine eſſe afflicta, per Edwardum Horſeium Inſulæ Vectæ Præfectum, Alenconiũ monet, ne præpropere Angliã adiret, rationeſq; ſubiungit, *ex laniena in Proteſtantes Religionis cauſa, per Galliam, inter nuptiales feſtiuitates, immaniter commiſſa, cum ille primum nuptias ambiret, ſuſpitionem apud Proteſtantes in Anglia enatam eſſe, nuptias has funeſtas fore. Eoq; magis, quod ipſe Alenconius protinus ad Rupella obſidionem profectus, hoſtili contra Proteſtantes animo, & literis inde datis, ſcripſiſſet, ſe tum demum Reginam inuiſurum, cum Rupellam expugnatam viderit. Vt ira eius in*

Alenconio cõmeatus in Angliam veniendi conceditur.

Submonetur tamen ne veniret.

M. D. LXXIII. *Proteſtantium Religionem, quam amor in Reginam inflammatior videretur. Indeq́; quam plurimos in Anglia ſuſpicari, quaſi venturus ſit in Angliam, ad nuptias ambiendas, gladio eorum cruore intincto, qui eandem quam Angli, profitentur religionem:* Quamobrem amice, & amatorie ſuadet, *vt pacem in Gallia conciliaret, & ſtudium in Proteſtantes inſigni aliquo argumento prius declararet, quo gratior hoſpes & procus in Angliam veniret.*

Pace poſtea in Gallia facta, & ſua proteſtantibus certis in locis religione permiſſa; Rex Galliæ & Regina parens denuo nullam non operam dederunt, vt nuptiæ conficerentur [Alenconium etenim, vt ingenio tortuoſo, & ad res turbandas præcipiti, è Gallia ſubmotũ voluerunt] ſimulq́; Elizabetham rogarunt, vt ſi Andinus per mare poloniam cogitaret, publica fide interpoſita, per Britannica maria nauigaret. Quod illa, non ſolum lubentiſſime conceſſit, verum etiam claſſem quæ deduceret, obtulit. Interim variolis laborauit Alenconius; quod mater eius per Gondium Radeſianum Elizabethæ ſignificauit; & per valetudinem, quo minus ille in Angliam veniret, excuſauit. Gondius Cantuariæ Elizabetham offendit, quæ illum magnifice excepit. Quo tempore Matthæus Parkerus Archiepiſcopus Cantuarienſis, in ampliſſima Archiepiſcoporum aula, quam reſtaurauerat, diem natalem Reginæ, ſeptimum ſcilicet Septembris, celebrauit, inuitauitque Reginam, Gondium, Mota-Fenelonium, tanta nobilium conuiuarum multitudine, quanta Anno ſalutis 1519. Carolus Quintus Imperator, & Henricus Octauus eadem in aula conuiuati fuerant.

Gondius in Angliam redit. Conuiuio excipitur.

Mortonius Scotiæ Prorex.

In Scotia, Iacobus Douglaſius Comes Mortonij, Scotiæ Prorex, in Comitis Marriæ locum, curante in primis Elizabetha, ſuffectus erat, qui authoritate in Ordinum conuentu conſtabilita, ſalutares leges, ad religionem contra Pontificios & Hæreticos aſſerendam, Regis nomine ſanxit. Regis vero cuſtodiam Alexandro Areſkino, cum Comes

Marriæ

Marriæ (ad quem peculiari iure Regum Scotiæ in tenella ætate cuſtodia ſpectat) minor eſſet ætate, confirmauit his legibus, vt Pontificii & factioſi omni acceſſu excluderentur, Comes cum duobus famulis, Baro cum vnico admitteretur, cæteri ſoli & ſinguli inermes. *M. D. LXXIII.*

Gallus interim, miſſo Viriaco, nullam non mouit machinam, vt Proregem, priuſquam inualeſceret authoritas, ſupplantaret, & Atholium, Huntleium, & alios, precio propoſito, opponeret. Elizabetha contra obnixa, per Henricum Killegræum Scotos edocuit, Atrocem illam lanienam Pariſienſem, ex Pontificis Romani, Galli, & Hiſpani in Proteſtantium exitium coniuratione, perpetratam fuiſſe. Monuit itaque eos, vt nec Gallicis penſionibus corrupti, nec factionibus diſiuncti, viam externis copiis, quas Strozius ducturus credebatur, aperirent; ſed fortiter vno animo ſe opponerent, ad Religionem defendendam, quæ vnicum inter Anglos & Scotos concordiæ vinculum: & ad Regem prouide conſeruandum, vel in Angliam tranſmittendum, quo minus in Galliam ſubduceretur. Nihilominus nonnulli è Proceribus, in captiuæ Reginæ partes iurati, Regis, Proregiſque authoritatem omnino detrectarunt, donec Elizabetha, ſua interpoſita authoritate, Iacobum Hamiltonium Ducem Caſtri-Heraldi, Georgium Gordonium Comitem Huntleiæ, qui inter eos erant primarii, opera Killegræi ad ſatis æquas conditiones perduxerit; Scilicet, vt religionem in Scotia conſtitutam agnoſcerent, Regi ſe ſubmitterent, necnon regimini Mortonii, & ſucceſſorum eius in regimine; aliorum omnium authoritatem eiurarent: vt quicunque contra religionem, Regem, vel Proregem aliquid molirentur, lege Parlamentaria proditores iudicarentur; vt ſententiæ contra Hamiltonios & Gordonios latæ reſigerentur, niſi illæ, de cæde Morauii & Lenoxii, Proregum, quæ Elizabethæ arbitrio relinquerentur. (Illa autem hoc ad Regem reiecit, ampliandumq; cenſuit, donec Rex imperium per ætatem ex iure regni ſuſciperet.) Vtque ſingula crimina

Eum Gallus opprimere ſtudet.

Elizabetha defendere.

Et res Scoticas componere.

Quibus conditionibus.

M. D. LXXIII. à XV. die Iunii M. D. LXVII admiſſa, Lenoxii cæde excepta, veniam petentibus condonarentur. Viſum tamen eſt, ad ſecuritatem tam Regis quam Proregis, ne hic cædi exponeretur, ille in Galliam exportaretur, vt Regina Angliæ publico inſtrumento fidem interponeret, nec Hamiltonios, nec alium quempiã de Proregum cæde in quæſtionem, niſi illa conſentiente, vocandos, aut bonis mulctandos. Quod etiam in Ordinum cõuentu ad publicam quietem tempore turbulẽto fundandam, ſancitum. Has autem conditiones Guilielmus Kircaldius Grangianus (quem Caſtro Edenburgenſi Morauius Prorex, fide regis nomine accepta, præfecerat) Baro Humius, Lidingtonius, Epiſcopus Dunkeldenſis, & alii, qui inique cum Scotorum Regina agi exiſtimarũt, nullo modo admittere voluerunt. Sed pręfractis animis, Regis & Rroregis authoritate ſpreta, Caſtrum illud Reginæ nomine tenuerunt & munierunt, vſi Lidingtonio coſultore, & freti prærupta loci firmitate, apparatu bellico (omnis enim regius apparatus ibi aſſeruatur) & promiſſis ab Albano & Gallo auxiliis, qui nonnihil pecuniæ ſubmiſerat (cuius pars maxima ad *Blac neſſum* intercepta) & plus miſſurus erat, niſi diutina Rupellæ obſidione diſtentus fuiſſet. Cum hi ad nullas pacis conditiones, nec precio à Prorege propoſito, nec Elizabethæ ſuaſu, aut minis induci poſſent, quin caſtrum contra Proregem propugnarent, Vrbem Edenburgenſem iuſtitiæ ſedem eiaculationibus & irruptionibus indies infeſtarent, & auxiliares copias è Gallia accerſerent. Elizabetha, quæ Gallos in Scotia nullo modo ferre poterat, tandem à Prorege exorata, copias, machinas, & apparatum bellicum, ad Caſtrum expugnandum, his legibus promiſit.

Grangius ſe opponit.

Edenburgenſe Caſtrum defendit.

Angli ad expugnandum miſſi.

Prorex nihil cum obſeſſis, Anglorum ductore inconſulto, transiget, nec ille viciſſim, Prorege & regis Conſiliariis inconſultis. Si Caſtrum in Anglorum manus deuenerit, Regi intra decem dies, cum omni apparatu bellico, Vtenſilibus, regni regiſq; Commentariis, & Archiuis tradetur; cætera oppugnantibus in prædam cedent.

Quibus legibus.

Digitized by Google

Angli nullum in Scotia locum munient, niſi cum conſenſu Proregis & Procerum. Prorex omnem, quam poterit, opem & commeatum Anglis præſtabit. Obſeſſi, Caſtro capto, reſeruabuntur, vt ex legibus in illos agatur, Regina tamen Angliæ prius conſulta. Si qui Angli fuerint occiſi, eorum vxoribus & liberis ſtipendia in duos annos è rebellium bonis numerabuntur. Si qui vulnerati, ſtipendia etiam numerabuntur donec curabuntur. Tormenta Anglica, ſi qua pereant, ſulphureus puluis & globi expenſi, ex regio in Caſtro apparatu, aut rebellium bonis reſarcientur. Et obſides decem in Angliam mittentur, in ſecuritatem de copiis & tormentis remittendis, niſi ſors belli communis interuenerit. M. D. LXXIII

Ex his legibus Gulielmus Drurius, Præſidii Berwicenſis Mareſcallus, cũ tormentis aliquot maioribus, & militibus mille quingentis (inter quos fuerũt nobiles volones, Georgius Carius, Henricus Carius, Thomas Cecilius, Henricus Leæus, Guil. *Knolles*, Suttonus, Cottonus, Kelwaius, Guil. Killegreus, & alii) Scotiam ingreſſus, auxiliari Scotorũ manu adiũcta, Caſtrum obſidione incinxit, poſtquã ſemel atq; iterum deditionẽ Regis nomine fruſtra imperaſſet; Primũ, è quinq; molibus aggeſtis, quatuor cõtinuis diebus in arcẽ effulminatũ; & maxime in *Turrim Dauidis*, quæ poſt aliquot dies decidit. Impreſſione poſtea facta, propugnaculũ, quod *Spurr* nominant, captum, dum qui ex altera parte eodẽ momento arcem aggreſſi, non ſine cæde reiiciuntur. Poſtridie, ſigno dato, obſeſſi colloquium cũ Drurio petierũt. Deſcendunt è caſtro funiculo demiſſi, ipſe Kircaldius, & Robertus Meluinus, Henrico Leæo & Flecco Scoto obſidibus in Caſtrum itidẽ acceptis; Poſtularũt, vt vita & bonis libere fruerentur, vt Humius & Lidingtonius, ob priuatas quorũdam inimicitias, in Angliam ſecederent, vt Kircaldius in Scotia maneret, ſin minus, bona cũ venia diſcederet. Cum hæc nõ concederentur, ſed tantũ permitteretur, vt milites inermes cum impedimentis abirent; perẽdie, ob paucitatẽ Preſidiariorum, qui inter ſe diſcordes, vulnerati, vigiliis, & laboribus confecti, ſine ſpe ſubſidii, necnon ob defectum aquæ *Angloru*m *auxiliu*m *obſidetur.*

agendi percupidus, mox aufugit. Atslous Pontificiorum archiatrus, Goodus Medicinæ Doctores, & Fran. Beitius, quod clandeſtina literarum commercia cum ea habuerint, aliquot menſes in carcere erant detenti; & eadem de cauſa Henricus Godieius & Richardus Louderus in ſuſpicionem vocati. *M. D. LXXIII.*

Roſſenſis interea nullum erga Scotorum Reginam fideliſſimi ſubditi officium, apud Imperatorem, Pontificem Romanum, Gallum, & Germaniæ Principes Pontificios, prætermiſit, qui ſinguli ſpem fecerunt, nihil tamen prorſus præſtiterunt. Sed hac in re incommodiſſime accidiſſe querebatur, quod Albanus in quo ſpem maximam collocarat, jam è Belgio diſceſſurus erat, honeſta miſſione impetrata, ſub fucata incommodæ valetudinis reparandæ ſpecie. Verum enimuero illum ad victoriam crudeliter progredientem, Hollandia fere vniuerſa in poteſtatem redacta, reuocarat Hiſpanus, perſuaſus à Granuellano Cardinale, & Roderico Gomezio de Sylua, hominis potentiā nimio plus inualeſcere, nomenque ſupra Principis attolli, & violenti imperij aſperitate Belgas ad defectionem, imo deſperationem adigi, Et ſi ſanguinarij nonnulli in Hiſpania, non alium magis idoneum ad hoc bellum conficiendum, & Belgium in Prouinciæ formam ſubjugandum, reperiri potuiſſe cenſerent, Qui, homines immites, miſereri Regis videbantur, ſi Auraſionenſem & fœderatos, obſtinatis animis ad libertatem retinendam peruicaces, ab opibus firmos, & locorum ſitu tutos, in ordinem manſuetudine redigi ſperaret. Succeſſor datus Ludouicus Zuniga Requeſenius, Magnus *Caſtiliæ Commendator*, vir mitiori ingenio, qui omnibus officiis Elizabethā demerēdi cupidus, ſuis intentus, reb. Stoicis aut Anglicis ſe immiſcere noluit. *Abſens res nouas molitur.* *Albanus è Belgio reuocatur.* *Requeſenius ſuccedit.*

Veſanam Petri Burchetti opinionem, qui ſibi perſuaſerat, licitum eſſe Euangelicæ veritati aduerſantes occidere, neſcio an memorem. Eo vſq; hominem huius opinionis error abripuerat, vt Hawkinſum, claſſiarium illum celebrem, *Burchettus morte afficitur.*

Digitized by Google

M. D. LXXIII. lebrem, in publico pugione aggreſſus, ſauciarit, ratus Hattonum eſſe gratia tunc temporis apud Reginam florentem, & ab intimis conſiliis, quem nouatoribus aduerſari audiuerat. Regina ad hoc facinus ſupra quam ſolebat ita exarſit, vt in hominem ex Iure Militari ſiue Caſtrenſi, protinus animaduerti iuſſerit; donec à prudentibus fuiſſet edocta, ius illud non niſi in caſtris, aut temporibus turbulentis adhibendum; domi autem & in pace *ex proceſſus iudiciarij formula* agendum. In iudicium itaque vocatus, affirmauit quod fecerat, literis ſacris conſonum eſſe, ideoque licitum, Vnde hæreticæ prauitatis damnandus, opinionem renunciare promiſit, tergiuerſatus tamen noluit. Deinde in Arcem Londinenſem coniectus, alterum è cuſtodibus, ligno è foco arrepto, & in cerebrum impacto, occidit, homicidiique damnatus, dextra præciſa & ad patibulum affixa, reluctans, & filens, ſuſpenditur.

Ius Caſtrenſe ſiue Militare.

Guil. Baro Howardus Effinghamius obiit.

Principio huius anni ſupremum ſpiritum edidit Guilielmus Baro *Howard* Effinghamius, Priuati Sigilli Cuſtos, Thomæ Howardi, bellicoſi illius Norfolciæ Ducis, è ſecunda vxore Agnete Tilneia, filius, vir fidei ſpectatiſſimæ & animi inuicti, qui primum Caleti Præfectus, in Baronum numerum à Regina Maria adſcitus, & Magnus Angliæ Admirallus conſtitutus. Cui poſtea Cubicularius erat, vt etiam Elizabethæ, donec ætate fractus Suſſexio paucis ante obitum menſibus, ceſſerit, Priuati Sigilli Cuſtos factus, qui in Anglia quartus eſt, vt dixi, honoris gradus. Succeſſit in Baroniæ honore Carolus filius, qui poſtea Reginæ Cubicularius, & Magnus itidem Angliæ Admirallus.

Reginaldus item Comes Cantii.

Obiit etiam haud ita poſt, Reginaldus Greius, Comes Cantii, quem Regina, ante annum, è priuato in honorem Comitis Cantii euocauerat, poſtquam ille titulus à morte Richardi Greij Comitis Cantii, qui patrimonium profligarat, maiorque frater huius aui erat, annos quinquaginta iacuiſſet: ſucceſſit vero in eo honore Henricus frater.

Nec

Digitized by Google

Nec tacendus Ioannes Caius, Medicus celebris, patria Norwicenſis, educatione Cãtabrigenſis & Patauinus, hiſce diebus defunctus, qui multa Galeni & Celſi Latine conuertendo, & plura commentando, aſſiduã operam rei medicæ, & vniuerſas opes Reipub. literariæ contulit. adiungendo nouum Collegium veteri *Gonvvelli Aulæ* Cantabrigiæ, & 13. ſtudioſos perpetuo alendos. Vnde Gonwelli & Caij nominibus in vnum Collegium coaluerũt, in quo ille tumulatur cum hac Epigraphe, Fui Caius. *M. D. LXXIII.* *Caius Medicus.* *Gonvvelli & Caii Collegium.*

In Hibernia *O-Conori*, & *O-Mori* familiæ quietis impatientes, contractis prædatorijs turmis, atrociter graſſati, Athlonum ad Sineum flumen diripuerunt, & incenderũt. Sed quo minus copias cum rebellibus in Momonia cõiungerent, obſtitit Io-Perottus Momoniæ Præſes, qui Iacobum *Fitz-Moris* & *Fitz Edmunds* Imokelliæ Seneſchallum rebellantes, ita aſſiduis incurſibus exagitauit, pluribus cæſis, & Caſtello Maino cum præſidiariis Gallis expugnato, vt adigeret in templo ad Kilmalocum, id eſt, S. *Malachiæ Cella*, criminium gratiã ſubmiſſiſſime expoſcere. Eodemq; tempore Comes Deſmoniæ cum Ioanne fratre, qui rebellionis illius authores, in Hiberniam ab Edvvardo Fittono ex Anglia reducti, in carcerem Dubliniæ coniiciuntur, è quo tamen breui eruperunt. *Turbæ in Hibernia.* *Perottus rebelles coercet* *Comes Deſmoniæ è carcere euadit.*

In Vltonia Brianus *Mac-Phelimus*, qui magnam partem regionis Clandeboiæ vſurpauerat, oppidum *Knoc-Fergus*, ideſt, *Ferguſii rupem* incendit; & alij eo tractu tumultuari ceperunt. Contra hos *VValterus D'euereux* (quẽ Elizabetha nuper Eſſexiæ Comitem crearat,) expeditionem poſtulat; illis vſus conſultoribus, qui eum longius abeſſe, & in pericula, ſpecie honoris, præcipitare primis votis habuerunt. Quod illum haudquaquam latuit. Verum vir impiger, & qui animũ ab ineunte ætate bellicis ſtudiis imbuerat, propoſiti tenax cum Regina tranſigit, vt, quibuſdam cautionibus, pars altera Clandeboiæ, ſi rebelles ſubmoueret, ſibi & ſuis commilitonibus cederet; ad quam tuendã Equites cc. *Comitis Eſſexiæ in Hiberniam expeditio.*

M. D. LXXIII.

Pedites CCCC. ſuis ſumptibus aleret, & in belli apparatum decem millia librarũ monetæ Anglicæ à Regina, prædiis in Eſſexia oppigneratis, mutuo ſumit. Guilielm⁹ *Fitz-VVilliams*, Hiberniæ Prorex, veritus ne tanti Comitis ſplẽdor ſuo in Hibernia lumini officeret, Reginam monet, ne mittatur, neſcio quam vniuerſæ Vltoniæ defectionem ſibi comminiſcens. Veruntamen Eſſexius mittitur, atque vt Proregi ſuus honos & authoritas conſtaret, Diploma à Prorege accipere iubetur, quo Vltoniæ fieret Gubernator, quod ſerius, nec ſine importunis efflagitationibus, impetrauit.

At *Knock-fergus* graui tempeſtate iactatus, præcipiti Auguſto appulit cum Darcio & Richo Baronibus, Henrico *Knolles*, & quatuor eius fratribus, Michaele & Ioanne *Cariis*, Henrico, Guilielmo, & Ioanne *Norriſiis*, & tumultuaria militum manu. Priuſquam appulerat, Brianus *Mac-Phelimus* armenta, opes ſcilicet ſuas, in interiora abegerat (pecorum enim, præter oues & porcos, triginta millia numerabat.) Appulſo gratulatur, & omne ſtudium benigniſſime defert, vti etiam *Mac-Gileſpicus*, *Mac Guilius*, Hugo Baro *Dunganoni*, aliiq; Dynaſtæ circumuicini. Ille *Mac-Phelimo* rebellionis crimen condonare promittit, & beneficentia aſtringere ſtudet. Verum iſte mox deficit, & ad Turloghum *Leinigh* ſecum ſuis ſubducit; inde velitationes aſſiduæ aduerſus Anglos. Baro Richus priuatis negotiis auocatus in Angliam poſt menſem rediit, Henricus item *Knolles*, ob valitudinem affectam, pluresq; indies alia atq; alia cauſantes, ex inculta illa regione ſe ſenſim ſubduxerunt. Eſſexius grauiter apud Reginam & amicos literis conqueritur, commilitones nobiliores langueſcere, expeditionem ſero fuiſſe ſuſceptam, annonam ſerius aduectã, eamq; corruptã, gregarios milites inconſiderate delectos, eorum plures periiſſe, *Mac-Phelimum* defeciſſe, idq; Pierſij Angli militum ductoris (qui prius in hac parte inter Hibernicos dominat⁹ erat) verſutia, imo perfidia, Se belli expen-

A ſuis deſeritur.

expenſis imparem eſſe, Proregem nondum Diploma miſiſſe, adeo vt nullam authoritatem in finitimas gentes poſſet exercere, Reginam itaq; precatur, vt rem ſuo ipſius nomine & imperio ſuſciperet, quamuis ille alteram expenſarum partem refunderet. *M. D. LXXIII. Difficultatibus affligitur.*

Poſtea Suſſexium, Leiceſtrium, & Burghleium obſecrat, vt apud Reginam intercederent, vt illa c Equitibus & D c. peditibus ſtipendia numeraret. & *Maiam* peninſulam ſibi concederet. Cumque Regina Eſſexium ex Vltonia reuocare apud animum ſtatueret, tumultibus in Momonia emergentibus, Leiceſtrius & alij peruicerunt, ne reuocaretur. Iuſſitque Prorex, vt dum ipſe in Deſmonium è cuſtodia contra fidem datam elapſum, moueret, Eſſexius ad limites Vltoniæ accederet. Quod etiam ſi graue erat, qui iam in *Clandeboia* munitionib. firmandis totus erat, paruit tamen, imo & in Momoniam profectus cum Kildario, Deſmonium ad pacem colendam perſuaſit, qui haud multo poſt ſe ſubmiſit.

Iam Eſſexius authoritatis Diplomate accepto, in Turloghum *Leinigh* longum ſuſcepit iter, & *O-Donellus* ſe adiunxit. Cono autem *O-Donello* Turloghi genero, qui ſub illo merere noluit, Lifferum caſtrum abſtulit, & Hugoni *O-Donello*, conceſſit. Turlogho interim tempus colloquiis ꝓtrahente, donec Eſſexio neceſſario fuerit redeundum. Qui vt corpus laboribus & curis tota æſtate fregerat, ita iam hieme ingruente, altius cum animo reputat qua ratione Vltonia, tam diu neglecta & efferata, ad humanitatem reuocaretur. Et re mature deliberata docuit, ſi tria oppida Reginæ expenſis & decem propugnacula collatitia, cõmilitonum pecunia in locis opportunis quæ deſignauerat, conſtruerentur, ſupra ſeptem millia librarum monetæ Anglicæ quotannis colligi poſſe, nec poſt bienniũ regio pſidio opus fore.

Dum his & huiuſmodi de re annonaria ſalutaribus ſtudiis totus vacat, parum aberat, quin ab Hibernicis opprimeretur. Brianus. n. *Mac-Phelimus* qui Morum Angiũ, mi itum *Mac-Phelimum capit.*

M. D. LXXIII.

ductorem ex inſidijs nuper peremerat, cum Turlogho & Hebridianis Scotis, in eius perniciem coniurauerat. Quod vbi primum ei innotuit, illos non expectare, ſed adoriri conſultiſſimum ratus, tam animoſe aggreſſus eſt, vt ducentis Hibernicorum cæſis, Brianum Rorium, *Oge* fratrem eius vterinum, & Briani vxorem cœperit. His negotijs in Hibernia annus, nullius bono, ſed magno Eſſexij damno, protruditur: necnon inſigni detrimẽto Chatertoni nobilis Angli, qui certis quibuſdam cum Regina conditionibus, Colonias Anglorum in *Fues*, & *O-Hanlani* territorium vicinum deducere infœliciter in ſe receperat.

Chatertoni irritus conatus.

M. D. LXXIV.

Alenconius Elizabetham inuiſere petit

PRimo anni menſe FRANCISCVS Alenconius, per literas amoris pleniſſimas, & Maueiſeirum Galli Legatum, vehementius quam ante agitat, vt fide publicâ in Angliam veniret, & Elizabetham, quam abſens omni amore & honore proſequebatur, præſens ſalutaret. Illa efflagitationibus euicta ceſſit, licet aliud ſubmoneret; fideque interpoſitâ conceſſit, vt quandocunque libuerit ante vigeſimũ Maii, veniret, nec quicquam humanitatis deſideraturum quod ab amantiſſima Principe expectari poſſet, prolixe promiſit. Certe ardentiori amore & beneuolentia eum proſequuta eſt, poſtquam illum infenſiori animo in Guiſios iuratos ſibi hoſtes, explorate comperiſſet. Verum priuſquam hoc reſponſum Alenconio relatum, Valentinus Dalus Legum Doctor in GALLIA Legatus (qui Walſinghamio iam Secretario ſuffectus) ſignificauit, Alenconium & Nauarrum rerum nouandarum ſuſpectos teneri. Regina enim parens, vaſti animi fœmina, ſuſpicari cœperat, illum cum Nauarro, Momorantio, & aliis occulte moliri, vt ſi quid humanitus Regi accideret, ipſam à rerum adminiſtratione amouerent; ſuſpicionemque auxerunt Guiſii, ſuggerentes, Alenconium ſuum non ita pridem Colinio, Proteſtantium in Gallia anteſignano, intimo amico, clam vſum fuiſſe. Alenconius in-

Illa annuit.

Ille domi ſuſpectus.

nius in-

nius interrogatus, inter alia, vltro confeſſus eſt, ſe iam aliquandiu nuptias cum Regina Angliæ ambiiſſe, ad quas cum Colinii amicitiam vſui futuram exiſtimaret, ſubinde de iiſdem, & bello Belgico cum eo verba habuiſſe. Nihilominus ei & Nauarro cuſtodes appoſiti. Thomas autem Wilkeſius, Dalo ab Epiſtolis clandeſtino vtrumque acceſſit, Reginæque nomine conſolatus, ſpoſpondit, eam nullam illos leuandi, iuuandiq; occaſionem prætermiſſuram. Quod mox ſagax illa vetula deprehendit, Wilkeſiumq; ita exagitauit, vt neceſſario in Angliam ſe ſubduxerit, queruliſq; literis ita perſequuta, vt remitteretur in Galliam, & culpam ſupplex deprecaretur. Huius conſolationis Nauarrus non immemor, cum iam Rex Galliæ poſt xxv. annos, eum in Normãnia videret, dignitate equeſtri exornauit. Deinde Thomam Randolphum Elizabetha in GALLIAM ad Reginam matrem legauit, vt ſi fieri poſſet, Alenconium filium & Nauarrum in priſtinã gratiam recõciliaret. Sed priuſq̃ ille in Galliã appulit, Carolus Rex diẽ obiit vltimã, cui exequiarum iuſta in Templo Paulino Londini ſummo cum honore pſoluta. *M. D. LXXIV.* *Cuſtodia datur.* *Illa ſolatur.* *Carolus 9. moritur.*

Vbi primum Henricus eius nominis Tertius, Rex GALLIARVM, è Polonia in Galliam ſucceſſor rediiſſet, Rogerus Baro Northus in Galliam mittitur, qui regnum & reditum nouo Regi congratularetur, Galliæ inteſtinis bellis conuulſę condoleret, pacem & edictorum obſeruationem ſuaderet, Alenconium in gratiam reduceret, odium in Momorantium, & Coſſæum leniret, & beneficentiam in Charlotam Borboniam, Mounpenſierani Ducis filiam, quæ in Germaniam religionis cauſa ſe ſubduxerat, excitaret. Verum ille nihil effecit cum GALLIA quaſi fato impulſa, in bellum funeſtum præceps rueret. Nihilominus Rex & mater, iunctis literis, Gardam in Angliam mittunt, qui matrimonii negotium pro Alenconio filio proſequeretur. Illum.n.iam excandeſcentem, quod indigne, tanquam captiuus, à matre circumduceretur, & arcana conſilia cum Politicis in Gallia conſociantem, in ANGLIAM ablegare ſpe nuptiarum cogitarunt, *Baronis Northi ad Henr. 3. Legatio.* *Ille & mater Alenconium Angla cõmendant.*

M. D. LXXIV

gitarunt, vt iuuenis animum à belli & partium ſtudiis diuerterent.

Scotiæ tamen Regina contra Proregem fauent.

Interea tamen nihil non clandeſtinis artibus in Scotia egerunt vt tenellus Rex in Galliam tranſmitteretur, & Mortonius Prorex de gradu deijceretur; Scotis è Gallico ſatellitio ad hæc in Scotiam ſubmiſſis. Et hoc Scotorum Regina percupiit perſuaſa ſi filius extra periculum in Gallia eſſet, ſecum & Catholicis in Anglia mitius actum iri. Hinc enim illa futurum putauit, vt Anglica in Scotia factio, regij nominis authoritate hacten⁹ ſubnixa, protinus labaſceret: & Angli tam è GALLIA, quam è Scotia indies ab eo, vt magis magiſque adoleſceret, timerent. Nec minus GALLI hoc exoptarunt, ſubueriti, ne Scotiæ Prorex Anglis deuotiſſimus, antiquum illud inter GALLOS & Scotos fœdus diſſolueret. Nihilominus cum ille efflagitaret, vt fœdus mutuæ defenſionis inter Angliam & Scotiam contra exteros iniretur, minime exauditus erat; forſitan quod ſimul efflagitauerit, vt annua penſio ſibi & quibuſdam Scotis aſſignaretur.

Anglia eum negligit.

Delatorib. contra Scotam credit

Illi autem exauditi ſunt, qui tenui ſuſpicione perſtrinxerunt Reginam Scotorum, Salopiæ Comitiſſam, & etiam ipſum Salopiæ Comitem, quaſi nuptias inter Carolum Regis Scotorum patruum (cui Rex Lenoxiæ Comitatum nuper in Parlamento confirmauerat) & Elizabetham Candisham, Comitiſſæ Salopiæ ex priore marito filiam, Regina inconſulta confeciſſent. Quo nomine vtriuſque mater, aliique in cuſtodia aliquantiſper detenti, & in Scotorum Reginam culpa omnis coniicitur.

Comes Huntingdoniæ, Præſes Concilij Septentrionalis.

Quo tenderent hæ nuptiæ, cum variæ enaſcerentur ſuſpiciones, HENRICVS Comes Huntingdoniæ, Præſes Concilij, in partibus Septentrionalibus cum nouis documentis, & arcanis ad hanc rem, conſtituitur. Hic Magiſtratus qui iam honoris plenus, ex tenui origine ad tantam magnitudinem breui emicuit. Vt .n. libero breuiq; digreſſu quæ accepi, poſteris tradam; Cum regnante Henrico Octauo poſt Septentrionalium de Monaſteriis ſubuertendis rebellionē conſopitam,

Digitized by Google

conſopitam, Dux Norfolciæ his partibus hæreret, multæq; querelæ de iniuriis in rebellione deferrentur; ipſe alias compoſuit, aliaſq; ſub ſigillo ſuo viris prudentibus componendas commendauit. Quod cum Rex comperiſſet, peculiare ſigillum quo in his cauſis vteretur, miſit; idemque, Duce reuocato, Tunſtallo Epiſcopo Dunelmenſi cõmiſit, atq; *Aſſeſſores* conſtituit, cum authoritate *ad audiendum & terminandum pauperum querelas.* Ille tum primus omnium *Præſes* nominatus, ſucceſſorumq; authoritas iam inde plurimum inualuit.

M. D. LXXIV.

Huius Concilii origo.

Summus veſtium luxus his temporibus in Angliã ſe infuderat, & patrius cultus peculiari gentis imitatricis vitio ita ſordeſcebat, vt homines nova veſtium forma, & apparatu nimis ſplendido, animorum deformitatẽ & inſolentiam quandam proderent, dum ſericati, auro & argento, vel intexto vel bracteato rutilantes, paſſim volitarent. In hunc luxum, cum Regina obſeruaſſet magnã vim pecuniæ ad ſericum & alias exoticas merces quotannis è Regno, publico Reipublicæ incommodo, euehi; & plures ex nobilitate, qui vſui eſſent Reipub. alioſque, vt nobiles viderẽtur, priuato damno, nõ ſolũ patrimonia profundere, ſed etiam ita æs alienum conflare, doloque malo vti, vt neceſſario in laqueos legum inciderent, & rebus nouis ſtuderent, cum ſua prodegiſſent, licet ex legibus Henrici VIII. & Mariæ in hos agere poſſet, & inde magnam pecuniam exigere, ex imperio tamen agere maluit. Edictoq; imperat, vt quilibet intra XIV. dies veſtitum ad præſcriptam rationem conformaret, ne ſeueritatem legum euocarent, & ipſa in aula incœpit. Sed temporis malignitate, & hoc edictum, & leges ſuperbo huic luxui paulatim ceſſerũt, qui ſemper inſolẽtior renaſcebatur, vnaque conuiuiorũ luxuria irrepſit, & ædificiorũ ſplendor. Plures enim, & Nobilium & priuatorũ villæ, elegantia, laxitate, & cultu cõſpicuæ, iam paſſim in Anglia ſurgere cœperũt, quã alio quouis ſeculo, magno ſane regni ornamento, verũ hoſpitalis gloriæ detrimento.

Veſtium luxus coercitus.

Anglia ædificiis ornatur.

Anglis,

Digitized by Google

M. D. LXXIV.

Angli in Hollandia fuſi.

Anglis, qui ſub Edvvardo Cheſtero & Gainsfordo in Hollandia militabant, hoc anno aliis virtus, aliis ſucceſſus defuit. Qui enim ad Valkenburgum in præſidio erant, ſtationem deſeruerunt, & poſtea hoſti ſe dediderunt. Quibus tamen parcitum eſt, né Elizabetha claſſi Hiſpanicæ, Belgium per Mare Britannicum petenti, receptum & cõmeatum negaret. Alij ad Goudæ Scluſam, ſiue Emiſſarium, cum poſt acre certamen Hiſpanos animoſe repuliſſent, ex improuiſo ab hoſte, qui flumen tranſnatarat, oppreſſi, & de præſidio deturbati, ducentis cæſis, & tribus ſignis captis.

Miniſtri illuſi.

Cete eiectum.

Tamiſis fluxus inſolitus.

Cœlum ardere viſum.

Neſcio an operæpretium ſit hæc minutiora memorare, piam quorundam miniſtrorum Londinenſium credulitatem hoc anno à puella illuſam, quæ ſe à Dæmone obſeſſam ſimulabat; Vaſtum Cete ad littora Taneti Inſulæ aquis deſtitutum, cuius longitudo 20. vlnis noſtratibus, latitudo à ventre ad ſpinam dorſi 13. pedibus; interſtitium inter oculos 11. pedibus menſurabatur; Tamiſim fl. æſtu bis intra vnam horam accedente refluxiſſe, fumantes igne nubes menſe Nouembri à Septentrione in Meridiem glomeraſſe, & nocte inſequente cœlum ardere viſum, flammis ab Horizonte in verticale punctum vndiq; concurrentibus. Hæc breui digreſſione pauculis memoraſſe mihi non ſit culpæ, cum etiam hiſtoricorum grauiſſimi huiuſmodi pluribus memorarint.

M. D. LXXV.

Fœdus Gallicum renouatur.

HEnricus III. Rex Galliarum è Polonia reuerſus, & iam Rhemis inauguratus, nihil prius habuit, quam fœdus Bleſenſe inter Carolum fratrem & Elizabetham Anno 1572. initum, Sacramento & ſubſcriptione confirmare, & Valentino Dalo Legato Ordinario tradere, quod itidem illa ratum habuit ad S. Iacobi prope Weſtmonaſterium.

Digitized by Google

ſterium. Paulo tamen poſt ille literis percunctatus,an *mutua defenſio contra omnes* in illo fœdere memorata, cauſam Religionis comprehendat. Cui,cum illa diſerte reſpondiſſet,comprehendere, & ſe præſto futuram ad mutuam defenſionem contra omnes,etiam in cauſa religionis,ſi ex lege fœderis requiratur. Ille ad bella contra Proteſtantes ſe accinxit, & Alenconio in aduerſas partes tracto, altum & diuturnum de nuptiis ſubſecutum eſt ſilentium. In Alenconij tamen gratiam Elizabetha grandem pecuniam Caſimiro,ad Equites Germanos in Galliam ducendos,contra publicæ quietis perturbatores ſubminiſtrauit.

M. D. LXXV.

Bellum in Gallia accenſum.

His Gallicis dum illa intenta,interuenerunt Belgicæ,Lodouicus Zuniga Requeſenius, qui Albano ſucceſſit, totus in eo erat,vt maritima,ſi poſſet recuperaret,quæ,Albanus, inſigni in tanto Duce errore,neglexerat; vnde bellum Belgicum tot annos protractum. Cum autẽ à re claſſiaria minus eſſet inſtructus(naues enim Hiſpanicę, quæ Anglorum auxilio in Flandriam paulo ante eo conſilio erant perductæ, fœda tempeſtate laceratæ perierant) Boiſchotum in Angliam miſit,vt cum bona Reginæ venia naues & claſſiarios contra Hollandos & Zelandos conſcriberet, quod non impetrauit. Noluit enim Regina ſuas naues & claſſiarios aliena in cauſa,periculis obiicere, publiceq; vetuit,ne quis naues armaret,niſi ipſius obtenta licẽtia, nec claſſiarij Angli ſub aliis Principibus mererent. Rogauit itaq; Boiſchotus,vt non inique ferret,ſi Angli in Belgio exules nauali bello contra Hollandos Hiſpano militarent,vtq; iiſdẽ Angliæ portus libere accedere,& commeatum numerata pecunia accipere liceret. Illa haudquaquam probauit,vt Angli iſti rebelles(ſic enim vocauit,quos ille exules)Hiſpano militarent,imo nec Requeſenium illos gratia proſequi ſperauit,certe ne proſequatur, rogauit,nominatim vero Thomam Coplæiũ. Hunc enim titulis, *Magni Magiſtri Moſæ Domini de Gatten, & Roughtey* oneratum, ad Anglos & Belgas depræ-

Requeſenius naues ex Anglia fruſtra petit.

M. D. LXXV.

deprædandum Hiſpani emittere cogitarunt. Portus autem ſuos rebellibus & iuratis hoſtibus aperire, nihil aliud niſi extremæ eſſe dementiæ. Boiſchotus, vt æquiora ferret, Hiſpani nomine poſtulauit, vt Belgæ Hiſpano rebelles ex Anglia eiicerentur. Abnuit illa, quandoquidem quos ille rebelles appellabat, nullius eſſent notæ, tenues & miſelli quidam, qui nihil moliti erant, ſed belli terrore patria & patrimonio ſpoliati, in Angliam confugerant, quos tortori in manus trādere inhumanum plane eſſet, & contra ius hoſpitij. Atq; illi in memoriam reuocauit, quam pernicioſum fuerit rebus Hiſpanicis in Belgio, cum rogante Albano Belgas Anglia excedere anno 1572. iuſſerit. Tunc enim Marçanus Comes cum alijs ex Anglia ſoluere iuſſi, Brielam ceperunt, & bellum illud ſuſcitarunt. Veruntamen ne ab antiquo Burgundico fœdere recedere videretur, (quod Hiſpanus cum illa tamen confirmare abnuerat) publicato programmate imperauit, ne armatæ Belgarum naues Angliæ portubus egrederentur, neue Belgæ, qui arma in Hiſpanum induerant, Angliæ portus ingrederentur, expreſſe Princeps Auraſionenſis, & qui ex eius familia, Comites Culenbergius, Berghanus, Marchanus, & quinquaginta alij ex ea factione nominatiſſimi. Et hoc quidem libentius, quandoquidem Requeſenius, Wilſono Legato Anglico intercedente, Weſtmorlandiæ Comitem, & alios Anglos ex Belgici Hiſpani ditionibus emouiſſet, atq; Anglorum Duaci Seminarium diſſoluiſſet, pro quo alterum Rhemis, Guiſij curante Gregorio XIII. Pontifice Romano, ſtatuerunt.

Imperat ne Fœderati Belgæ in Angliæ portus admittantur.

Anglos rebelles è Belgio emouet. Seminariū diſſoluit.

Auraſionenſis, cum ſe Hiſpani viribus imparem ſentiret, & ex Anglia nihil boni ſperaret, conſilium cum ſuis inſtituit, ad cuius fidem ſe conferrent. Cumq; oculos animumq; ad Gallum conijcere Elizabetha accepiſſet, primo Danielem Rogerſium miſit, qui diſſuaderet. Quod cum non poſſet (cum Colinio enim Galliæ Admirallo, & Gallo prius hac de re egerat) Henricum Cobhamum, Baronis Cobhami

Auraſionenſis ad Gallorum fidem confugere cogitat. Angla diſſuadet

Digitized by Google

Cobhami fratrem, ad Hiſpanum mittit, qui edoceret, quanti ſit diſcriminis; ſi Hollandia & Zelandia ab ipſo ad Gallum deficerent, ſuaderetq; quantis poterat rationum momentis, vt bellum pace mutaret, qui adnuere viſus eſt; ſimulque Requeſenio per Robertum Corbettum eadem ſignificat. Nec deſtitit Auraſionenſem ab incœpto dimouere per Ioannem Haſtingum; ſed Vilerio Gallo Eccleſiaſte obnitente; nihil perfecit, qui pauperculus obtritâ lacerna in Angliam venerat, ſciens dico, & collatitia ſtipe, ex prælectione Theologica ditatus, veritus ne Auraſionenſis Anglos reſpiceret, inter alia aſſeruit, quod & ſcripto prodidit, Elizabetham, virum militarē, cuius virtuti & fidei exercitū committeret, præter Suſſexium habere neminem; & eum Proteſtantium religioni minus beneuolum. Inculcauit etiam, quod à Colinio audiuerat, Anglos, ſi pedem in Belgio figerent, priſtinum in Gallos odium reſumpturos. *M. D. LXXV.* *Villerius ſuadet.*

Veruntamen inteſtina apud Gallos bella, omnem ſpem auxiliorum è Gallia Auraſionenſi & Belgis præciderunt. Vnde ad cuius fidem & auxilium confugerent, nouam inſtituunt deliberationem. Principes Germaniæ ab Hiſpanis iam animo eſſe auerſo nouerant, ſed in commune non conſulere, pecuniam parce diſpenſare, cum Belgis in Religione non vndiquaque conuenire, & Imperatorem Hiſpano agnatum impedimenta obiecturum. Gallos bello domeſtico ita implicatos viderunt, vt nullum finem proſpicere poſſent; præterea inueteratas inter Belgas & Gallos ſimultates intercedere, Brabantos, Flandros, & vicinos populos Gallis, quantum potuerint, obſtituros: eorum Imperium eſſe acerbum non minus ac Hiſpanorum; Galliæq; portus Belgarum nauigationi minus opportunos. Anglos vero, quaſi ſub eodem Parallelo, eiuſdem cum illis eſſe ingenii, religionem plane eandem, linguam haudquaquam diuerſam, Regionem eſſe vicinā, portuoſam, nauigationi commodam, mercimoniis copioſam; Reginam terra marique præpotentem, mitem, benignam, immunitates conſeruaturam, *Fœderati de Protectore deliberant.*

S eiuſque

M. D. LXXV. eiuſque Imperium temperatum, nec exactionibus graue futurum, diſſeruerunt.

Ad Angliam confugiunt. Mittuntur itaque in Angliam, Philippus Marnixius à Sancta Aldegonda, Ianus Douza à Nortwico, Guilielmus Niuellus, Paulus Buſius, & D. Melſenus. qui ſplendida legatione & diſerta oratione, Reginæ Hollandiam & Zelandiam, vel poſſidendas, vel protegendas offerunt, vtique Principi ex Hollandiæ Principibus prognatæ, per Philippam Edwardi III. vxorem, filiam Guilielmi Bauari tertii, Hannoniæ & Hollandiæ Comitis, per cuius alteram ſororem hæreditarium ius illarum Prouinciarum ad Hiſpanum deuenerat. Illa hæc libenter & perattente audiit. primumque cauſam, quam contra Regem & Dominum ſuſceperant, Hiſpani inimicitias, Galli æmulationes, expenſas belli ingentes, & caſus ancipites; necnon quanta in offenſa ſit huiuſmodi exempli inſolentia, animo deliberate perpendit. *Illa de re meditato deliberat.* Tum dubitauit, an ius ſibi per Bauaricum genus in Hollandiam & Zelandiam competeret, atque an cum alterius Principis ſubditis protectionis fœdus inire liceret. An etiam illi hoc iure poſſent, ſine Cæſaris conſenſu, qui *ſupremus Feudi Dominus*. Deinde haud credidit, quod nonnulli auribus inculcarunt, regiones illas ex ſubditorum electione, non iure hæreditario Hiſpani maioribus obueniſſe. Denique re mature deliberata, reſpondit, poſtquam de perfecta Auraſionenſis, & ipſorum beneuolentia gratias egiſſet; nihil ſibi antiquius eſſe, quam fidem cum honore coniunctam, & Principe dignam tueri; necdum ſibi conſtare, quomodo ſaluo honore & conſcientia integra, poſſet Prouincias illas oblatas in protectionem, multo minus in poſſeſſionem accipere. Cæterum apud Hiſpanum ſedulo acturam, vt hæc fœliciter coaleſceret. *Reiicit.*

Champignii Legatio. Ioannes Perenottus Champignius Cardinalis, Granuellani frater, iiſdem diebus à Requeſenio ad Elizabetham aduenerat, qui eam de fœdere inter Angliam & Burgundiam obſeruando modeſte monet, & ne ſe rebus Belgicis inter-

interponeret, obſecrat. Illa, etſi fœdus illud Hiſpanus confirmare abnuerit, ſe ſeruaturam promiſit: ſuo tamen honori & incolumitati conſulturam, ſi priſtina Imperii Burgundici forma immutetur, & externi milites indies in vicinam prouinciam tanto numero admittantur. M. D. LXXV.

Priuſquam Champignius domum rediiſſet, Requeſenius diem obierat, & confuſa rerum facies in Belgio mox viſa; militibus ferro & flamma vbique graſſantibus, & Brabantiæ Flandriæ, &c. Ordinibus priſtinam in Republica adminiſtranda authoritatem reſumentibus. Quam Hiſpanus etiam ex neceſſitate illis confirmauit, donec Ioannes Auſtriacus, quem Gubernatorem deſtinauerat, adueniret. Ad hos Elizabetha Guilielmum Dauiſonum legat, qui ad ſtudia pacis diligentitiſſime hortaretur, ſedulo ſollicita, ne quid incommodi Hiſpanus pateretur, vtque Belgicas Prouincias ſartas tectas eidem quantùm poſſet, conſeruaret. Verum Hiſpano milite atrociter tumultuante, nihil effectum. *Requeſenius moritur.* *Angla res Belgicas componere ſtudet.*

In Anglia placida erat toto hoc anno quies, niſi quod in medio limite Scotiam verſus, fortuitus acciderit inter collimitaneos, menſe Iulio, hac occaſione, conflictus. Ioannes Forſterus vir equeſtris Ordinis, Medii Limitis Præfectus, necnon hoc tempore Berwici Gubernator, infra dignitatem, deſcendit in colloquium ad *Redſquirum* montem cum I. Carmichello Liddiſdaliæ in Scotia Cuſtode. Nec enim Præfecti niſi cum Præfectis, & Cuſtodes cum Cuſtodibus, vt dignitate pares, conuenire ſolebant. Vtrumque comitabantur, præter quoſdam nobiles, armata multitudo prædonum & maleficorum ex vtroq; limite, pleriq; inueteratis & capitalibus inter ſe odiis diſſidentes. Hi ex more equis circumquaq; ad pabulum dimiſſis, circumfundunt Præfectum & Cuſtodem; quos cũ, de prædonibus redhibendis, in verba aſperiora prorumpere audirent, & ipſi, quibus nullum ius niſi in armis, dũ ſinguli male cõſcii redhiberi timerẽt, rixa de calcari ſurrepto exorta, ad arma tumultuario *Tumultus in Scotiæ limite.*

M. D. LXXV.

proruperunt,& quiſque in hoſtem peculiarem,quem oderat, inuolauit, aut equos in prædam rapuit. Scotus an Anglus incœperit,incertum eſt. Primo congreſſu Angli Scotos repulerunt & Carmichellum ceperunt: ſed cum ſecuri ad prædam & nugiuendulos diripiendos ſe conuerterent, auxiliari Scotorum manu è Iedburgo aduenienté; Carmichellus euaſit, Angli fugati,Georgius Heronus vir Ordine Equeſtri: Tindaliæ & Rhedeſdaliæ Cuſtos, aliique occiſi.

Heronus occiditur.

Angli captiui abducti.

Ipſe Præfect⁹ Forſterus,Franciſcus Ruſſellus Comitis Bedfordiæ filius, & Forſteri gener, Cuthbertus Collinwoodus, Iacobus Oglus, Henricus Fenwickus, & plures alii capti, atque in Scotiam vſque ad Dalkeitham, vbi Prorex egit,abducti,qui eos omni humanitate excepit.Sed aliquã tiſper detinuit, veritus ne mox dimiſſi, ſanguine ob recentem amicorum cædem iam ebulliente, in vltionem exarderent, & belli incendia inter regna excitarent. Nec dimiſit, niſi fide chirographis datâ, ſe ad diem ſtatum in Scotia ſiſtendi.

Angla fert indigniſſime.

Vt certis nunciis Elizabetha hæc intellexit, illa, ſi vnquam alias, ira & ſtomacho plena, indigniſſime tulit, Scotos,qui(vt ipſa dixit)ſibi & Anglis libertatem & tranquillitatem debebant; pace violata, Anglos in Anglia inuaſiſſe, occidiſſe, Limitis Medii Præfectum,eundemque Berwici Gubernatorem; & alios cepiſſe, in Scotiam captiuos abduxiſſe,nec dimiſiſſe priuſquam de reditu chirographis cauiſſent.Hæc ſingula,vt in Anglici nominis, & ſui honoris cõtumeliam ſumma cum iniuria facta accepit. Eoq; magis, quod Prorex conſtituiſſet,vt de hac re intra Scotiæ limites inquireretur,& propoſuiſſet, an delegati conuenirẽt armati. Hoc vero animi hoſtilis,illud ambitioſi videbatur, ſcilicet vt Prorex Scotiæ, Reginæ Angliæ locum conueniendi præſcriberet, cum illa Morauio Proregi non ita pridem locum conueniendi apud Eboracum præſcripſiſſet.Nec Prorex territus ſatisfacere poterat,donec inermis ad *Bondenrod* in ipſo regnorum collimitio Huntingdonium Angliæ Delegatum

legatum conueniret, conceptiſſimis verbis cicatricem hâc optimis officiis obducere promitteret. & ad Anglici nominis honorem reſarciendum, Carmichellum ſibi chariſſimum in Angliam tranſmitteret, qui Eboraci aliquandiu in libera cuſtodia detentus, & poſtea domum cum honore, nec ſine donis, remiſſus. Culpam enim in Forſtero reſediſſe deprehenſum erat, dum ille inſigni malefico plus nimio patrocinaretur. Ita redintegrata inter Reginam & Proregem gratia nec iam inde eius in amicitia conſtãtia vnquam defuit, qui vtriuſque regni commodo limitaneos prædones magna cum laude coercuit.

M. D. LXXV.

Res componitur.

Obiit hoc anno, nobilioris notæ in Anglia nullus, ſed in Scotia longe nobiliſſimus, Iacobus Hamiltonius Dux Caſtri-Heraldi, & Comes Araniæ, qui Iacobi ſecundi Scotorum Regis è filia pronepos, tutor Mariæ Reginæ Scotorum datus erat, regnique Gubernator & hæres deſignatus, dum illa in ætate tenella. Deinde cum illam Gallis tradidiſſet, Dux Caſtri-Heraldi in Gallia factus; poſtea primus è tribus Scotiæ Præfectis à Maria captiua conſtitutus. Cuius cauſam dum conſtantiſſime tueretur, vir apertus & placidiſſimo ingenio, turbidorum iniuriis inſidioſiſſime fuit exagitatus.

Dux Caſtri Heraldi moritur.

Eſſexius in Hibernia Turloghi & Baronis Dunganoni inſidiis petitus, & plurimis ex Anglia difficultatibus obiectis conflictatus, audito deliberatum eſſe, vt reuocaretur, miſerias, in quas per ſummam iniuriam incidit, tacitus deplorat, perditam ſuam & ſuorum fortunam conqueritur, Hiberniam eluget, quam in ordinem cum bis mille militibus redigi poſſe ſibi perſuadet; iterum atque iterum petit, vt rem cum Turlogho pro dignitate componeret. Cumq; iam ſuum in Vltonia imperium Proregi redhibuiſſet, quia parua illa militum manu, quam Prorex aſſignauit, incœptum perſequi non valeret, iuſſus eſt vt reſumeret. Vix autem reſumpſerat, & in Turloghum mouerat, cum literæ interuenirent, vt à bello omnino deſiſteret, & quam poſſet

Eſſexii in Hibernia anguſtia.

Digitized by Google

M. D LXXV.

honorifice pacem iniret. Qua mox inita, in Scotos Hebridianos, qui Clandeboiam occuparant, perrexit, in latebras coniecit, Norriſii auſpiciis Rachlinam Inſulam adortus, CCCC. Inſulanis cæſis caſtrum expugnauit, & præſidium impoſuit. Iamque in medio victoriæ curſu, iterum præter opinionem iuſſus eſt authoritate cedere, & quaſi gregarius Ductor, trecentis militibus præficitur: planeque nihil abſtruſis Leiceſtrii artibus omittitur, vt moleſtiarum aſſiduitate mitiſſimus eius animus contabeſceret.

Sidneius tertio Hiberniæ Prorex.

Hiberniam peragrat.

Henricus Sidneius iam tertio Prorex in Hiberniam mittitur, cum peſtis Inſulam late popularetur. Ille tamen Vltoniam adiit, pluresque occurrunt ſupplices & fidem implorantes, *Mac Mahonus*, ſcilicet, *Mac-Guirus*, Turloghus *Leinigh*, & alii: itidem in Lagenia *O-Conori*, & *O-Mori* ſeditioſæ familiæ, quæ in *Leiſa* & *Ophalia* auita patrimonia, quibus ex lege erant exuti, vi & armis denuo occuparunt. Cum in

Petri Carevvi obitus.

Momoniam perueniſſet Petri Carewi, Equitis ſane nobilis & ſpectatæ virtutis (qui Stephanidæ, & Reimundi Craſſi, primorum Hiberniæ debellatorum, & *Baroniæ Ydroniæ* hæres, partem patrimonii poſtliminio recuperauerat) funeri honoris ergo atratus interfuit. Corcagii Deſmonius Comes eum inuiſens, promptiſſima queque obſequia, magna cum obſeruantia, detulit. In Connachtiam inde profectus, rebelles Comitis *Clan-Richardi* filios demiſſiſſime in Eccleſia Gallwaiæ delictorum veniam implorantes, in fidem accepit, & magna cum laude Prouinciam adminiſtrauit.

M. D. LXXVI.

Galli nuptias Elizabethæ proponunt.

NOuo anno auſpicante de matrimonio cum Alenconio, pararii illi duo, Mota-Fenelonus, & Porta, amatoriis illecebris Elizabethæ aures iterum mulcere cœperũt: quibus reſponſum eſt, alienum tunc tempus eſſe

M. D. LXXVI.

eſſe, cum Alenconius aduenire non poſſet, Gallia bellis ciuilibus flagrante, & Alenconio in ijs occupatiſſimo. Vnus tamen & alter in Galliam mittitur, ad fraternum inter Regem & Alenconium amorem redintegrandum, atque ad dehortandum à rebus Belgicis, ne Hiſpanus nouum bellorum incendium per Gallias excitaret. Quam facile vero illi fuerit, qui iã à bellico apparatu in Italia ſit inſtructiſſimus, vel Saluzias occupare, aut copijs in *Prouinciã* expoſitis, ora Mediterranei Maris potiri, Gallia ita opibus exhauſta, & id genus alia admonet, ad Gallum à Belgio deterrendum.

Illa pacem.

A Belgio Gallos auertere ſtudet.

Auraſionenſis enim Gallos, ob ſuas priuatas rationes, & ſpe Principatus Auraſionenſis, qui in Gallia ſitus, retinendi, non deſtitit Gallos in Belgium euocare, promiſitq; Zelandis & Hollandis, qui quaſi innati mari, circumquaq; piraticis Myoparonibus maria infeſtarunt, mercatorias Anglorum naues deprædari, quos cauſabantur hoſtibus Dunkerkanis annonã ſubuehere, Antvverpienſium, aliorumq; merces in Hiſpaniam ſub fucatis nominibus conuehere, quas illi ſuo cum fructu exportare ſoliti, & iam defectionis ſibi male conſcij non audebant. Ad hos cohibẽdos Holſtockus iterum armatis cum nauibus, miſſus, ſupra ducentos piratas cepit, & in carceres per oram maritimam dedit. Ad res vero repetendas in Zelandiam ablegati ſunt Guilielmus Winterus ex Ordine Equeſtri, & Robertus Bealus Regio Conſilio ab Epiſtolis, vt lites æſtimarent, & res pactis conditionibus reſtituerent. Sed ex Anglorum mercatorum auaritia, & Zelandorum inſolentia, lites iterum recruduerunt, quæ vtriuſq; gentis damno breui conſopitæ.

Zelandi Anglos infeſtãt.

Zelandi Anglos infeſtant.

Coercentur.

In Belgio iam omnia confuſiſſima, dum Hiſpani ſine imperio aliquot Conſiliarios Ordinum in carcerẽ cõtrudant, & in incolas ita direptionibus & omni iniuriarum genere graſſantur, vt Ordines arma neceſſario ſumerent. Et protinus nuntiis circumquaque miſſis, per Obignium has iniurias, & cauſas arma ſumendi, Elizabethæ ſignificarent. Illa per D. Wilſonum, & Ordines, & Hiſpanos, vt ab armis

In Belgio confuſio.

Digitized by Google

M.D. LXXVI.

diſcedant, obnixe hortatur, cauſaſq; cur Conſiliarij Ordinum in cuſtodiam raperentur, ſtudioſe inueſtigat. Interea

Antvverpia diripitur.

Antvverpia, vrbium ocellus, quæ inter florentiſſima Europæ Emporia vix ſecundis acquieuit, miſerum in modum ab Hiſpanis diripitur, Anglorum mercatorum domus expilatur, & illi, etſi nullius culpæ conſcij, coacti ſunt redemptionis nomine magnam vim auri militib. dependere. Obigni⁹ hac occaſione arrepta, ingentem pecuniam mutuã, ad huiuſmodi Hiſpanorum inſolentiam coercẽdam, importunius ab Elizabetha Ordinum nomine efflagitat. Illa, quæ eos

Elizabetha Belgica componere ſtudet

opem à Gallo prius petijſſe certo acceperat, negat, pro pace vero quamprimum apud Hiſpanum diligentiſſime interceſſuram pollicita. Eoq; nomine Ioannem Smithum Regis Edvvardi Sexti conſobrinum, virum Hiſpanico geſtu & Hiſpano bene notum, in Hiſpaniam mittit, qui à Rege benigniſſime exceptus, contumelioſas Gaſp. Quirogæ, Archiepiſcopi Toletani, in Reginam iniurias, ex religionis odio, & Inquiſitorum Hiſpalenſium, qui attributum *Defenſoris fidei* in Reginæ titulo non admiſerunt, tanta prudentia retorſit, vt gratias ab Hiſpano retulerit, qui Archiepiſcopo offenſior, Legatum, vt apud reginam diſſimularet, rogauit; & attributum illud admitti ſeuere imperauit. Reginæ enim conſilium ſuis reb. expedire nouit, etſi minime ſequutus, Belgij fato, (ſi ita loqui liceat) aliorſum impellente.

Ioannes Auſtriacus in Belgium venit.

Venerat his diebus in Belgium cum ſummo Imperio, Ioannes Auſtriacus, Caroli Quinti Imperatoris filius naturalis, ad quem Regina itidem Edvvardum Horſeium Vectæ Inſulæ præfectum amandat; vt aduentui congratularetur, & opem deferret, ſi modo Ordines Gallos in Belgium vocarent, verum Svveuinghamo pro Ordinibus im-

Ordinibus pecuniam ſuppeditat

portuniſſime interpellante xx. M. librarum monetæ Anglicę ad eos tranſmittit, ea lege, vt nec religionem, nec Principem mutarent, nec Gallum in Belgium admitterent, nec pacẽ abnuerent, ſi Ioan. Auſtriac⁹ ad æquas pacis conditiones deſcenderet. Sin pacem ille amplecteretur, vt Hiſpano militi

de

Digitized by Google

de ſtipendiis non numeratis tumultuanti, dependerentur. Adeo erat illa ſtudioſa, nutantes prouincias in Hiſpani fide & obſequio retinendi vt nullam bene merendi, & pacis cō ſeruandæ prætermitteret occaſionem.

M. D. LXXVI.

Vt Belgas in obſequio Regis contineret.

In Anglia paſſim his temporibus læta quies, & negotiatio inter Anglos & Luſitanos, iterum recluſa, quæ ex priuata quorundam auaritia nuper fuerat intercluſa: permiſſumque Anglis in Luſitania, Algarbia Inſulis Madera, & Azoris, & Luſitanis in Anglia & Hibernia mutuam exercere mercaturam in triennium. Quo tempore de mercium detentionibus lites diſceptarentur; & hoc publica præconis voce promulgatum.

Commercium inter Anglos & Luſitanos reſtitutum

Erudita etiam ingenia, accenſa honeſto ſtudio, diſiunctiſſimas orbis terrarum regiones & Oceani ſecreta explorandi, excitarunt bene nummatos habendi cupiditate non minus inflammatos, ad detegendum, ſi quod eſſet, fretum in Septentrionali Americæ parte, quo ad opulentam Cathaiā nauigaretur, & Orientis Occidentiſq; opes mutuo cōmercio coniungerentur. Eruditi illi probabiliter diſſeruerunt, ex ea parte fretum patere, pro conceſſo aſſummentes. Quo propius ad littus acceditur, eo minorem eſſe aquarum altitudinem, ſed ab occiduo Islandiæ littore nauigantibus, experientia teſte, mare altius occurrere, vt continuum Mari illi quod *del Sur* nautæ vocant, ex altera Americæ parte videatur. Deinde quod cum Oceanus diurno primi Mobilis motu feratur, Americæ obiectu repercuſſus, Septentriones petat, ad *Cabo Fredo*, id eſt *Promontorium, Frigidum*, vbi loci per fretum aliquod in *Mare del Sur* exoneretur, ſin minus eadem violentia in Lappiam & Finmarchiam reuerberaretur, qua in Auſtrali mundi plaga à Freto Magellanico inſuloſo & tantæ molis aquarum incapaci, ob inſuloſas freti anguſtias, per Orientalia Americæ littora ad *Cabo Fredo* repercutitur. Teſtes adhibent Antonium Ienkenſonum Anglū, quo non alter Septentrionalem mundi plagam plenius nouit, qui docuit molem aquarum ex Mari Cronio in *Mare*

Via in Cathaiam per Occidentalem Oceanum quæſita.

Qua probabilitate.

Digitized by Google

M. D. LXXVI.

dil Sur neceſſario eff.andi. Bernardum item *Le Torr* Hiſpanum qui affirmauit, ſe à Moluccis in Americam reuertentẽ, tem, ſupra Æquatorem, Septentrionem verſus, vi aquarum ab Aquilone in nauem irruente, in Moluccas fuiſſe reiectũ, aliaque producunt, vt hoc comprobarent. Quib. illi nummati perſuaſi, Martinum Forbisherum, vt hoc fretum detegeret, cum tribus aphractis mittunt, qui Harvvico ſolués XVIII. Iunij, ad nonas Auguſti vel ſinum vel fretum intrauit ſub latitudine LXIII. gradus vbi homines inuenit capillitio nigro, facie lata, naſo ſimo, colore ſubfuſco, phocarum pellibus veſtitos, mulieres circa oculos & per genas cæruleo colore, vt priſci Britanni, depictas. Sed cum omnia glacie menſe Auguſto ita conſtricta eſſent, vt incœptum curſum perſequi non poſſet, reuerſus VIII. Kalend. Octobris in Anglia appulit, quinq; nautis deſideratis, quos Barbari interceperant. Annis tamen duob. ſequentib. vt incœptũ perficeret, in eadem littora nauigauit, ſed glaciales conglomerationes inſtar montium vbique occurrentes, penitius in ſinum ingredi prohibuerunt. Tempeſtatibus igitur, niuibus, ventiſque ſubinde vertentibus hinc inde agitatus, collecta magna lapidum copia, quos *Minerales* eſſe putabat, vela vertit, è quib. cum nihil auri, nec argenti, nec cuiuſuis alterius metalli elici potuiſſet, ad vias muniendas proijci vidimus. Sed hæc fuſe deſcripta publice proſtant.

Forbisheri ad fretum detegendũ nauigationes.

Maximilianus Auguſtus his diebus vitam cum morte commutauit, Princeps prudens, iuſtus, Imperio ſalutaris & de Elizabetha atq; Anglis bene meritus. Quod ſimul ac illa certo acceperat, ſummo dolore affecta, Philippum Sidneium ad Rodolphum, Regem Romanorum legat, qui & de patris morte dolorem, & de eius ſucceſſione gaudiũ officioſiſſime declararet. Necnon, vt in itinere filiis Electoris Palatini, de morte patris Frederici tertij condoleret, & Caſimirum de pecunia, quam illa in bello GALLICO expenderat, obiter ſubmoneret. Bello enim illo, pax Galliæ reddita, Alenconio Ducatus Andium, Turonum, & Biturigum in

Maximiliani Imp. morti Eliz. condolet.

Et Friderici Elect. Palatini.

Apen-

Apennagium, quod vocant, aſſignati, vndecim decies centena millia Francorum, ad Germanorum Equitum ſtipendia Caſimiro promiſſa, ex Reginæ Galliæ monilib. pignori ad aureorum trecenta millia data; Verum Elizabethæ nihil omnino repenſum, quæ tamen, quod bene in bona cauſa impenſum fuerat, cumulate repenſum exiſtimauit. Caſimirus ingenue Germanica ſynceritate reſpondit, Gallum promiſſis defuiſſe, nec per ſe ſtetiſſe, quo minus pecunia repenſa fuerit. *M. D. LXXVI.*

Vt in Germania Maximilianus Imperator, & Palatinus Elector, Principes, Chriſtiana virtute, ſingulari moderatione, magnũ ſui deſiderium reliquerunt; ita non minus in Anglia & Hibernia reliquit *VValterus D' Euereux* Eſſexiæ Comes, etſi loco longe inferior, Vir certe præcellens, in quo morum probitas cum natalium claritate certauit, q̃ tamen inuidiæ obſiſtere non poterant. Etenim poſtq̃ laudabili in Hibernia inſtituto deſiſtere adactus, patrimonio admodũ imminuto, in Angliam reuerſus aperte Leiceſtrio minaretur, quẽ iniuriarum ſuſpectum habuit; aulicis eiuſdem artibus, quia ab illo timuit, & peculiari aulæ myſterio homines per honores feriendi, & euertendi, in Hiberniam rurſus, cum inani *Comitis Mareſcalli Hiberniæ* titulo ablegatus erat. Vbi mœrore contabeſcentes, ex dyſenteria cum grauiſſimis torminib. animam Chriſto pie reddidit, poſtquam adſtantes rogaſſet, vt filium vix tunc decennem moneręt, triceſimum ſexum ætatis annum ſibi ſemper ob oculos proponere, tãquam vitæ metam ſupremam, quam nec ille nec pater ſuperarunt: & filius quidem ne attigit, vt ſuo loco dicemus. Hæc nobiliſſimi viri mors veneni ſuſpicione non caruit apud vulgus (qui ſemper quos charos habent veneno extinctos ſuſpicantur) etſi Sydneius Hiberniæ Prorex, diligenti facta inquiſitione, ad Conſiliarios in Anglia ſcripſerit, Comitẽ, cum primũ decumberet ſæpius dixiſſe, hoc ſibi peculiare eſſe, vt quoties animo grauius ægreſceret, dyſẽteria laboraret, nec illum quicquã de veneno ſuſpicatum. Eundem

VValteri Comitis Eſſexiæ mors ſuſpecta.

dem

M. D. LXXVI. dem corpori colorem in morbo, qui valetudine fuit integerrima, perſtitiſſe; nullam labem, nullam rabem, nullum pilorum, nullum vnguium defluuium; exenterato nullum veneni veſtigium. Medicis autem male inter ſe conueniſſe, nihil tamen contra vim veneni adhibuiſſe, Pocillatorem vero de .... in aqua intincto, vinoque admiſto, falſo fuiſſe inſimulatum. Vidimus tamen, hominem tanquam venenarium, digito publice demonſtrari Suſpitionem auxit, quod Leiceſtrius mox Douglaſiam Shefeldiam (amaſiam an vxorem non dixero) pecunia & ingentibus promiſſis amouerit, è qua filium procreauerat, & amorem in Lætitiam Eſſexiæ viduam apertius præ ſe tulerit, cui poſtea iteratis nuptiis ſe coniunxit. Quamuis enim ſecreto illam in vxorem duxiſſe perhiberetur. Franciſcus tamen *Knolles* Lætitiæ pater, qui Leiceſtrii vagos amores nouerat, credere noluit, veritus ne filiæ illuderet, niſi ipſe præſens cum paucis teſtibus, & notario publico matrimonij fœdus coniúgi videret. Sed hæc poſt vnum & alterum annum.

Anthonii Coci obitus.

Hoc tempore vitam in Anglia clauſit Anton. Cocus ſeptuagenarius vir Equeſtri dignitate, antiqua ſeueritate & doctrina multiplici, inſtitutor pueritiæ Regis Edwardi Sexti, fœlix filiab. quas Græcè & Latinè ſupra ſexum eruditas, clariſſimis viris, Guilielmo Cecilio q Angliç Theſaurarius, Nicholao Bacono Magni Sigilli Cuſtodi, Thomæ Hobeio, qui Legatus in GALLIA obijt, Radulpho Rouletto & Henrico *Killegrevv* elocauerat.

Tumultus in Hibernia.

Ante Eſſexij obitum, vt paulum regrediar, Comitis *Clan-Richard* filij, qui vix ante duos menſes rebellionis gratiam à Prorege conſequuti erant, rurſus, collecta nefariorum colluuie, per Connacthiam immaniter latrocinia & prædas agitarunt, Athenriam, quam iam incolę inſtauraturi erant, ſuccenderunt, & opifices trucidarunt, ex barbaro in incolas odio, qui leges & humanitatē colere cœperant. Prorege aduenìente, ꝑdatorię turmę diſſipatæ in latibula ſuo more cōuolarunt, & Comes ipſe *Clan-Ricardi*, eorum pater, quaſi ſcelerū conſcius in carcerē Dubliniæ

tru-

truditur. Prorege reuerſo, ipſi è latibulis emergẽtes *Balla-Reogh* caſtrũ, primariã patris ſedem, cũ pſidium ſub Thoma Strangio impoſitum, fruſtra ſuorum clade obſederunt, *Mac-VVilliami Eughter*, id eſt, iunioris terras, Scotis Inſulanis ſibi adiunctis deuaſtarunt. Sed aduentu Proregis iterum diſparuerunt, luſtris ſe occultantes. M. D. LXXVI.

Guilielmus Drurius, qui nuper Bervvici Mareſcallus, Momoniæ iam recens Præfectus, prudentia & fortitudine prouinciam omnem, ad legum cultum & obſequium perduxit, præter Kerriam Cherſoneſſum, & Comitatum Palatinum, quo quaſi in ſentinam plures malefici, prædones, obærati, rerumq; capitalium ſuſpecti confluxerant, ex immunitate loci, impunitate quadam inſoleſcentes. Conceſſerat enim Rex Edwardus Tertius Deſmoniæ Comitibus, *omnes Regales libertates, quas Reges Angliæ in illo Comitatu habuerunt, exceptis incendio, raptu, forſtallo, & theſauro inuento.* Præfectus tamẽ, qui libertates illas ad iuſtitiæ cultum, non ad ſcelerum impunitatem conceſſas iudicauit, ingreſſus, lectiſſimas perditorum cohortes; quas Deſmonius in inſidijs locauerat, fortiter profligauit, per Kerriam maleficos vndiq; indagauit, atque in plures ſeuere animaduertit, fremente Deſmonio, & contra Drurium apud Proregem grauiſſime, tum de hoc, tum de penſitatione quam *Ceaſ* vocant, quiritante. Penſitatio illa eſt exactio rei annonariæ certo pretio (qualis Canõ glebæ apud priſcos) ad alendam Proregis familiam, militeſq; præſidiarios. De hac, non ſolum ille, ſed in Lagenia cultiore Inſulæ parte Vice-Comes Baltinglaſſus, Deluinius, Hothius, Trimleſtonius Barones, & quiq; nobiliores, conquerentes, ſoluere abnuerũt, quaſi non exigenda, niſi ex authoritate Parlamentaria. Qui hoc nomine in Angliam ab ijs delegati, à Regni Conſiliariis auditi, atque in cuſtodiam dati, & itidem in Hibernia qui delegarunt, donec ſe ſubmiſerint, cum antiquitus inſtitutam fuiſſe ex Regni tabularijs conſtiterit, & ius quoddam eſſe Maieſtatis (*Prærogatiuam Regiam* vocitãt) quæ legibus non

Guil. Drurius Momoniæ Præfectus.

Maleficos perſequitur.

Ceaſ, quid.

Hiberni de exactionibus queruntur.

Digitized by Google

M. D. LXXVII non ſubiicitur, nec tamen legibus aduerſatur, vt Iuriſprudentes iudicarunt. Regina autem iuſſit, vt Prorex temperamentum in huiuſmodi exactionibus adhiberet, veteri verbo, ſe velle *ſuos dum tondeantur, nō deglubi.* Et dixiſſe perhibetur. *Ah, quam male metuo, ne quod de Dalmaticis motibus à Batone olim Tiberio, nobis de Hibernicis obiiciatur. Vos, vos in culpa eſtis, qui greges non paſtoribus, ſed lupis commiſiſtis.*

Regina miſeretur.

M. D. LXXVII.

Auſtriacus ad pacem propendet.

IOannes Auſtriacus, cum ſe imparem ſentiret Belgii Ordinibus, à viribus inſtructiſſimis, & vicinorū Principum amicitia firmatis, Caſtellum ad Elizabetham miſit, qui gratias haberet, de auxilijs contra Gallos oblatis, & propenſum ad pacem ſtudium explicaret. Illa per Edwardum Horſeium iam denuo miſſum, pacis ſtudium laudat, ſimulque agit, vt Anglorum bona Antwerpiæ detenta reſtituerentur. Lente reſpondetur, quia ille alijs curis, vt præ ſe tulit, diſtentiſſimus, *Edicto pacis perpetuo*, vt vocarunt, quod tamen vix annuum erat, totus intendit. Elizabetha pacis ſerio cupidiſſima Thomam Leightonum ad Auraſionenſem mittit, vt ſuaderet, ne quid contra pacem moliretur, donec Ioannes Smithus, ad pacem conciliandam ad Hiſpanū miſſus, rediret. Auraſionenſis, qui perpetuum illud edictum ex animo damnauit, iam opportune audierat, Ioannem Auſtriacum meditari nuptias cum Scotorum Regina, quod libens arripuit, & per Famierum Elizabetham protinus edocet, vt animum à pace detorqueret. Illa tamen quaſi neſcia, Auſtriaco per Danielem Rogerſium, de perpetuo pacis edicto gratulatur, licet iam certo comperiſſet, Auſtriacum, Comitis Weſtmorlandiæ & profugorum Anglorum ſuaſu, proneq; Pontificis Rom. & Guiſiorum fauore, nuptias illas, & vna Angliæ & Scotiæ regna

Elizabetha ad hanc ſuadet.

Auraſionenſis eam diuertit.

Auſtriacus nuptias cum Scota ambit.

ipſe

ſpe deuoraſſe;iamq; conſtituiſſe Manniam Inſulam in mari Hibernico occupare, vt opportunam ad Angliam inuadendam ex Hibernia, & occidua Scotiæ ora, qua Regina Scotorum plurimos habuit ſibi deuotos, vti etiam in oppoſita Angliæ parte, Northvvallia, Cumbriæ, Lancaſtriæ, Ceſtriæq; Comitatibus, vbi incolæ plerìq; omnes Pontificiæ religioni addictiſſimi. M. D. LXXVII. *Et per eam regnum Angliæ.*

Et certe Auſtriacus (vt è Pereſio, qui Hiſpano à ſecretis, didicimus) iam antea ambitione abreptus, cum Tunetani regni ſpe excidiſſet, de Elizabetha deturbanda, Scotorum Regina in vxorem ducenda, & Anglia debellanda, apud Pontificem Romanum clam egerat, & inſcio Philippo, peruicerat, vt Pontifex, quaſi ex publici boni ſtudio, Philippum ad bellum Anglicum excitaret, ipſeq; Auſtriacus in Belgium profecturus, hoc ipſum in Hiſpania perſequutus erat; & poſtea per Eſcouedum è Belgio miſſum petierat vt ſibi portus in Biſcaia concederetur, vnde claſſe Angliam inuaderet. Verum Philippus conſilia hæc auerſatus, hominem, vt nimio plus ambitioſum negligere cępit. Nec hæc plene intellexit Elizabetha, donec, vt dixi, Auraſionenſis edocuiſſet.

Suſpitione etiam non caruit, quod Thomas Copleius è primarijs inter profugos Anglos, à Vaulxio Auſtriaci amanuenſi Gallo commendatus, dignitatem Equeſtrem & Baronis titulum acceperat. Copleius tamen ſuſpitionem depellere conatus eſt, proteſtando obſequium erga Principem, nec alio conſilio titulum accepiſſe, quam vt maior honos vxori, exilij conſorti, & penſio aucti or ſibi ab Hiſpano accederet, quandoquidem nobiles *cum titulo*, potiori ſint apud Hiſpanos loco; Baroniſq; titulum ſibi iure competere putaret, cui auia erat filia natu maxima Baronis *Hoo*, & proauia primogenita hæredum Baronis *Welles*. *Copleius à Gallo factus Baro.*

Auſtriacus interim has nuptias clandeſtino perſequitur, ſimulq; ad rem obuelandam, Vicecomitem Gaunauenſem ad Elizabetham legat, qui pacis leges demonſtraret, *Auſtriaci diſſimulatio.*

Digitized by Google

M. D. LXXVII.

ſtraret,& laxiorem diem, ad pecuniam, quam Ordines mutuo ſumpſerant, diſſoluendam poſtularet. Hæc illa lubens conceſſit, & per Wilſonum cum illo denuo agit, vt damna Anglis mercatoribus in Antwerpiana direptione illata reſarcirentur. Ille eludit, & dum *Perpetuo pacis edicto* vacare videretur, in bellum prorumpit, vrbes & caſtra verſute intercipit, & ad Hiſpanum ſcribit, conſultiſſimum eſſe prius Inſulas Zelandicas, quam Prouincias interiores oppugnare, Angliamq́; in ſuam ſpem pronus, facilius quam Zelandiam expugnari poſſe, per Eſcouedum, qui ab Epiſtolis, perſuadere conatur.

Bellum redintegrat.

Hinc cum omnia in Belgio ad bellum ſpectarent, Ordines Marchionem Haureum, & Adolphum Merkercum ad Elizabetham legant, vt c librarum ſterlingarum Millia ad VIII menſes vtenda daret, quibus illa reſpondet, ſi aliunde mutuo ſumere poſſent, ſe & ciuitatem Londinum cautionem libentiſſime interpoſituras, modo ciuitates Belgij quas nominauerit, ſyngraphis obligarentur ad pecuniam intra annum renumerandam. Fœdus etiam mutui auxilij terra mariq; cum Ordinibus in has leges paſciſcitur. *Regina Equitum mille, peditum quinq; millia ordinibus auxilio mittet, quibus tertio poſtquam naues conſcenderint menſe, ſtipendium & expenſas Londini Ordines perſoluent, belloq; confecto ſuis ſumptibus in Angliam remittent. Huius exercitus imperator natione Anglus in ordinum conſilium admittetur. Nihil quod ad bellum aut pacem ſpectet, Regina, aut illo inconſultis, ſtatuetur. Nullum fœdus cum quocunque inibunt, niſi illa approbante; & in eodem, ſi velit, comprehendetur. Si quis Princeps contra Reginam, aut regnum Angliæ quocunque prætextu aliquid hoſtile moliatur, Ordines quantum poterunt reſiſtent, & eodem numero & iiſdem legibus auxiliares ad Reginam mittent. Si qua inter Ordines diſcordia oboriatur, Reginæ arbitrio permittetur. Si claſſis contra hoſtes à Regina ſit apparanda, Ordines XL naues iuſtæ magnitudinis cum nautis & ſingulis neceſſariis inſtruent, quæ Angliæ Admirallo parebunt, & Reginæ ſumptibus merebunt. Ordines neutiquam*

Ordines pecuniam mutuam ex Anglia petunt.

Elizabetha cum Ordinibus fœdus.

Digitized by Google

intra Belgium admittent Anglos, quos Regina rebelles declarauerit. Si pacem cum Hiſpano confecerint, curabunt vt hi Articuli ſimul, aut ſeorſim pro Reginæ arbitrio confirmentur. M. D. LXXVII.

Statim atq; hoc fœdus initum; Regina, ne in calumniam raperetur, quaſi rebellionem in Belgio foueret, Thomam Wilkeſium ad Hiſpanum miſit, qui hæc edoceret. *Quandoquidem male feriati non deſunt, qui amicitias inter Principes malis artibus diſſuere, labeculamque exiſtimationi aſpergere iniquis ſuggillationibus ſtudent, quaſi illa faces Belgico incendio ſubiecerit, primum Regem & Belgij Gubernatores rogat, vt in mentem reuocarent, quoties & quantopere de malis Belgio impendentibus amice iampridem præmonuerit, deinde cum defectionem cogitarent, quam ſtudioſe operam dederit, crebris ad Auraſionenſem & Ordines miſsitationibus, vt in officio & Regis obſequio contineret. Imo cum opulentiſsimæ illæ Prouinciæ in poſſeſsionem delatæ fuerint, quam ſyncere, ne in protectionem quidem, ſuſceperit. Poſtremo, cum nuper omnia eſſent deploratiſsima, quam large pecuniam ſuppeditauerit, ne Ordines alteri Principi, vrgente neceſsitate, ſe ſubderent, & pacis nuperrime propoſitæ conſilium turbarent. Cum vero accepiſſet, Auraſionenſem nolle pacem initam amplecti, ſe non ſolum vt amplecteretur monuiſſe, ſed etiam interpoſitis minis, quodammodo imperaſſe, ſanctiſsime proteſtatur; Si hæc Chriſtiana Principe, pacis ſtudioſa, & bene merendi de confœderato Hiſpano cupidiſsima ſint indigna, ipſe Hiſpanus, orbiſque Chriſtiani Principes iudicauerint. Vt bella autem conſopirentur, & ille Belgas haberet obſequentiſſimos, admonet vt afflictum populum in priſtinam gratiam reciperet, priuilegia reſtitueret, poſtremæ pacis leges ſeruaret, aliam Gubernatorem è ſua familia ſubſtitueret. Quæ fieri neutiquam poſſe innuit, niſi Auſtriacus ſubmoueatur, cui Ordines odio pluſquam hoſtili & implacabili diffidunt; quemq; ipſa, ex occultis cum Scotorum Regina machinationibus, ſibi infeſtiſsimum explorate nouit; Adeo vt nihil niſi certa pericula ex Belgio expectare poßit, dum ille Belgio præfuerit. Iam vero, cum cerneret quantas copias Auſtriacus conſcripſerit, & quot Gallorum auxiliares cohortes in procinctu, profitetur ſe*

Illa Hiſpanum cauſas edocet.

Digitized by Google

M. D. LXXVII. *ad Belgium Hiſpano conſeruandum, & periculum ab Anglia propulſandum opem Ordinibus promiſiſſe. Qui reciproce promiſerant ſe in Regis obſequio perſtituros, & in religione nihil nouaturos. Quod ſi Regem hæc nolle ſenſerit, ſed priuilegiorum & iuris repagulis abruptis, miſeras Prouincias, quaſi iure belli captas, in ſeruitutem trahere ſtatuiſſe; ſe non poſſe & vicinorum defenſioni, & ſuæ ſecuritati deeſſe. Sin autem Ordines fidem erga Reges exuent, & quid contra ac promiſerint, molientur, in ipſos protinus ſigna conuerſuram.*

Hiſpanus hæc diniquè audinit. Hæc haud lubens audiuit. Veruntamen quum in Elizabetha plurimum momenti ineſſe nouerit, ad res Belgicas vel componendas, vel diſturbandas; & certo ſciuerit, illam Auſtriaci inſidiis peti diſſimulauit; ſimulq; rogauit, vt conſilium pacis conſtituendæ perſequeretur, nec temere crederet rumoribus falſo ſparſis, aut ſe quicquam moliri Principe amico indignum.

Dum hæc Wilkeſius in Hiſpania explicat, Ioannes Auſtriacus apud Elizabetham, quam ſimul verebatur, & periiſſe optabat, miſſo Gaſtello, Ordines grauiter accuſat & fœda criminum labe aſpergit; cauſaſque cur ſuos iterum armauerit, fuſe explicat. Ita illa, quaſi Heroina & honoraria arbitra inter Hiſpanos, Gallos, & Ordines ſedit, vt illud patris vſurpare potuerit; CVI ADHÆREO, PRÆEST. Et verum ſit quod ille ſcripſit, *Galliam & Hiſpaniam eſſe quaſi lances in Europæ libra, &* Angliam *lingulam, ſiue librupendem.*

Anglia libripens in Europa.

Iiſdem diebus, dum Iudices ad *Aſſiſas* Oxoniæ ſederent, & Roulandus Ienkus procacis linguæ bibliopola, de probroſis in Principem verbis in iudicium vocaretur; veneno ſo & peſtilenti halitu, ſiue ex pedore incarceratorum, ſiue ex ſolo, ita correpti ſunt plerique omnes qui aderant; vt intra quadraginta plus minus dies fere ſinguli, præter mulieres & pueros, obierunt, nec contagione alii tacti. Inter hos fuere Robertus *Bellus* primarius Fiſci Baro, vir grauis & iuris ſcientia clarus, Robertus D'oilius, Guilielmus

Peſtilens ex pedore morbus.

Babingto-

Babingtonius ex ordine Equeſtri D'oilius Comitatus Oxonienſis Vicecomes, Harcourtus, Wenemanus, Phetteplacius, viri in hoc tractu clariſſimi, Barhamus iuriſprudens inſignis, *Iurati*, quos vocant fere omnes, & alii plus minus tercenti. M. D. LXXVII.

Hactenus ſerena tranquillitas Pontificiis in Anglia affulſit, qui quadam miſericordi conniuentia ſua ſacra inter priuatos parietes, licet illa legibus interdicta, pecuniaria mulcta inflicta, quodammodo impune celebrarant; nec Regina vim conſcientiæ afferendam cenſuit. Verum poſtquam illud fulmen Excõmunicationis Romæ in Reginam fuiſſet eiaculatum, in nubes & tempeſtates ſerenitas illa paulatim abiit, legemque elicuit anno M. D. LXXI. cõtra eos, qui eiuſmodi *Bullas Agnos Dei, & Grana benedicta*, Papalis obſequii teſſeras, in Regnum intulerint, aut aliquem Romanæ Eccleſiæ reconciliarint, vt diximus. Toto tamen ſexennio in neminem ex ea lege actum, etſi nonnulli deprehenſi qui contra commiſerant. Primus hac lege tenebatur Cuthbertus *Mainus* ſacerdos, qui Pontificiæ contra Principem potentiæ aſſertor peruicax ad *Fanum Stephani* (*Lanſton* vulgo vocãt) in Cornwallia ſupplicio affectus, & Trugionus nobilis, qui eũ hoſpitio acceperat, fortunis euerſus perpetuoq; carceri adiudicatus. Sed hæc & huiuſmodi Eccleſiaſtica leuiter perſtringam, cũ alii Eccleſiaſticam horum temporum hiſtoriam moliantur, & fide, ſpero, optima licet ab exulceratis animis in hoc religionis diſſidio, vix ſperandum. Hoc anno titulus Baronis *Latimeri*, cum in Neuillorum familia, ab Henrici Sexti temporibus, magno honore & opibus floruiſſet, extinctus eſt in Ioanne Neuillo, qui nulla prole maſcula ſuſcepta, opimam hęreditatẽ quatuor filiabus reliquit; quarũ prima Henrico Comiti Northumbriæ, ſecunda Thomæ Cecilio, qui poſtea Exoniæ Comes, tertia Guilielmo Cornwallio, & quarta Ioanni Dauerſio nupta, è quibus numeroſa ſoboles propagata.

Mainus ſacerdos morti affectus.

Baronis Latimeri periit.

Thomas etiam *Smithus*, alter è Regiis Secretariis hoc

Tho. Smithi Secretarii obitus.

M. D. LXXVII. anno ſibi Climacterico, fatis ex Atrophia conceſſit, vir ob multiplicem eruditionem, & prudentiam in multis Legationibus, memorandus. Natus ille parentibus honeſtis * *Waldenæ,* à croco denominatæ in Eſſexia, educatus in Collegio Reginæ Margaretæ Cantabrigiæ, annis maturior ſelectus, vt in Italiam Regiis impenſis mitteretur. (Ad noſtra enim tempora, nonnulli adoleſcentes optimæ ſpei, ex vtraque Academia, ad vberiorem ingenii cultum Regum ſumptibus in exteris Regionibus alebantur.) Inde titulo Doctoris Iuris Ciuilis auctus rediit, eamque apud Ducem Somerſetti, Edwardi Sexti Protectorem gratiam inuenit, vt alter à Cecilio factus fuerit Regis Secretarius, rei Stannariæ Seneſchallus, Decanus Carliolenſis, & Etonenſis Collegii Præpoſitus, de quo optime meruit. Maria Regina his dignitatibus eum exuit, penſione annua centum librarum ad vitam aſſignata, ea tamen lege, ne regno excederet. Quamprimum Elizabetha ſceptro potita, ad Rempub. reuocatus, adfuit cum Theologis Liturgiæ Anglicæ emendandæ; Legationes deinde, quas ſuis locis dixi, cum laude obiuit. Anno M. D. LXXI. factus alter Reginæ Secretarius, filium naturalem, quem vnicum habuit, ad deducendam coloniam in *Ardes* Hiberniæ Cherſoneſum miſit, qui infœliciter, vt retuli, ibi occubuit. Reipub. literariæ in Anglia, lege annonaria, pro ſtudioſorum Collegiis, quam primus rogauit, inprimis conſuluit; & magis ſane quam ſcriptis, licet reliquerit imperfectum opus, de Republica Anglorum, librum ſingularem de Linguæ Anglicæ Orthographia, alium de Græcæ pronunciatione; & accuratum de re nummaria Commentarium, digniſſimum qui lucem aſpiciat. In Secretarii Regii munere illi ſuffectus Thomas Wilſonus, Legum D. Sanctæ Catharinæ prope Londinum Præfectus, qui intra quatuor annos è vita emigrauit.

* *Saffron Valden.*

In Hibernia rebellio. In Hibernia *O-Mori, O Conori,* & alii, quorum maiores Suſſexius Prorex, Maria regnante, patrimonio in *Leiſa* & *Ophalia* ob maleficia exuerat, nec alium, in quo viuerent,

locum

locum aſſignauerat, in rebellionem, *Rorio Oge*, id eſt, Roderico iuniore, duce proruperunt, *Naaſum* opidulum incenderunt, *Lachlinam* adorti fortitudine *Georgij Careuu* Præfecti repulſi. Henricum Harringtoniũ & Alexandrum Cosbeium inſidioſo colloquio interceperunt; quos cum Harpolus, militum ductor, recuperaturus tuguriolum, noctu aggreſſus eſſet, in quo Rorius cum illis ad poſtem vinctis egit, Rorius tumultu excitatus, Harringtonium & Cosbeium, repetitis ictibus, in tenebris ſauciat, & audacia præceps, per medios milites, qui illum circumſedebant, noctis beneficio euaſit. Sed poſt aliquot dies cum inſidias Baroni *Oſſeriæ Superioris* poſuiſſet, ipſe interceptus, & cæſim trucidatus, vicinos formidine liberauit. *M. D. LXXVII.*

M. D. LXXVIII.

QVanquam Hiſpanus, quæ Wilkeſius propoſuit, auribus minus æquis acceperit, & diſſimulauerit, vt modo dixi, Elizabetha tamen ſerio miſerta Belgarum, quorum prouinciæ magna ſitus opportunitate, & mutua neceſſitudine, Angliæ, quaſi maritali amore coniugatæ, pluribus ſeculis adhæſerant; ideoq; impatiens, vt Galli patrocinium earum ſuſcipiendo, ſibi arriperẽt, eundem Wilkeſium ex Hiſpania reducem ad Auſtriacum mittit, vt ſubmoneret, Andium Ducem (ita iam dictus qui prius Alenconius) cum Gallorum exercitu ab Ordinibus eſſe euocatum; & proinde tutiſſimum eſſe inducias paciſci, ne præſenti diſcrimini prouincias obiiceret. Ille autem igneo & bellico ingenio, atq; ſecundo ad Gemblacum contra Ordines prælio tumidus, vno verbo reſpondit, *ſe nec inducias cogitare, nec Gallos formidare*: Nihilominus illa in ſuam rem & Belgij attenta, Edvvardum Staffordum in Galliam miſit, vt exploraret ſi quid in Galliæ limite Belgium verſus aggrederentur, & qui militum delectus haberentur. *Elizabetha de Belgis ſolicita.*

M. D. LXXVIII.
Angli in Belgium profecti.

Ex Anglia jam trajecerant I. Northus Baronis Northi primogenitus, Io. Norriſius filius Baronis Norriſij ſecundus, Henricus Cauendiſhus, & Thomas Morganus, Chiliarchæ, cũ plurimis volonibus, vt prima militiæ rudimẽta ponerent. Caſimirus etiam, Palatini Electoris filius, Germanorum equitum & peditum exercitũ in Belgiũ magnis Reginæ expenſis trahebat. Auſtriacus Ordinum caſtra ad Rimenantum adoriri, aut ad pugnã laceſſere ardens, priuſquam vniuerſa auxilia è Gallia & Germania conuenirent, expectato celerius aduolat, cumque excubitores equites protinus receſſiſſent, quaſi victoriæ certus inuolat: Sed illi, mox animis reſumptis Auſtriacos repulerunt. Qui cõverſi, ſepimenta & ſenticeta, vbi Angli & Scoti volones diſpoſiti, perrumpere conati, haudquaquam potuere, fortiſſime excepti ab Anglis, & Scotis, qui veſtibus feruente æſtu abjectis, induſijs inter femora innodatis pugnarunt. Norriſio Anglorum ductori acerrime pugnanti tres equi transfoſſi, magnamq; hoc prælio bellicæ virtutis laudem retulit, vti etiam Stuartus Scotus, Bingamus Cauendiſhi *Locum-tenens*, & Guilielmus Markhamus.

Fortiter pugnant.

Legatio ad pacem Belgicam irrita.

Vt his bellis inteſtinis afflictæ & jacentes Prouinciæ Belgicæ erigerentur, venerunt in Belgium ab Imperatore, Comes Svvartzenbergius, à Gallo Pomponius Bellicurus, ab Elizabetha Baro Cobhamus, & Walſinghamus, ad pacis rationes procurandas, ſed re infecta, ſinguli redierunt, cũ Auſtriacus religionem reformatam admittere, & Auraſionenſis in Hollandiam redire plane recuſaret.

Sub id tempus, Egremondius Ratcliffus, filius Henrici Comitis Suſſexiæ, ex vxore ſecunda, vir turbido ingenio, & in rebllione Septentrionali inter primarios, qui ſub Auſtriaco meruit, à profugis Anglis accuſatus, quaſi percuſſor ad Auſtriacum tollendum ſubmiſſus; in caſtris ad Namurcum cum Greio Anglo, vt conſilij non ignaro, capitur, & ambo morte afficiuntur. Produnt Hiſpani, Ratcliffum ſupremis verbis ſponte confeſſum, ſe ex arce Londinenſi

Digitized by Google

nenſi liberatum, magniſq; Walſinghami promiſſis ad hoc patrandum excitatum fuiſſe. Angli qui aderant confeſſum fuiſſe negant, etſi profugi, vt huiuſmodi confeſſionem extorquerent, nihil non fecerunt. Sed diſſidentes in religione animi, & probitatis, & veritatis lumini nimio plus vtrinq; officiunt, & profugos ex odio & obtrectandi ſtudio multa comminiſci quis ignorat? *M. D. LXXVIII.*

Eodem ipſo momento Auſtriacus ætatis flore, vi peſtis, aut vt alij volunt, mœrore, quia à Rege fratre neglectus, ſtolidam ambitionem cum vita exuit, poſtquam primum regno Tunetano, vnde Guleta in Africa amiſſa deinde Anglico inhiaſſet; & clam Gallo, Hiſpanoq; de vtriuſq; Coronæ defenſione fœdus cum Guiſijs pepigiſſet. *Auſtriacus moritur.*

Andinus interea nuptias, quas, dum Alenconius erat, cum ELIZABETHA ambire cœperat perſequitur, licet bello Belgico intentus, vt oſtenderet ſe & bellicis, & amatorijs poſſe ſimul vacare. Bacheruilius primum hac de cauſa miſſus. Elizabetham accedit, ad Melfordam Cordalli ædes in Suffolcia ruſticantem, mox à Gallo Rambouletrus, & demum poſt menſem ab Andino Simierus aulicus lectiſſim⁹, amatorijs leuitatibus, facetiis, & aulicis illecebris exquiſite eruditus, multis è nobilitate Gallica comitatus, quos ad Richmondiam adeo amanter accepit Regina, vt Leiceſtrius iam fremeret, longa ſpe nuptiarum omnino excuſſus. Equidem paulo antea, cum Aſtleia à Reginæ cubiculo tecte Leiceſtrium in maritum commendaret illa commotior. *Itane*, inquit, *me mei diſsimilem & regiæ maieſtatis immemorem putas, vt ſeruulum, quem ego ipſa extuli, maximis Orbis Chriſtiani Principibus mariti honore anteponerem?* *Andinus nuptias cum Angla perſequitur.* *Leiceſtrius hinc fremit*

Eodem fere tempore Margareta Douglaſia, Comitiſſa Lenoxię, Henrici VIII è ſorore natu maiore neptis, Matthæi Comitis Lenoxiæ vidua, Iacobi Regis Magnæ Britaniæ auia, octo quos ſuſcepit liberis ſuperſtes, in cœleſtem patriā anno Climacterico emigrauit, magnifico funere Reginę expēſis Weſtmōaſterij elata, Matrona eximię pietatis, *Comitiſſa Lenoxiæ moritur.*

Digitized by Google

M. D. LXXVIII. patientiæ,& pudicitiæ, quæ ter in carcerem coniecta, quod ex ipſa audiui,non ob aliquod Maieſtatis crimen, ſed ob amatoria. Primum quum Thomas Hovvardus, Thomæ Hovvardi eius nominis primi Norfolciæ Ducis filius, ipſius amore captus, in arce Londinenſi periret, deinde ob amorē Henrici Darlij filij in Mariam Reginam Scotorum, poſtremo ob amorem Caroli filij iunioris in Elizabetham Candisham matrem Arbellæ, quacum nuptias conciliaſſe Scotorum Regina inſimulabatur, vt iam ante dixi.

Res Scotica Vt Scotica iam libemus. Sub huius anni initum Thomas Randolphus in Scotiam ab Elizabetha miſſus erat, vt exploraret quo ſtatu res Scotiæ eſſent, Regi de progreſſu in bonis literis (quem ex indole eximia & fœliciſſima memoria fecerat, ſane ſupra ætatem, maximum) gratularetur, animumq; eius, propoſitis Reginæ in illum beneficijs, & materno affectu, Anglis conciliaret. Vtq; cum Argathel ageret, ne Hebridiani opem rebellib. in Hibernia ferrent, & Mortonio Proregi perſuaderet, vt ſuſceptas cum Argathelio, Atholio, & alijs inimicitias, quamprimum deponeret, ne Procerum odia in ipſum intenderet, & Reginæ animũ omnino abalienaret. *Mortonius Prorex loco mouetur.* Ille iam prudentiæ,& fortitudinis laudes auaritiæ ſordib. inquinaſſe ſubaccuſabatur. Et breui cõmuni odio ita laborauit, vt Ordinum vnanimi conſenſu rerum adminiſtratio ab illo in Regem, licet præ ætate minus capacem,(vix duodennis enim iam erat) translata fuerit, atque duodecim è primarijs procerib. qui terni ſingulis trib. menſib. alternatim Regi conſilio adeſſent, nominati; & inter eos ipſe Mortonius, vt hominem deducere, non deijcere viderentur.

Rex Legatum in Angliam mittit. Legationis ſumma. Rex regni adminiſtratione ſuſcepta, illico per Dunfermilinium Elizabethæ in ipſum beneficia gratiſſima recordatione, agnoſcit, vt profecta, non tam à ſanguinis coniunctione, quam communi veræ religionis profeſſione: Rogat vt fœdus Edenburgenſe inter regna anno M. D. L IX. initum, ratihaberetur, ad limitaneorum deprædationes fœlicius,

Digitized by Google

cius cohibendas, & veræ religioni aduerſantium molitiones præuertendas, iuſtitia inter vtriuſque regni incolas ex æquo adminiſtraretur, piratice ablata plene reſtituerentur, & auitum in Anglia patrimonium (ſc. latifundia Matthæo auo, & Margaretæ auiæ conceſſa) ſibi hæredi proximo in manus traderentur, vtiq; pecunia iam opus eſſe, rebus regni Scotici acciſis, ad familiam & ſatellitium pro regia dignitate apparandum. M. D. LXXVIII.

Reginæ reſponſum.

Regina priora illa prompte promiſit, ad illud de patrimonio difficiliorem ſe præbuit. Nec tamen eos audire voluit, qui Arbellam, è Carolo regis patruo in Anglia natam, proximam hæredem ad prædia in Anglia aſſeruerunt, nec Legatum, qui ex hiſtoriarũ fide docuit, Scotorum Reges in Scotia natos, hæreditario iure in Comitatu Huntingdonẽſi in Anglia ſine queſtione olim ſucceſſiſſe, & obnixe rogauit, vt ciuium ius, quod ſæpe ignotis alienigenis indulſerat, Principi proximo cognato non denegaret. Illa autem reditus è latifundiis illis, à Burghleio pupillorum curatore, ſequeſtrari iubet, monetque vt ex bonis Comitis Lenoxiæ in Scotia Rex auiæ creditoribus ſatisfaceret. Inique enim tulit, ꝙ Rex *infeofamentũ* Comitatus Lenoxiæ, Carolo patruo & hæredib. factum, poſt Caroli mortem reuocaſſet, in præiudicium, vt ſuggerebatur, Arbellæ; licet ex regio Scotorũ iure donationes regno damnoſas, & in ætate minori factas, ſemper licuerit reuocare.

Anglorum poſtulata.

Conſiliarij Angliæ fœdus illud Edenburgenſe confirmandum non cenſuerunt, vt quod adhuc ratum firmumque conſiſteret. Poſtularunt, vt Legatus aliquid proponeret, quod aliqua ex parte Reginæ in Regem beneficia (quæ Anglorum ſanguini in Rege tutando non pepercerat) cõpenſaret, & amicitiam conſolidaret. Hinc ille è documentis propoſuit, vt fœdus, non *Offenſionis*, ſed *Defenſionis mutuiq; auxilii*, contra Pontificem Rom. & confœderatos, certis legibus, contra vtriuſque regni inuaſores & rebelles, religionis nomine, iniretur. Præter hæc Angli æquum cen-

M. D. LXXVIII. ſuerunt, quandoquidem Regina nihil omiſit, nec omittet ad Regis defenſionem, eaq; de cauſa in magna lit apud multos offenſa, vt Ordines regni Scotiæ cautionem interponerent ne Rex dum in minori eſſet ætate, fœdus aliquod cum quouis faceret, aut renouaret, matrimonium contraheret, aut è Scotia tranſmitteretur. Regina inconſultâ. Hæc autem vt magni momenti, accurate & circumſpecte conſiderāda in aliud tempus à Scotis reijciuntur.

Mortonius adminiſtrationem reſumit.

Interea Mortonius ingenio (quod ſane erat acerrimum) longo rerum vſu, & numeroſa clientela fretus, dum nihil recte factum, niſi quod ipſe faceret, putaret, & ſe eundem non eſſe qui fuerat, ferre non poſſet, rerum adminiſtrationem, Collegis neglectis, & preſcripta adminiſtrandi ratione poſthabita, ad ſe retraxit, Regem in poteſtate ſua in Sterlinij Caſtro detinuit. & quos voluit pro arbitrio, vel excluſit, vel admiſit. Vnde Proceres irritati, Comitem Atholiæ ſibi in Ducem præficiunt, & regis nomine edicunt, vt quotquot ex ephebis exceſſerant, & ſexagenariis minores, cum armis & commeatu ad xv. dies, ad regem liberandum conuenirent. Conuenerunt ſane plures, & ſignis explicatis, ad *Favvkirk* proceſſerunt, vbi Mortonius cum ſuis ſe obiecit. Sed Robertus *Bovves*, Legatus Anglicus, intercedendo, & æquas conditiones interponendo, à pugna continuit. Mortoniuſque ſtatim, quaſi rerum pertæſus, ſe domum ſubduxit, Atholiæque Comes, non ſine veneni ſuſpitione, mox fatis conceſſit. Quod incenſi contra Mortonium animi, inter alia, in inuidiam rapuerunt, nec perſequi deſtiterunt, vt dicemus donec in exitium præcipitaſſent.

Proceres in eum inſurgunt.

Angliam inuadendi conſilium.

In Hibernia nihil hoc anno memoratu dignum, verum de Hibernia & Anglia ſimul inuadenda, & Elizabetha, quæ firmiſſimum erat religionis reformatæ præſidium, deturbanda, Hiſpanus, & Gregorivs xiii. Pontifex Romanus, clandeſtina habuerunt conſilia, ſuis rationibus, ſub religionis reſtaurandæ larua, inſeruientes. Pontifex, vt Iacobo *Boncampagno* filio, quem *Vineolæ* Marchionem fecerat,

Regnum

Regnum Hiberniæ acquireret. Hiſpanus, vt rebelles Hibernicos occulte ſubleuaret, perinde ac Elizabetha Belgas, dum amicitia verbis vtrinque coleretur. Etiam vt Angliæ regno, ſi fieri poſſet, Pontificis authoritate potiretur, indeque Belgas confœderatos facilius in ordinem redigeret, quod deſperauit, niſi mari dominaretur, & hoc non poſſe videret niſi prius Angliæ dominaretur. Nec dubium, quin vt ille regna Neapolis, Siciliæ, & Nauarræ Pontificum beneficentiæ debet, ita etiam Angliam libentiſſime vellet, vt beneficiarius, debere. *M. D. LXXVIII.*

His qui norant maximum Angliæ firmamentum in claſſe eſſe regia, & in Onerarijs mercatorum nauibus, quæ ad belli vſum fabricatæ & inſtructæ; viſum eſt, vt mercatores Itali & Belgæ pleraſque harum onerariarum, alio atque alio quæſito colore, in longinquas nauigationes conducerent, dumque hæ peregre abeſſent, illa regia claſſis maiore claſſe opprimeretur: Eodemque tempore Thomas Stucleius, transfuga Anglus, de quo anno MDLXX. ſupra dixi, rebellib. in Hibernia cum copijs ſe coniungeret. Ille veterator inſignis, magnificentiſſime ſe oſtentando, & regnum Hiberniæ Pontificis filio notho pollicitando, eam gratiam apud ambitioſum ſenem inierat, vt eum titulis *Marchionis Lageniæ, Comitis VVexfordiæ, & Caterlaughiæ, Vicecomitis Moroughæ, & Baronis Roſſiæ* (inſignia hæc ſunt in Hibernia loca) ornauerit, & DCCC. Italis, Hiſpani ſtipendijs, conſcriptis, in bellum Hibernicum præfecerit: quibuſcum ille è * *Centum Cellis* ſoluens, tandem in Luſitania ad Tagi Oſtium appulit, vbi diuini conſilij vis potentior, hæc in Angliam, & Hiberniam deſtinata difflauit. *Thomas Stucleius bellum in patriam ſuſcipit.* ** Ciuita Vecchia.*

Sebaſtianus enim Luſitaniæ Rex, cui ſumma huius expeditionis in Angliam commiſſa erat (quandoquidem ille iuuenili ardore & ambitione tumidus, omnem ſuam operam Pontifici Romano, contra Mahometanos & Proteſtantes iampridem condixiſſet) à Mahomete Abdallæ, filio, Feſſæ Rege, magnis promiſſis in Africanum bellum illectus,

cum

Digitized by Google

M. D. LXXVIII. cum Stucleio egit vt prius cum Italis illis in Mauritaniam vna profiſceretur. Ille facile perſuaſus (quandoquidem Hiſpanus, Pontificis filium Hiberniæ Regem deſignari dedignatus, non abnuerit) cum Sebaſtiano in Mauritaniam profectus, memorabili illo prælio, quo tres Reges, Sebaſtianus ille, Mahometes & Abdal-Melechus occubuerunt, ſolutioris vitæ fabulam honeſta cataſtrophe peregit.

Bello Africano occumbit.

Niſi hoc Sebaſtiani fatum Hiſpani animum, ab Anglia inuadenda, ad Regni Luſitaniæ ſpem deflexiſſet, maxima belli tempeſtas (ſi qua fides profugis Anglis) in Angliam incubuiſſet. Produnt enim illi, ingentes copias, quas in ANGLIAM effundendas Hiſpanus ex Italia iam conſcribere cœperat, ad Luſitaniam occupandam detentas fuiſſe. Nec adduci poterat, ad Luſitaniam occupandam totus intentus, vt de ANGLIA cogitaret, etſi profugi ANGLI maximopere vrgerent, & Pontifex Romanus *Cruciatam* ad hoc, tanquam in bellum ſacrum, polliceretur. Cæterum cum certis nuntijs compertum eſſet, Stucleium, Italoſque in Mauritania perijſſe, & Hiſpanum nihil niſi Luſitaniam cogitare, claſſis Anglica, quæ Stucleium in Hiberniæ ora præſtolabatur, reuocatur; & Prouinciam Guilielmo Drurio Momoniæ Præſidi, Henricus Sidneius tradidit. Cum annos plus minus XI. diuiſis temporibus Prorex præfuiſſet: nauem conſcenſurus Hiberniæ verſiculo è Pſalmis valedixit. *In exitu Iſrael de Ægypto, & domus Iacob è populo barbaro.* Vir ſane ille eximius, & inter laudatiſſimos Hiberniæ Proreges, cuius prudentiæ & fortitudini plurimum ſe debere Hibernia non poteſt non agnoſcere, etſi de Proregibus plerumque querula.

Guil. Drurius Hiberniæ Prorex. Hen. Sidneius Hiberniæ valedicit.

M. D. LXXIX.

IOANNES CASIMIRVS FREDERICI III. Electoris Palatini filius, qui numeroſum Germanorum exercitum in Belgium

gium, magnis Ordinum & Elizabethæ impenſis, ſuperiori anno ſerius duxerat, & nihil præſtiterat, à tumultuante plebe Gandauenſi in partes allectus, menſe Ianuario, acri hyeme & niuoſa, in Angliam venit, vt irritæ expeditionis culpa in Gallos coniecta, ſe excuſaret. Vbi ſplendidiſſime exceptus, in vrbem Londinum funalibus, magna pompa à Senatu Populoq; deductus, in Regiam à Primarijs nobilibus; haſtiludiis, monomachijs, conuiuijs opiparis oblectatus, ordine Sancti Georgij, ipſa Regina Periſcelidem tibiæ aſtringente, ornatus, annua penſione & plurimis honorariis donis oneratus, medio Februario in Belgium regia naue reuectus, mercenarium illum exercitum ſolutum inuenit. Cum enim Alexander Farneſius Princeps Parmenſis, qui ad Belgij gubernaculum ab Hiſpano admotus, Germanis imminerer, & ſtipendia non repræſentarentur, parua clade affecti, pecuniam ab illo vt è Belgio diſcederent, poſtularunt: à quibus cum ille pecuniam, vt ſalua vita diſcederent, imperioſe, ſed ſalſe quidem, repoſtularet; illi accepta ſecuritate contenti, domum non ſine famæ diſpendio, ſed maiori Ordinibus detrimento, properarunt. Ordinibus tamen Elizabetha non defuit, ſed magnã pecuniam ſuppeditauit, pro qua Guilielmus Dauiſonus, ad Gandauenſium motus componendos, (qui in Eccleſiis & Eccleſiaſticos ſæuierunt) iampridem miſſus, antiqua monilia, & vaſa pretioſa familiæ Burgundicæ, pignori à Matthia Auſtriaco, & Ordinibus oppoſita, in Angliam attulit.

M. D. LXXIX.

Eius exercitus ſolutus.

Elizabetha Ordines pecunia iuuat.

Simierus interim Elizabetham, de nuptijs cum Andino Duce, amatorie interpellare non ceſſat, & quamuis illa ſummopere nuptias diu deprecaretur, eo tamen pertraxit, vt Leiceſtrius, qui nuptiis ex animo aduerſabatur, & ab iis illum philtris & illicitis artibus Reginæ animo adrepſiſſe, & in amorem Andini pellexiſſe rumores ſparſerint. Et ille contra, vt Leiceſtrium de gradu & gratia apud Reginam deiiceret, nihil non fecit, detectis eius cum Eſſexii vidua nuptiis: vnde Regina ita iracũdia efferbuit, vt Leiceſtrium in ca-

Simierus Andini nuptias promouet.

Leiceſtrius cum periculo ſe opponit.

M. D. LXXIX. in caſtellulo *Greenvviti* ſe continere iuberet, & in arcem Londinenſem coniicere cogitaret, quod æmuli percupierunt. Sed Suſſexius, licet æmulorum primus, & infenſiſſimus, qui totus erat in nuptiis cum Andino promouendis diſſuaſit, dum ex recto iudicio & innata nobili animo generoſitate, nemini moleſtiam ob legitimas nuptias, quæ apud omnes ſemper honeſtæ & honoratæ, exhibendam cenſeret: gauiſus tamen, cum his nuptiis omni ſpe nuptiarum cũ Regina excuſſum iacere. Nihilominus Leiceſtrius ita hinc irritatus, vt ad acceptam iniuriam vlciſcendam incumberet. Nec defuerunt qui eum inſimularunt, quaſi Teuderium è Regio ſatellitio ſicarium, ad tollendum Simierum ſubornaſſet. Certe Regina edito programmate iuſſit, ne quis dicto factoue Simierum, comites, aut famulos iniuria afficeret. Quo tempore accidit, vt dum Regina cum Simiero, Lincolniæ Comite, Hattono Procamerario in phaſelo per Tamiſim iuxta *Greenevvicũ*, animi gratia deueheretur, iuuenis è ſcapha bombardula effulminata, brachia remigis in Reginæ phaſelo glande traiecerit, qui mox captus, & ad patibulum in terrorem ductus. Cum autem imprudenter ſe feciſſe & nihil malitioſe cogitaſſe religioſe affirmaſſet, dimiſſus. Nec Reginæ credere libuit, quod quidam inſuſurrarunt, illum compoſito in ipſam, vel Simierum ſubornatum fuiſſe. Tantum aberat vt ſuſpicioni contra ſuos locũ daret, vt ſubinde dicere ſoleret, *ſe nihil de ſuis credere poſſe, quod de liberis parentes credere nolunt.*

Bombardula in Reginæ phaſelum exonerata.

Andinus in Angliam venit.

Poſt pauculos dies in Angliam, vno & altero comitatus, clam venit ipſe Andinus, & ad Reginam ne opinantem quidem, ad Regiam *Greenevvicum* acceſſit, vbi ſua clauſa inter ſe conſilia, remotis arbitris, habuerunt, quæ indagare non lubet (cum arcana Principum ſit Labyrinthus inextricabilis) & paucis conſpectus rediit. Verum poſt vnum & alterum menſem illa iuſſit, vt Burghleius Theſaurarius, Suſſexius, Leiceſtrius, Hattonus, & Walſinghamus, periculis & commodis quæ ex nuptiis cum eo emergant, ſerio perpen-

perpenſis, de tabulis matrimonialibus cum Simiero con- ſultarent. Pericula videbantur, ne ille quid contra religionem receptam moliretur, regni poſſeſſionem, vel ſibi ex Papæ donatione inuaderet, vel Scotiæ in manus traderet, eandemq;, Regina mortua, duceret, aut fratre defuncto, in Galliam rediret, Angliæq; Proregem imponeret, quod Angli minime ferant. Præterea ne Anglos externis bellis inuolueret, Scoti antiquo cum Gallis fœdere freti, maiores animos in Anglos ſumerent, Hiſpanus tantæ potentiæ ſe opponeret: poſtremo, ne populus penſitationibus ad eius magnificentiam tuendam oppreſſus, ſeditiones concitaret. Commoda vero videbantur, firma cum Gallis confœderatio ſtabiliretur, Pontificiorum rebelliones, ſi quæ fuerint, facilius comprimerentur, omnis ſpes Scotæ, & omnium qui eius nuptias ambiunt, eiq; fauẽt, intercluderentur. Hiſpanus ad rem Belgicam componendam & fœdus Burgundicum confirmandum perduceretur, & Anglia ſolida & læta ſecuritate, ex Reginæ liberis toties optatis tandem perfrueretur. Sin hæ nuptiæ negligerentur, verebantur ne Galli irritarentur, Scoti abalienarentur, Andinus nuptias cum Hiſpani filia contraheret, quacum Belgicas Prouincias in dotem acciperet, Gallus & Hiſpanus Scotam adiutarent, Scotorum Regem in ſuas partes pertraherent, eidem vxorem in rem ſuam procurarent, religionem reformatam excinderent, & Angli, cum nullam liberorum ex Regina ſpem viderent, Orientem Solem adorarent. Vnde illa non poterat non animo ad mortem vſq; diſcruciari, & contabeſcere.

M. D. LXXIX.

Pericula ex eius nuptiis.

Commoda.

Incommoda ſi negligantur.

Vt hiſce diebus religionis mutationem ab Andino Angli nonnulli timuerunt, ita & Scoti ab altero Gallo, *Amato*, ſiue *Eſmæo Stuarto Aubignio*, qui hoc tempore in Scotiam, ad cognatum Regem inuiſendũ venerat, (Ille enim Ioannis Stuarti, fratris Matthæi, Comitis Lenoxiæ, qui Regis auus, filius erat, & *Aubignius* ab *Aubignio* in Biturigibus cognominatus, quod Carolus Septimus Rex Galliarum olim largi-

Amatus Stevvartus Aubignius in Scotiam venit.

Aubignius vnde dictus.

M. D. LXXIX. largitus erat Ioanni Stuarto è familia Lenoxia, qui exercitus Scotorum in Gallia Conſtabularius, Anglos ad Baugium profligauit, ab iis poſtea in prælio *Des Harrans* occiſus; & iam inde ad iuniores ex ea familia ſpectauit.) Hunc Rex ſingulari beneuolentia complexus, opimis prædiis donauit, intimis conſilijs adhibuit, Scotiæ Camerarium, Caſtri Dunbritonij Præfectum conſtituit, & (poſtquam rite in Ordinum conuentu honorarias literas, quibus, pupillari ætate, Robertum Epiſcopum Cathaneſſiæ, fratrem aui tertiogenitum Lenoxiæ Comitem creauerat, reuocaſſet, & Marchiæ Comitatu compenſaſſet) primum Lenoxiæ Comitem, & deinde Ducem creauit. Florentiſſima hæc apud Regem gratia inuidiam apud multos conflauit, qui illum Guiſijs & Romanæ religioni deuotum ad veram religionem ſubuertendam in Scotiam miſſum obmurmurarunt. Suſpicionem auxit, quod Mortonij aduerſariis ſe applicaret, & de reuocando Th. Carro Fernihurſtio, Scotorum Reginę, ſi quis alius, addictiſſimo, intercederet, fruſtra obnitente Mortonio; cuius potentia iam aperte diuergebat, (etſi Hamiltoniis profligatis, & Caſtro Hamiltonio & Daffranio captis, præclare mereri videretur.) Erant qui hoc tempore Hamiltoniis odiũ apud Regem concitarunt maximum, eorum nomen quaſi terriculamentũ obiectando, & ita exagitãdo, vt ad neceſſariã ſui defenſionẽ contra Regẽ, caſtra illa propugnauerint, ſed ad deditionẽ coacti, & Parlamẽtaria authoritate, cædis tam Morauij, quã Lenoxij Proregum rei peracti, & proſcripti. Horum nonnulli in Angliam confugerunt, pro quibus Elizabetha per Eringtonium, tam ex honore, quam iuſtitiæ ratione, ſedulo interpoſuit, cum illa Anno 1573. ad quietem fundandam fidem obligaſſet, illos in quæſtionem, eas ob cauſas, niſi ipſa conſentiente, non deuocandos.

Ad honores euectus.

Proteſtantibus ſuſpectus.

Hamiltonii deiecti.

Proſcripti. Ab Elizabetha ſubleuati.

Illa etiam ſub hoc tempus, in altera Orbis parte, intercedente, *Amurathes Cham*, ſiue Sultanus Turcarum, opera Guilielmi Harbourni Angli, & Muſtaphæ *Beg* Baſſæ Turcici,

Turcica mercatorum ſocietas.

cici,

Digitized by Google

eici, conceſſit vt mercatores Angli *perinde ac Galli, Veneti, Poloni Rex Germanorum, & aliæ vicinæ gentes mercaturam per omne eius imperium libere facerent.* Vnde illi regia authoritate in ſocietatem coaluerunt, quæ *Turcica* dicta, quæſtuoſiſſimam iam inde mercaturam Conſtantinopoli, Angoriæ, Chio, *Petrazzo* Alexandriæ Ægypti Cypro, & alibi in Aſia exercuerunt, pro Aromatibus, Coroneis, Serico impexo, Tapetis, Indica tinctura, vuis Corinthiacis, ſiue *Curantz*, Sapone, &c. M. D. LXXIX.

Exectanda Matthæi Hamonti impietas, quæ in Deum Chriſtumq; eius Norwici hoc tempore palam debacchata eſt, & cum illius viuicomburio, vt ſpero, extincta, obliuione potius eſt obruenda, quam memoranda. Nec ego cum illis iuxta ſentio, qui publice intereſſe exiſtimant, vt ſingula vitia, venena, & impietates propalẽtur: cum parum abſit à docente, qui huiuſmodi narrat. *Hamonti impietas.*

Hic annus ſupremus erat Nicholao Bacono, Magni Sigilli Angliæ Cuſtodi, ſub quo nomine, honore & authoritate Cancellarii Angliæ ex Parlamentario decreto vſus erat. Vir præpinguis ingenio acerrimo, ſingulari prudẽtia, ſumma eloquentia, tenaci memoria, & ſacri conſilii alterum columen, cui Thomas Bromleius Cancellarii Angliæ titulo ſuffectus erat. *N. Baconus obiit.* *Tho. Bromleius ſuccedit.*

Baconum ſequutus eſt Thomas Greshamus ciuis Londinenſis, Mercator Regius, & ex ordine Equeſtri, Richardi Greshami ex eodem ordine filius, qui patriæ ornamento, & Mercatorum vſui Periſtyllium pulcherrimum (*Excambium Regium* Elizabetha nominauit) Londini extruxit, & ædes quas in vrbe habuit ampliſſimas, bonarum literarum profeſſioni dicauit, conſtitutis in iiſdem Sacræ Theologiæ Iuris Ciuilis, Medicinæ, Aſtronomiæ, Geometriæ, & Rhetoricæ prælectionibus cum honeſtis ſalariis. *Greshamus obiit.* *Eius Londini Collegium.*

In Momonia Hiberniæ prouincia, nouam rebellionis flammam accendit Iacobus *Fitz Moris*, ille, qui antea Perotto Momoniæ Præſidi ad genua aduolutus, lugubri eiu- *Rebellio Ia. Fitz Moris in Hibernia.*

M. D. LXXIX. latu& ſupplici oratione veniam precatus, fidē obſequiumque Reginę ſanctiſſime vouerat, Ille (inquam, cui nulla niſi in turbis quies) in Galliam ſe ſubduxerat, Regi pollicitus, ſi ſuppetias ferret, ſe Hiberniam vniuerſam Gallico ſceptro adiuncturum, & Romanam religionem in inſula reſtauraturum. Verum dilationibus fatigatus, & demum irriſus, è Gallia in Hiſpaniam profectus, eadem Regi Catholico promiſit. Ille ad Romanum Pontificem tranſmiſit, à quo (Nicholao Sandero Præsbytero Anglo, & Alano Hibernico, Theologiæ Doctoribus maximopere procurantibus) pauxillum pecuniæ, Legatinam Sandero authoritatem, conſecratum vexillum, & commendatitias ad Hiſpanum literas conſequutus, in Hiſpaniam rediit. Et inde cum illis Theologis, tribuſque nauibus, & exigua militum manu, ad *Sanctæ Mariæ vicum* (*Smerwic* contracte vocant Hibernici) in Kerria Hiberniæ Cherſoneſſo circa Calendas Iulii appulit, vbi, loco rite à Sacerdotibus conſecrato, munimentum erigit, & iuxta naues ſubducit, quas Thomas Courtneius nobilis Anglus, qui cum bellica naue in ſtatione propinqua hæſit, mox aggreſſus cepit & abduxit, mariſque beneficio Hiſpanos excluſit. Ioannes & Iacobus, fratres Comitis Deſmoniæ, paucis Hibernicis contractis, affini *Fitz-Moris* ſe protinus adiungunt, Comes autem ipſe qui impenſe cauſæ fauit, ſimulate ſuos conuocat; quaſi obſtiturus, Comitem *Clancaria*, ſelecta militum manu contra hoſtes & rebelles, ad eum accedentem, ſubdole amolitus.

A Papa & Hiſpano excitata.

Deſmonius fauet.

Prorex, vt hoſtes appulſos certis nunciis accepiſſet, per Henricum Dauilium Anglum, virum nobilem & fortem, Deſmoniiſque perfamiliarem, Deſmoniæ Comiti & fratribus coniunctim imperat, vt munimentum quamprimum adorirentur. Quod cum illi tergiuerſati abnuerint, tāquam periculi plenum, Dauilium diſcedentem ſubſequitur Ioannes Deſmonius. Ad *Trallium* opidulum aſſequitur diuerſantem in publico hoſpitio, nocteque intempeſta, hoſpite corrupto, cum ſicariis in cubiculum ſtrictis gladiis irrumpit,

Dauilius in lecto occiſus.

pit vbi Dauilius ſecure cum Arthuro Cartero, Protribuno Momoniæ veterano fortiſſimo altum dormiuit; ſed tumultu excitatus, cum Ioannem Deſmonium ſtricto gladio in cubiculo conſpexiſſet, ſe leuans Quid rei (inquit) mi fili (ita enim illum familiariter compellare ſolitus) *Non amplius iam ego tibi filius* (inquit ille) *nec tu mihi pater, morieris*. Simulque & eum & qui vna dormiuit, Carterum, multis vulneribus confoſſos trucidarunt, poſtquam Dauilii puer pediſequus, obiectu nudi corporis, dominum, quantum poterat, aliquantiſper defendiſſet, & vulnera excepiſſet. Mox Dauilii famulos, qui hinc inde diſperſi cubarunt, interfecit ſingulos, reuerſuſque cruentatus apud Hiſpanos de cæde gloriatur. *Et hoc*, inquit, *ſit vobis pignus meæ in vos & hanc cauſam fidei*. Hoc Sanderus, vt *ſuaue coram Deo ſacrificium laudauit*, Iacobus *Fitz-Moris* cædis rationem improbauit, qui factum in via potius quam in lecto maluit. Comes vt audiuit, toto animo deteſtatus damnauit.

M. D. LXXIX.

Sanderus eadem approbat.

Hiſpani cum pauculos Hibernicos, eoſque inermes & miſellos ſe coniungere viderent, contra ac *Fitz-Moris* promiſerat, diffidere, ſe periiſſe in lamare & fortunam deplorare ſuam; cum nec mari, nec terra effugium viderent vllum. Vt patienter expectarent *Fiz-Moris* adhortatur, magnas copias auxiliares aduentare affirmat, ipſeque ſimulate iter ſuſcepit ad *Sanctam Crucem Tipporariæ*, obtentu votum, quod in Hiſpania fecerat, ſoluendi, reuera vt ſeditioſos ex Connachtia & Vltonia contraheret.

Conflictus cum illis de Burgo.

Dum ille cum pauculis equitibus & XII. peditibus iter habet per terras Guilielmi à *Burgo* affinis (qui in ſuperiori rebellione ipſi coniuratus) & iumentis iam deficientibus; equos ab aratris iuxta viam abripit. Agricolæ, clamore ſublato, viciniam ad equos recuperandos conuocant, inter quos filii Guilielmi de *Burgo*, iuuenes animoſi conſcenſis equis, adeo acriter perſequuntur, vt anteuerterent. *Fitz-Moris* conſpicatus Theobaldum de *Burgo* & fratres, qui iam pridem vna ſecum fuerant rebelles, amice affatus,

V 2 Cognati

Digitized by Google

M. D. LXXIX. *Cognati*, inquit, *de vno & altero equo ſtrigoſo ne concertemus nō dubito quin cauſa, cur ego in Hiberniam redierim cognita, voſmet mihi comites adiunxeritis.* Reſpondet Theobaldus, Prioris rebellionis & me, & patrem, & meos vehementer pœnitet, fidem & obſequium benigniſſimæ Principi, quæ vitam indulſit, iurauimus, & fidem præſtabimus. Itaque redde iumenta, aut vt reddas adigam; ſimulque haſta contorta in illum irruit. Pugnatum eſt aliquandiu, Theobaldus, & alter è fratribus cum nonnullis ſuorum o cubuerunt, ſimulque *Fitz-Moris occiditur.* Fitz *Moris* ipſe haſta transfixus, & caput plumbea glande transfoſſus cum pleriſque ſuorum cecidit. Cadaueri caput amputatum, corpus membratim diſſectum, membra palis ſuffiguntur ad portas Kilmaloci, vbi prius fidem Principi in Eccleſia coram Perotto, vt diximus, magnis obteſtationibus aſtrinxerat. *Guil. à Burgo factus Baro.* Regina Guilielmum *à Burgo*, literis dolore & amore pleniſſimis, de filiis amiſſis conſolata, titulo Baronis *Caſtri Conelli* ornauit, & annua penſione munerauit, *Præ gaudio moritur.* vnde ſenex inopino gaudio perfuſus, haud multo poſt expirauit.

Deſmonius fidem ſimulat. Drurius Prorex prope *Kilmalocum* iam aduenerat, Comitemque Deſmonium accerſit, qui coram aduenit, fidemque & obſequium in Principem po licitus, etiam iureiurando interpoſito, ſe cum ſuis contra rebelles militaturum obligat. Vnde dimiſſus vt ſuos colligeret, & ad Proregem rediret. *I. Deſmonius Anglos cadit.* Ioannes Deſmonius Comitis frater, qui in *Fitz-Moris* locum inter rebelles ſuffectus, ex inſidiis, Herbertum & Priſium Anglos cum cohortibus, quas duxerunt intercepit, & occidit, ipſe in facie ſauciatus. Numeros vero ſexcenti milites è Deuonia ſupplerunt, Perottuſq; cum ſex bellicis nauibus, ad oram tuendam ex Anglia miſſus.

Quo tempore Prorex morbo vehementius indies afflictatus, ne eſſario Waterfordiam, ad valetudinem curandam, receſſit, & Nicholaum Malbeium Connachtiæ Præ- *Nich. Malbeius Momoniæ præficitur.* fectum, veteranæ militiæ gloria clarum, bello & Momoniæ præfecit. Recedenti Deſmonii vxor ſupplex filium vnicum & hæ-

& hæredem obtulit in obſidem pro patre. Nam poſtquam illc Kilmaloco diſceſſerat, non comparuit, etſi Malbeius ſubinde officij, & promiſſi per literas admoneret, qui nihil cunctādum ratus, in *Conilo* Syluestrem regiunculam contra rebelles mouit: vbi Ioannes Deſmonius acie diſpoſita, & ſacrato Romani Pontificis vexillo explicato, illum excepit, ſigniſque collatis acerrime vtrinque dimicatum. Cum virtuti Anglorum fortuna tandem faueret, Ioannes primus fugam capeſſit, & ſuos occidioni reliquit; inter quos repertus eſt Alanus ille Theologus, qui victoria promiſſa animos ad prælium incitauerat. *D. D. LXXIX.* *Rebelles funditi.*

Ea nocte Comes Deſmonius, qui ſpectator è propinquo colle aderat, victoriam Præfecto per literas ſimulate congratulatur, monetq; ſub amicitiæ ſpecie, vt inde caſtra moueret. Malbeius nuntio remiſſo, per literas Comitem iubet, vt accederet, vireſque coniungeret, quem cum quatriduum ibi fruſtra expectaſſet, ad *Rekelium* Deſmoniæ oppidulum promouet. Iam Comes, qui tam diu vultu & verbis ſimulationem egregie ſuſtinuerat, perſonam deponit, & rebellem animum aperte induit, eademq; nocte rebelles Malbeij caſtra per tenebras aggrediuntur, quæ tamen ita munita inuenerunt, vt re infecta receſſerint. Præfectus, cū locus ille ad diſiungendas rebellium copias opportunus videretur, præſidium ibi impoſuit, indeque ad *Askettenum* tendit, caſtrum Comitis in rupe *Asketeno*, flumine circumfuſum, & militari manu armatū. Priuſquam tamen aggrederetur, literas ad Deſmoniū iterum dedit, eumq; hortatur, propoſita Reginæ benignitate, priſca familiæ Deſmoniæ dignitate, maiorū gloria, & apud poſteros infamia, vt rebellionis maculā non ſubiret, ſed ad officiū rediret. Ille cōtra, vt animū peruicacia, ita & caſtra aduenarum Hiſpanorum & Hibernicorum præſidijs circumquaq; obfirmat. Quo tempore, ineunte Octobre, Drurius Prorex Waterfordiæ expirauit, vir ſane ſpectatæ virtutis & bellicis ſtudiis ab ineunte ætate in Gallia, Scotia & Hibernia innutritus. *Deſmonius aperte rebellat.* *Drurius Procex obit.*

M. D. LXXIX.

Prorege mortuo, intermoritur vna Malbeij in Momonia authoritas, qui militibus per præſidia diſpoſitis, in Cónachtiam ſuam Prouinciam receſſit. Rebelles ex Proregis morte animos ſumunt, & quomodo ab Anglorum imperio ſe penitus eximerent, deliberant, conſultiſſimumque viſum præſidiarios vndique circumſidere, & fame premere. Iacobus igitur Deſmonius *Adarum*, vbi Guilielmus Stanleius, & Georgius Carevvus ſtationem habuerunt, obſidet, ſed præſidiarij famem extremum malorum, metuentes, obſeſſores tam crebris erupiionibus fatigarunt, vt obſidionem ſoluerint, & libertatem prædandi in agro vicino reliquerint; quod gnauiter & fortiter fecerunt, ipſo Iacobo vulnerato.

Rebelles inde ferociores.

Interea Conſiliarii Regni Guilielmum Pelhamum in Iuſtitiarium Hiberniæ, cum proregis authoritate, donec prorex crearetur, elegerunt, & Ormondiæ Comitem Momoniæ præfecerunt, qui Deſmonij filium, quem penes ſe obſidem habuit, Dubliniam cuſtodiendum miſit. Pelhamus Iuſtitiarius in Momoniam pergit, Deſmoniumq; accerſit: ſed ille miſſis per vxorem literis, ſe excuſat. Mittitur itaq; Ormondius, qui illum moneret, vt Sanderum Theologum, milites extraneos, caſtella *Carigo-Foylum*, & *Askettenum* Iuſtitiario in manus traderet, abſolute ſe ſubmitteret, vireſq; ſuas contra fratres & cæteros rebelles conuerteret: quæ ſi fecerit, rebellionis gratiam conſequeretur, ſin minus, patriæ proditor & hoſtis declarandus. Cum ille tergiuerſatione hæc eluderet, proditor & læſæ Maieſtatis reus ineunte Nouembri declaratur, quod de patria debellanda & ſubuertenda cum externis Principibus egiſſet, Sanderum & Iacobum *Fitz-Moris* rebelles ſuſtentaſſet, Hiſpanos è munimento ad *Smervvick* delapſos fouiſſet, fideles ſubditos ſuſpendio ſuſtuliſſet, Pontificis Romani vexillum contra Reginam explicaſſet, & exteros in regnum induxiſſet. Hoc promulgato, Iuſtitiarius Ormondio bellum perſequendum commiſit, Deſmonius in aliam Momoniæ partem

Guil. Pelhamus fit Hiberniæ Iuſtitiarius.

Deſmonium officii monet.

Proditorem denuntiat.

Digitized by Google

partem conuerſus, *Yoghaliam*, oppidum maritimum ſatis munitum, nemine reſiſtente, ex improuiſo occupat & diripit. Ormondius per *Conilo*, vnicum rebellium perfugium, omnia longe lateque vaſtat armenta abigit & in prædam militibus concedit, Prætorem *Yoghaliæ*, quod præſidium Anglorum admittere recuſaſſet, ſuſpendi pro forib. iubet, præſidioq; oppidum firmat, Deinde Hiſpanos in *Strangicallia* obſidere parat; Illi autem ſe prius periculo ſubduxerant, Angli tamen perſequentes ad vnum interemerunt; rebelleſque vbiq; per Momoniam grauiſſime exagitarunt. Deſmonius vero & fratres, etſi latitantes, Iuſtitiario literis prolixis ſignificant, ſe ſuſcepiſſe Catholicæ fidei in Hibernia patrocinium, idque Pontificis Romani authoritate & Regis Catholici auſpicijs, ideoq; illum blande ſubmonent vt in cauſa tam pia & *meritoria* ad animæ ſalutem ſe ſocium adiungeret.

M. D. LXXIX. *Ormondi⁹ rebelles perſequitur.*

M. D. LXXX.

IVSTITIARIVS hæc ſuauiter irridens, in Momoniam reuerſus, nobiles conuocatos prudenter apud ſe detinet, nec dimittit, niſi obſidibus datis, promitterent operam cõtra rebelles cum ipſo & Ormondio nauare. Qui mox diuiſis cohortibus, rebelles indagant, Baronem *Lixnavvum* ad deditionem, *Carigofoylum* caſtrum obſidione incingunt, quod Iulius Italus cum paucis Hiſpanis defendit, maceriéque mœnium, vi maiorum tormentorum disiecta, irrumpunt, præſidiarijs cęſis vel ſuſpenſis vna cum Iulio.

Iuſtitiarius, & Ormondius rebelles exagitant.

Deinde caſtrum *Ballilogbum* à præſidiarijs, cum Anglos aduentare viderent, incenſum & derelictum; vti etiam *Askettenum*, cui cum nouo ANGLORVM præſidio Petrus *Carevv*, & GEORGIVS frater præficiuntur. *Mac-Aulei* territorium deuaſtatur, & inde per vliginoſum montem *Slevvlougher* in Kerriam Iuſtitiari⁹ ingreditur, magnam vim pecorum abigit, rebelleſque plurimos perimit. Iacobus

Digitized by Google

M. D LXXX.

Ia. Deſmonius captus & morte affectus.

DeſmoniusComitis frater *Musk-royam* regiunculamCor-
maci *Mag-Teg* (quem Iuſtitiarius ea lege dimiſerat, vt de pa-
tria contra rebelles bene mereretur) deprædatus,incidit in
Donellum, Cormaci fratrem, qui prædam pluribus cæſis,
recuperauit. Iacobum vulnere lethali ſauciatũ cepit, Wa-
rhamoq; *Sancto Legero* Mareſcallo Momoniæ, & Waltero
Kalegho (qui nunc primum ordines duxit) tradidit. Illi in
iudicium vocarunt, & Maieſtatis reum peractum vſitato
proditorum ſupplicio affecerunt, capite Corcagij portæ in
ſpectaculum præfixo. Deſmonius ipſe omnibus miſerijs af-
flictiſſimus nuſquam tutus loca ſubinde mutat, vxorem ad
Inſtitiarium mittit,ad veniam expoſcendam, & cum Win-
tero, qui armata claſſe, Hiſpanos in illa ora expectauit, per
ſuos ſedulo agit, vt in Angliam tranſueheretur, ad Reginæ
miſericordiam implorandam.

Deſmoni⁹ miſerijs oppreſſus.

Arthurus Baro Greius Hiberniæ Prorex

Iam Iuſtitiarius certior factus, Arthurum Baronem Gre-
ium,Hiberniæ Proregem deſignatum in Hibernia appuliſ-
ſe, Momoniæ exercitum Georgio Bourchiero, Ioannis ſe-
cundi Comitis Bathoniæ filio committit, ipſeque Dublini-
am, modicis itineribus, vt Prouinciam ſucceſſori traderet,
reuertitur. Greius vbi primum appulerat, antequam gladi-
um & Imperij inſignia accepiſſet, audito rebelles quoſdam
ſub ductu *Fitz-Euſtatii* & *Pheogi Mac-Hugh* principis nume-
roſæ familiæ *O-Brinorum* latrocinia agitare,& perfugium ſi-
bi in *Glandilough*, 25 à Dublinia milliari ad Auſtrum habere,
vt famiæ inſtaret, & acrioribus initiis terrorem incuteret,
iuſſit ordinum ductores qui ſalutatum hinc inde venerunt,
vt contracta militum manu, contra rebelles cum ipſo per-
gerent. Iſti illico in *Glandilough* ſe recipiunt. Vallis illa eſt
graminoſa, ſaginandis pecorib. idonea & magna ex par-
te ſubuuida, ſaxoſa crepidine, & decliui præcipitio, arbori-
bus arbuſtiſque denſis vndique circumſita; tramites vero
vix incolis cogniti. Cum ad locum ventum, Cosbeius Hi-
bernicorum peditum expeditorum (quos *Kernes* vocant)
Ductor, qui penitus loca nouit, monuit reliquos, quanti

In rebelles mouet.

pericu:i

periculi eſſet, vallem illam inſidiis opportunam ingredi; audendum tamen virili animo ſuadet, ipſeque ſeptuagenario maior præit, cæteri ſubſequuntur. Simul ac in vallem deſcendiſſent, ex arbuſtis glandium quaſi grandine à rebellib. circumquaque diſpoſitis, quos ne viderunt quidem, obruuntur. Pars longe maxima cecidit, cęteri per crepidines impeditiſſimis viis eluctati, ægre ad Proregem euaſerũt, euentum in colle expectantem cum Comite Kildariæ, & Iacobo Wingfeldio, machinarum præfecto, qui non ignarus periculi, Georgium *Carevv* alterum nepotem apud ſe detinuit inuitum, ad maiores honores reſeruatum. Deſiderati fuerunt Petrus *Carevv* iunior, Georgius Morus, Audleius, & ipſe Cosbeus viri militari laude florentes. *M. D. LXXX. Anglicaſi.*

Breui tempore interiecto appulerunt ad *Smervvicum* in Kerria, ſub Imperio *San-Ioſephi* Itali, ſeptingenti plus min° Itali & Hiſpani, à Pontifice Romano & Hiſpano ſubmiſſi, ſpecie Romanæ religionis reſtituendę, reuera vt Elizabethæ vires diducerent & animum à reb. Belgicis retraherẽt. Terram nemine prohibente conſcenderunt, Winterus enim, qui in illa ora eos cum armatis nauib. aliquandiu præſtolatus erat, in Angliam, Æquinoctio Autumnali iam pręterito, redierat. Illi locum munitionibus firmant, & *Fort del Or* nominant. Sed ſimul ac Ormondium Momoniæ Pręfectum accedere nuntiatum, Hibernicorum ſuaſu, munimentum reliquerunt, & in *Glaningelliam* vallem pręruptis montibus & ſyluis concluſam ſe receperunt. Nonnullos Præfectus intercepit, qui interrogati de numero & ſuſcepto conſilio, faſſi ſunt ſeptingentos adueniſſe, arma vero quæ quinque millibus ſufficerent attuliſſe, pluresq; ex Hiſpania indies expectari. Pontificem & Hiſpanum ſtatuiſſe Anglos ex Hibernia exturbare, ad eam rem grandem pecuniam miſiſſe, quã Sandero Pontificis *Nuntio*, Comiti Deſmoniæ, & Ioanni eius fratri in manus tradiderant. Eadem nocte Itali & Hiſpani, quo ſe verterent ignari, cum luſtris latitare neſcirent, per tenebras ad munimentũ repedarunt, *Itali & Hiſpani in Hiberniam appellunt.* *Munimentum erigũt*

 iuxtaque

Digitized by Google

M. D. LXXX. *Obſidentur.*

iuxtaque caſtrametatus eſt Ormondius. Sed à machinis,& cæteris ad oppugnationem neceſſariis,deſtitutus, Proregis aduentum expectat.Ille breui aduenit,comitat⁹ Zoucheo, Ralegho, Denio, Mac-vvortho, Achino, & aliis militum ductoribus, eodemq; tempore VVinterus cum bellicis nauibus ex Anglia non inculpatus redierat.

Prorex tubicinem ad munimentum miſit, percunctatum quinam eſſent, quid rei illis in Hibernia, quis miſerit, cur munimentum in Elizabethæ Regno poſuerint? ſimulque imperaret, vt quamprimum abſcederent. Illi reſponderunt, alios à ſanctiſſimo Patre Pontifice Romano, alios ab Hiſpano Rege Catholico miſſos eſſe, cui Pontifex Romanus Hiberniam donauerat, quandoquidem iure in Hiberniam Elizabetha ob hæreſim iuſte exciderat. Itaque ſe velle parta tueri,nec non plura ſi potuerint quærere. Cum de ratione obſidionis inter Proregem & VVinterum conſultatum eſſet,claſſiarij *Colabrina* quædam è nauibus nocte ſilente educunt aggereque iuxta littus perfoſſo, compendio pertrahunt, & diſponunt. Milites itidem ex altera parte muralia tormenta librant,ſimulque infeſta pulſatione in munimentum quatuor continuis diebus effulminant. Hiſpani ſemel atque iterum ſuo damno erumpunt, ex Anglis vero ne vnus quidē periit, p̄ter Ioan. Checū iuuenē ſpecioſum,& animoſum,Ioannis Checi Equitis eruditiſſimi filiū.

San-Ioſephus qui munimento præerat, homo imbellis,aſſidua pulſatione territus,ſtatim de deditione cogitauit, cūque Hercules Piſanus, & alij Ductores enixe diſſuaderent, vt viris militarib. indignum, inſtarentq; vt ad defenſionem ſe pararent, ne ſua ignauia animos Hibernicis, qui iam opem laturi,minuerent, Ille inſigni ignauia, per ſuos militū animos tentauit, effecitque, vi ſeditioſe ductoribus intentata,vt deditioni adſentirent. Vnde die quinto,cum nihil ſubſidij, neq;ex Hiſpania,neq; à Deſmonio viderent, candido ſublato vexillo, colloquium petierunt. Quod negatum, quia cum rebellibus ſe coniunxerant,quibuſcum non

fas

Digitized by Google

fas ſit aliquod colloquium habere. Petierunt deinde, vt cũ impedimentis liceret diſcedere; nec hoc conceſſum. Poſtea vt Præfecto, & primarijs quibuſdam viris hoc permitteretur, nec hoc maximopere rogantibus datum. Iuſſitque Prorex (aſperrime in Pontificem Rom. inuectus) vt nulla adiecta conditione, ſe dederent. Cumque nihil aliud exorare poſſent ſublato iterum candido vexillo, *Miſericordia, Miſericordia* conclamitarunt, & ſe Proregis miſericordiæ abſolute ſubmiſerunt, qui illico quid de illis ageretur ſuos conſuluit. Cum autem dedititij Anglos numero æquarent, periculum à rebellibus, qui plures quam mille quingenti imminerent, Angli victu & veſtitu ita deſtituerẽtur, vt tumultuaturi eſſent, niſi ex munimento ſpolijs hoſtilibus ſubleuarentur, naueſque deeſſent, quibus hoſtes aueherentur: in hanc ſententiam, Prorege inuito & lachrimãte, itum eſt; vt ſeruatis ductoribus, reliqui in terrorem promiſcue occiderentur. Hibernici autem ſuſpenderentur, quod mox factum. Infectum tamen maluit Regina, ſæuitiam, etſi neceſſariam, in dedititios ex animo auerſata & rationes cędis cõmiſſę ægre admiſit. Hæc in Hibernia, quæ cõiunxi, ne ſeries narrationis interrumperetur, licet alia pro temporis ratione prius memoranda interuenerint.

M. D. LXXX.

Se dedunt.

In eos ſæuitur.

In Anglia, hoc anno inchoante, collaria ornamenta, quæ ſupra modum ampla erant & inuolucris voluminoſa, palliaque ad talos fere vſque promiſſa, non minus indecora quam magnæ impenſę, edicto coercentur. Gladij item ad III pedum, pugiones ad XII. pollicum extra manubrium, & cuſpides ex parmarum vmbone prominẽtes, ad duorum pollicum longitudinem reuocantur. Itidem, cum populoſa multitudine ad Londinum vndique confluente, vrbs & ſuburbia ædificijs plus iuſto, iam adeo intumuiſſent (dum reliquæ Angliæ vrbes & oppida cõtabeſcerent) vt niſi tempeſtiue occurreretur, nec ordinarij Magiſtratus regendæ multitudini, nec circumuicini agri paſcendæ ſufficere viderentur: & Epidemica contagio, ſi qua acciderit, latius & grauius

Veſtium luxus coercetur.

Et noua in Londini ſuburbijs ædificia.

Digitized by Google

M. D. LXXX. grauius per ædes condenſas, & inquilinis refertiſſimas ſerperet; Regina edicto vetuit, ne qua ædificia ad habitationē intra tria millia paſſ. ab vrbis portis de nouo extruerentur, ſub pœna incarcerationis & materiæ, ad extruendum conuectæ, amiſſionis, nec plures quam ſingulę familæ ſingulas ædes incolerent.

Mechlinia capitur. In Belgio Ioannes Norriſius, Præfectus Anglis, & Oliuarus Templeus, cum aliquot Belgarum cohortib. Mechliniam, opulentam Brabantiæ vrbem, ſcalis primo diluculo admotis, multa ciuium & religioſorum ſtrage ceperunt; aliqua ſane fortitudinis laude, ſed quam fœda rapacitatis & *Angli ſacrilegi.* ſacrilegij macula inquinarunt. Etenim non ſolum ciuium opes omni prædandi inſolentia diripuerunt, ſed etiam in templa, ſacra, & ſepulchra ſæuierunt, vim mortuis inferentes. Vidimus enim (pudet dicere) plures ſepulchrales lapides inde in Angliam tranſmiſſos, & venum expoſitos, vt impietatis publice proſtarent argumenta.

Terræ-motus, qui ijſdem diebus acciderunt, non alienum videtur memorare, cum in Anglia admodum raro accidant, & hi ſane potius Terræ-tremores dicendi. Octa-*Terræ motus.* uo Idus Aprilis, hora poſt meridiem ſexta, cœlo ſereno & tranquillo, Anglia citra Eboracum & Belgium Coloniam fere vſque, quaſi momento ita tremuit, vt lapides ex ædificijs alicubi dilaberentur, campanæ in ſacris turribus agitatę ſonitum darent, ipſumq; mare, tunc placidiſſimum, vehementius ſuccuteretur. Nocte ſubſequente ſemel atq; iterū terra in Cantio contremuit, vt etiam denuo Calendis Maij nocte intempeſta. An hoc factum vi ventorum terræ hiatus ſubeuntium, an aquarum ſubter terram vndantiū, aut *Pontificiorum afflictionis principiū.* aliunde, viderint Phyſici. Motus vero ſubſequutus eſt in Pontificios per Angliam, ſed ab ipſis excitatus, his initijs.

Seminariorum Anglicorū initiū Sacerdotes Angli, qui in Belgium profugerunt, Anno MDLXVIII, curante Guilielmo Alano Oxonienſi inter eos doctiſſimo, Duaci conuenerunt, & ad Collegij rationem in diſciplinam communem ſe tradiderunt, quibus Pontifex

Romanus

Romanus penſionem annuam aſſignauit. Belgio deinde tumultibus agitato, & Anglis profugis, iuſſu Requeſenij Belgio eliminatis, alia eiuſmodi iuuentuti Anglicæ, Rhemis; à Guiſijs Reginæ Scotorum cognatis; & Romæ à Gregorio XIII. inſtituta. Quæ, cum dies Pōtificios Sacerdotes in Anglia abſumeret, ſemper nouos ſuppeditarent, qui Romanæ religionis ſemina in Anglia ſpargerent. Vnde *Seminaria* dicta, & qui in ijs educati, vulgo *Seminarij*. M. D. LXXX.

In his, dum inter alia de poteſtate Eccleſiaſtica & Politica diſputaretur, Zelus in Pontificem fundatorem, odium in Reginam, & ſpes religionem Romanam per Scotorum Reginam reſtaurandi, nonnullos eo proripuerunt, vt ſibi ad veritatem perſuaſerint, & definierint, Pontificem Rom. iure diuino, *plenitudinem poteſtatis* in vniuerſum Orbem terrarum, tam in Eccleſiaſticis, quam Politicis habere; eumq; ex hac *poteſtatis plenitudine* poſſe Reges excommunicare, & excommunicatos, (ſubditis à fidelitatis ſacramento abſolutis) ſolio deturbare. Hinc anno 1569. *Bulla* illa *Declaratoria* Pij V. publicata, & ex illa rebellio in Boreali Angliæ parte, & iſta Hibernica, quam modo dixi, exarſerunt, plures à receptis ſacris, quæ antea ſine ſcrupulo frequentarant, abſtinuerunt. Hanſius, Nelſonus, Mainus Sacerdotes, Sherwooduſque, Reginam, Schiſmaticam & hæreticam eſſe, ideoq; abdicandam, obfirmate docuerunt, quod morte luerunt.

Ex his *Seminariis* primum pauci iuuenes, mox plures, vt ſuccreuerunt, ſacris præpropere initiati, & huiuſmodi dogmatibus inſtructi, in diuerſas Angliæ & Hiberniæ partes emiſſi, vt ipſi præ ſe tulerunt, ad Romanæ religionis ſacramenta adminiſtranda, & conciones habendas. Regina autem & Conſiliarij deprehenderunt, ſubmiſſos fuiſſe, ad ſubditos à debita erga Principem fide & obſequio abſtrahendos, eoſdem ad Pontificis mandata præſtanda, per *Reconciliationem* obſtringendos, inteſtinas ſeditiones ſub *Confeſſionis Sigillo* concitandas, & plane ad ſententiam Pij

Quo conſilio Seminarij in Angliam miſſi.

Quinti

Digitized by Google

M. D. LXXX. Quinti contra Reginam exequendam. Quo via præmuniretur Papæ & Hiſpano iampridem Angliæ expugnationem cogitantibus.

Ad hæc *Seminaria* cum pueri & adoleſcentuli plurimi omnis generis à Pontificiis, ſpreta legum authoritate, ex Anglia indies ſubmitterentur, in eadem, voto redeundi ſuſcepto, admitterentur; atq; inde alij clanculum in Angliam irreperent, pluresq; cum Ieſuitis, qui hoc tempore primum Angliam ingreſſi, expectarentur, prodiit menſe Iunio Edictum, vt quicunq; liberos, pupillos, cognatos, aut alios in tranſmarinis partibus habent, poſt decem dies eorum nomina Ordinario exhiberent, & intra quatuor menſes domum reuocarent, reuerſos Ordinario ſtatim ſignificarent; Non reuertentibus pecuniam directe aut indirecte non ſuppeditarent, Sacerdotes ex *Seminariis* emiſſos, & Ieſuitas nemo hoſpitio exciperet, foueret, aut ſubleuaret, qui ſecus fecerit, rebellium & ſeditioſorum fautor habeatur, & Regni legibus teneatur.

Ieſuitæ in Angliam ſubrepunt.

In Seminarios & Ieſuitas edictum.

Priuſquam hoc promulgatum, Pontificii ſe incommoda ex Bulla illa ſero perſpexiſſe, emiſſamq; ægerrime ferre ſimularunt. Defenſionem eiuſdem à Nic. Sandero conſcriptam, verſute (vt exitus docuit) ſuppreſſerunt, & quæſtionem de Pontificis Ro. in excommunicandis & deponẽdis Principibus, poteſtate, in diſputationibus agitari vetuerũt; quæ tamen, in vetitum nitendo (ita natura cõparatum eſt) magis magiſq; indies inter eos exarſit. Robertus item *Perſonius*, & Edmundus Campianus, Angli, è ſocietate Ieſu, ad rem Romanã in Anglia promouendam iam aduenturi, ad temperandam aſperam illam Bullã, *Facultatem*, à Gregorio XIII. Pontifice Ro. impetrarũt, in hæc verba. *Petatur à ſummo Domino noſtro explicatio Bullæ Declaratoriæ per Pium Quintum, contra Elizabetham & ei adhærentes. Quam Catholici cupiunt intelligi hoc modo, vt obliget ſemper illam & Hæreticos, Catholicos vero nullo modo, rebus ſic ſtantibus. Sed tum demũ, quando publica eiuſdẽ Bullæ executio fieri poterit. Has prædictas gratias*

Perſonius & Campianus Ieſuitæ in Angliam veniunt.

Facultas Pontificiis conceſſa.

tias conceſſit Summus Pontifex Patri Roberto Perſonio, & Edmundo Campiano in Angliam profecturis, die 14. Aprilis 1580. præſente patre Oliuerio Manarco Aſſiſtente. M. D. LXXX.

Perſonius ille erat Somerſettenſis, vehemens, ferox natura, & moribus incultioribus, Campianus Londinenſis, vir ſuauis & politiſſimus; ambo educatione Oxonienſes, quos æqualis iſtorum temporum in Academia noui. Hic è Collegio Sancti Ioannis, Procuratoris Academiæ munere anno 1568, perfunctus, Proteſtantium religionem, Diaconus factus, ſimulauit, donec ſe ex Anglia ſubduxerit. Ille è Collegio Balliolenſi, in quo Proteſtantium religionem palam profeſſus, donec ob improbitatem cum ignominia expulſus, in Pontificiorum caſtra profugit. Hi clam in Angliam ingreſſi, ementito nunc militum, nunc nobilium, nunc Miniſtrorum verbi, nunc apparitorum habitu, per rura, & Pontificiorum nobilium ædes occulte perambularunt, quæ in mandatis habuerunt, ſtrenue verbis & ſcriptis peragentes. Perſonius, qui *Superior* conſtitutus, ſeditioſo & turbulento ingenio, audacia armatus, eo vſq; prorupit inter Pontificios, de Regina deturbanda, vt nonnulli (ex ipſorum fide loquor) eum Magiſtratui in manus tradere cogitarint. Campianus, etſi modeſtior, ſcripto tamen propoſito Miniſtros Eccleſiæ Anglicanæ ad diſputationis certamen prouocauit, & librum *Decem rationum*, terſum & politulum, ad Ro. Eccleſiæ doctrinam aſſerendam, Latine edidit, vt Perſonius alium Anglice virulẽtum, in Charcum, qui ſobrie contra Campiani prouocationem ſcripſerat. Sed Campiani rationibus Whitakerus ſolide reſpondit, & ille poſt annum captus, equuleo admotus, & poſtea ad diſputandum productus, expectationẽ concitatã ægre ſuſtinuit. *Quales hi Ieſuitæ.*

Nec defuere alij ex Pontificia factione (Religio enim iam in factionem tranſierat) qui omnes neruos intenderant Romæ, & alibi per Principũ aulas, bellum in patriam concitare, imo & typis publicarant, Pontificem Romanum & Hiſpanum conſpiraſſe, ad Angliam debellandam, *Profugi exteros in patriam concitant.*

prædæq;

M. D. LXXX.

prædæq; exponendam. Et conſulto quidem, vt ſuis animos augerent, cæteros à fide in Principem & patriam deterrerent. Regina iam palam his Pontificis, Hiſpaniq; & armis & artibus impetita, ſcripto edito, quo (poſtquam diuini numinis bonitatem agnoſcendo prædicaſſet,) declarat, *ſe nihil in quemcunque Principem tentaſſe, niſi ad ſuum regnum conſeruandum, nec alterius cuiuſcunque prouincias inuaſiſſe, etſi ſubinde fuerit, & iniuriis laceſſita, & opportunitate inuitata. Si qui Principes oppugnauerint, non dubitare, quin (Numine fauente) ſuos propugnare valeat; eoque conſilio vires terra marique luſtraſſe, & contra hoſtiles inſultus iam apparaſſe. Subditos fideles hortatur, vt in fide & officio erga Deum & Principem, Dei miniſtrum, immoti perſiſtant. Cæteris qui charitatem in patriam & obſequium in Principem exuerant, imperat, vt modeſte ſe gerant, nec iuſtitiæ ſeueritatem irritent; ſe etenim nolle amplius committere, vt parcendo malis, in ſe & bonos ciues, ſit crudelis.*

In eos editum.

Sectarii ex Hollandia.

Nec ſolum hi perfidi ciues, ſed etiam aduenæ ex Hollãdia (feraci Hæreticorum Prouincia) per id temporis, pacem Eccleſiæ & Reipublicæ Anglicanæ turbare cœperunt, qui in imperitũ vulgus ſingularis integritatis & ſanctitatis ſpecie ſe inſinuarunt, & deinde damnatas hæreſes, fidei Chriſtianæ aperte aduerſantes, in animos inſtillarunt, portentoſo & nouo loquendi genere, à Chriſtiana profeſſione alieniſſimo, quod homines potius mirarentur, quam intelligerent. Hæc *familia Amoris*, ſiue *Domicilio Charitatis* ſe nominarunt. Sectatoribus perſuaſerunt, ſolos in illam familiam adſcitos electos eſſe & ſaluandos, reliquos omnes reprobos & damnandos; illiſq; licitum eſſe negare iureiurando quicquid lubet corã Magiſtratu, aut quouis alio, qui non ſit ex ipſorum familia. Huius fanaticæ vanitatis libellos, è lingua Belgica in Anglicam conuerſos, inter ſectatores diſperſerunt, quibus titulos fecerunt *Euangelium Regni, ſententias Documentales, Prophetiam Spiritus Amoris, Pacis ſupra terram publicationem Authore H.* N. Nomen authoris

Familia Amoris.

Digitized by Google

thoris vt efferrent, induci non poterant, fuiſſe tamen Henricum Nicholai è Lugduno Batauorum, poſtea compertum, qui *ſe Dei, Deumque ſuæ humanitatis eſſe participem* blaſphemo ore prædicauit. Ad hos mature ex lege cōprimendōs, edixit Regina; quandoquidem Religio ſit prima Principum cura, vt ciuiles Magiſtratus Eccleſiaſticis adeſſent, & libri iſti igni traderentur. D. M. LXXX. *In eos edictum.*

Sub id tempus in Angliam rediit Franciſcus Dracus, magnis opibus, & maiori gloria circumfluens, orbe terrarum fœliciter circumnauigato, omnium vtique, ſi non primus qui hanc gloriam ſibi aſſerat, certe primus à Magellano, quem in medio curſu fata prçripuerunt. Hic, vt non alia referam, quam quæ ab ipſo audiui, natus eſt loco mediocri, in Comitatu Deuoniæ, è ſacro lauacro à Franciſco Ruſſellio, poſtea Bedfordiæ Comite, ſuſceptus, qui prænomenque pro more indidit. Dum adhuc in annis teneris, pater Proteſtantium doctrinam amplexus, ex lege *Sex Articulorum*, ab Henrico Octauo contra Proteſtantes lata, in quæſtionem vocatus, ſolum vertit, & in Cantium ſe ſubduxit. Henrico demortuo, apud Claſſiarios in claſſe regia locum inuenit, vt preces prælegeret, & mox Diaconus ordinatus, factuſque, Vicarius Eccleſiæ *Vpnoræ* ad *Medweagum* flumen (vbi claſſis ſtatio) præ paupertate filium nauclero vicino tradidit, qui nauicula, qua oram legit, & nonnunquam in Zelandiam & Galliam merces deuexit, illum ad nautica officia duriter exercuit. Iuuenis gnauus & ſedulus ita ſeni induſtriam probauit, vt cœlebs moriens illi nauiculam teſtamento legauerit. E qua cum pauxillum nummorum corraſiſſet, & accepiſſet Ioannem Hawkinſum naues aliquot Plimuthæ apparare, atque Americam, quam *Nouum orbem* vocarunt, cogitare, nauicula diuendita, eo cum ſtrenuis quibuſdam nautis è Cantio profectus, Anno M. D. LXVII. operam & fortunas Hawkinſo in ea expeditione infœliciter contulit. Anglis enim in portu *S. Ioannis de Vllua*, ab Hiſpanis, vt dixi, oppreſſis, illic fortunis amiſſis, *Fr. Dracus.* *Eius origo.* *Educatio.*

D. M. LXXX.

ægre euaſit. Quinto poſt anno, ſcilicet M.D.LXXII. cum ex opera nautica & piratica pecuniã ſatis magnam corrogaſſet, vt acceptum ab Hiſpanis damnum reſarciret (quod licere Theologus claſſiarius facile perſuaſerat) cum naue bellica, quam *Draconem* nominauit, & duabus Liburnicis in Americam iterum, ſociis tantum conſciis, nauigauit, *Nombre de Dios* oppidum in Iſthmo Darienæ cepit, & mox amiſit. Poſtea à Nigritis transfugis (*Cimarones* vocant) edoctus, magnam vim auri & argenti à mulionibus *Panama* deuehendam, eos in via deprædatus, aurum ad naues detulit, argentum cum per montes aſportare commode non poſſet, reliquit, & partem ſub terra occultauit. Inde opulentum mercium receptaculum ad *Chiragium* flumen (*Crux* vocatur) incendit. Dumque aliquanriſper per vicina loca graſſaretur, è montibus *Mare Auſtrale* conſpexit. Hinc homo gloriæ, opumque cupiditate inflammatus, nauigandi mare illud tanto flagrauit ardore, vt eo loci in genua procumbẽs, diuinam opem imploraret, ad Mare illud aliquando nauigandum & explorandum, & ad hoc voti religione ſe obſtrinxit. Iam inde noctes dieſque quaſi ſtimulis concitabatur animus, vt votum ſolueret.

Expeditio in Americam prima.

Dum ille abunde iam diues his curis incubuit, Ioannes Oxenhamus, qui ſuperioribus nauigationibus miles, nauta, & cocus ſub eo meruerat, *Capitanei* nomen inter nautas, ob fortitudinem, & opes, quas clam comparauerat, aſſequutus, vt præuerteret, & muliones deprædando, & illud Auſtrale mare nauigando, cum vnica naue & nautis ſeptuaginta ad eadem loca Anno M.D.LXXV. nauigat, reque cum Nigritis communicata, cum intelligeret muliones iam cũ militari præſidio opes à Panama conuehere, nauem in terram ſubducit, in ſeceſſu auio & nemoroſo, ſuccisis frondibus obtegit, maiora tormenta & rem annonariam ſub terra ſepelit, cumq; ſuis omnibus, & ſex Nigritis ducibus, ad flumen, quod Auſtrale Mare influit, profectus, arbores ſuccidit, phaſeloque fabricata, ad *Inſulam Margaritiſe-*

Oxenhamus in Americam nauigat.

Digitized by Google

ritiferam in Mari Auſtrali, parum diſtantem traiecit: In qua naues ex *Peru* aduentantes X. dies præſtolatus, vnam cum LX. pondo auri, alteram cum C. pondo argenti intercepit, & ad flumen cum captis nauibus regreditur. Re iam diuulgata per Hiſpanos, quos dimiſerat, Ioannes Ortega Hiſpanus cum C. militibus perſequitur, cumque triplex eſſet fluminis oſtium, qua ſequeretur dubius ſubſtitit, donec plumæ volatilium quæ Angli comederāt, flumine delatæ viam oſtenderent; Qua Hiſpani inſiſtentes aurum inter arbuſta, & Anglos de præda partienda diſcordes repererunt, qui tamen in commune conſulentes, in Hiſpanos numero multò ſuperiores inſiluerunt; ſed plurimi cæſi, alii capti, & inter eos Oxenhamus, qui *Limam* ductus & interrogatus an ex Reginę authoritate Regis Hiſpani ditiones fuerit ingreſſus; Cum nullam authoritatem exhibere potuiſſet, vt pirata, generiſq; humani communis hoſtis, ſupplicio vna cum nauclero & aliis affectus, magno ſane auſu & memorando excidit. Dracus, quid de Oxenhamo factum neſcius, Anno M.D.LXXVII. Decembris die XIII. è *Plimutha*, vt Mare illud Auſtrale, quod animo ſemper obuerſabatur, nauigaret, & fortunarum aleam iaceret, cum quinque nauibus ſoluit, & claſſiariis CLXIII. quorum vix vnus & alter facienda ſciuit, quod in expeditionibus tutiſſimum. Die viceſimo quinto Cantinum Barbariæ promontorium peruenit, inde in *Maio*, Inſula amœna, ſuauiſſimis vuis feraciſſima, ſe reficit. Ad *San-Iacobinam*, nauem Luſitanam vino onuſtam cepit, quam nautis dimiſſis, abduxit, cum Nonnio Sylua Nauarcho qui vſui eſſet ad ſtationes, & aquationes in Braſiliæ littore, quas apprime nouit. Inde prætervectus eſt Inſulam *Fogo*, ſulphureas flammas euomentem, & *Brauam*, ſub qua mare eſſe altiſſimum nautæ perhibent. Iam prope Æquatorem, Dracus ſuorum ſalutem impenſe fouens, ſingulis in claſſe ipſe venam ſecuit, magnamque ibi maris malaciam inter crebra tonitrua & fulgura expertus, tres fere ſeptimanas nihil aut parum promouit,

M. D. LXXX.
Isla de Terra.

Magno excidit auſu.
Draci ſecunda expeditio.

M. D. LXXX.

totoſque quinquaginta quinq; dies terram conſpexit nullam, donec *Braſilia* ſe oculis obtulerit.

Die XXVI. Aprilis, oſtium fluminis *Platæ* ingreſſus, infinitam Phocarum copiam conſpexit. Inde in Portum *Sancti Iuliani* delatus, patibulum inuenit, à Mageliano (vt creditur) erectum, cum ſeditioſos quoſdam puniret. Hoc eodem loco Ioannes Doughteius, vir gnauus & animoſus, & ab ipſo ſecundus, in crimen concitatæ in claſſe ſeditionis vocatus, à XII. viris, more Anglorum, reus peractus, & ad mortem damnatus eſt, quam intrepide, capite abſciſſo, ſubiit, poſtquam vna cum Draco in ſacra Synaxi participaſſet. Tumultuoſius ſane illum egiſſe, æquiores in claſſe iudicarunt. Dracumque, quaſi ſuæ gloriæ æmulum amouiſſe, dum aſpexit, non tam quos nauali laude ſuperaret, quam qui ipſum æquarent. Non deerant tamen, qui naſutiores ſibi viſi ferebant Dracum in mandatis habuiſſe à Leiceſtrio, vt Doughteium, quia Eſſexium Leiceſtrii artibus ſublatum dictitaret, quouis quæſito colore, è medio tolleret.

Doughtium morte afficit.

Viceſimo die Auguſti, cum tribus nauibus (nam duas minores, armamentis & viris in alias translatis, iam ante vndis reliquerat) ad *Fretum Magellanicum*, quod vocant, peruenit, Mare ſcilicet inſulis refertum, & editis montibus concluſum, cœlo niuoſo, & frigore rigenti: ſexto Septembris freto ſuperato, in apertum mare Auſtrale (quod *Pacificum* vocant) ingreſſus, turbidum vero ſupra modum expertus eſt; horridaque tempeſtas claſſem in Occaſum plus minus C. Leucas abripuit & diſiunxit. Quo tempore obſeruauit deliquium Lunare XV. Septembris hora VI. poſt meridiem, (in Mathematicorum gratiam noto.) Obſeruauit etiam, contra quam alii prodiderant, partem cœli Auſtrino Polo proximam, pauculis, iiſque minoris magnitudinis ſtellis, ornari, treſque tantum primæ magnitudinis in illo Hemiſphęrio conſpici, quas Anglia non vidit. Nubeculas autem duas, eiuſdem cum *Via Lactea* coloris, à Polo non admodũ remotas, quas noſtri *Magellani nubeculas* vocarunt.

Magellani fretum tranſit.

Eclipſim Lunæ obſeruat.

Stellaſque Auſtrinas.

Et Magellani nubeculas.

Ex ab-

Digitized by Google

Ex abreptis tempeſtate nauibus, altera, cui Ioan. Winterus præfectus, per Fretum reuecta, in Angliam rediit incolumis, primaque omnium per Fretum illud remeauit. Ipſe Dracus iam cum ſua ſola naue ad L V. Grad. Auſtralis Latitudinis iactatus, ad Freti Latitudinem ægre eluctatus, littus legit, deprehenditque littora, contra quam in Tabulis depinguntur, in Orientalem plagam magno receſſu retroagi.

M. D. LXXX.

Io. VVinterus primus omnium per Fretum rediit.

Ad *Moncham* Inſulam, littori vicinam, pridie Calendas Decembris, appulſus, è nautis, quos aquatum miſerat, vnus & alter ab incolis intercepti. Hinc ſoluens, incidit in barbarum cimbula piſcantem, qui noſtros Hiſpanos ratus, ſignificauit, magnam nauem Hiſpanicam onuſtam in ſtatione ad *Villa Parizo* ſubſiſtere, & eo direxit. Nautæ Hiſpani Anglos accedentes, ſuos eſſe rati, tympano pulſato, & vino Chilino deprompto plenis poculis inuitant. Illi autem nauem ingreſſi, Hiſpanos infra foras illico detrudunt, oppidulum *Sancti Iacobi* adiacens diripiunt, vna cum Sacello, cuius præda Fletchero, claſſiario, verbi Miniſtro ceſſit, Hiſpanis in terram expoſitis (qui non plures quam octo cum duobus Nigritis) Nauarchum, natione Græcum, & nauem ſecum abduxit, in qua CCCC. pondo auri Baldiuii, ita à loco dicti, quod vere obrizum.

Dracus terra marique prædatur.

Ad *Taurapaſam* deinde terram conſcendit, vbi Hiſpanum ſecure dormientem in littore reperit, & iuxta, XIII. *barras* ſiue maſſas argenti, ad CCCCM. Ducatorum valorem, quas auferri iuſſit, homine ne experrecto quidem. *Portum Aricæ* poſtea ingreſſus, tria ibidem nauigia nautis vacua reperit, & in iis præter alias merces, LVII. lateres argenteos, quorum ſinguli XX. pondo pendebant. Hinc *Limam* delatus, naues XII. in ſtatione offendit, armamentis in terram ſubductis, & in illis magnam vim ſerici, & arculam ſignata pecunia plenam, ſed ne puerulum quidem, tanta erat in illa ora ſecuritas, vt à piratis diſiunctiſſima locorũ

In opes fortuito incidit.

M. D. LXXX.

intercapedine, & mari incognito haudquaquam timeret. Nec ſane alius, poſt Magellanum, mare illud ante Dracum, præter Hiſpanos, nauigauerat, qui, quotquot habent in illo littore nauigia, ibidem conſtruxerunt. His nauibus Oceano commiſſis, *Cacofogam*, nauem opulentiſſimam, quam inde *Pananam* verſus ſoluiſſe intellexit, omnibus velis perſequutus: obuium habuit mioparonem inermem, è quo LXXX. pondo auri, Crucifixum aureum, ſmaragdos nonnullos digitali lõgitudine, & armamenta nonnulla rapuit. Calendis Martij aſſecutus eſt *Cacofogam* illam, & anteriori malo vi maioris tormẽti deiecto, adortus facile cepit, atq; in ea præter gemmas, LXXX. pondo auri, XIII. arcas ſignato argento refertas, argenti autem vim tantam, quanta naui in ſaburram ſufficeret. Quæ cum in ſuam nauẽ tranſtuliſſet, *Cacofogam* illam dimiſit, cuius Nauarchus valedicens, lepide dixiſſe fertur, Noſtræ nauis nomen tuæ reſignamus, ſit tua *Cacofoga*, id eſt, *Ignicaca*, noſtra *Cacoplata*, id eſt, *Argenticaca*. Deinceps nulla præda opima obuenit, vaſcula Chinenſia cum Aquila aurea, & bella Nigrita ab Hiſpano, cuius naui pepercerat, donata, & *Aguatulcum* exiguum viculum direptum prætermitto.

Cacofogam capit.

Iam ſe abunde ditatum, & priuatæ Hiſpanorum in ſe iniuriæ ad portum Sancti Ioannis de *Vlua* ſatisfactum exiſtimans, de reditu cogitauit. Per *Magellanicum Fretum* redire plane periculoſum videbatur, tum ob tempeſtates creberrimas, & breuia incerta, tum ne Hiſpani illum redeuntem ibidem in inſidijs præſtolarentur. Et certe Franciſcus Toletanus, Peruiæ Prorex, Petrum Sarmientum cum duabus nauibus eo miſerat. vt redeuntem interciperẽt, & Freti anguſtias, ſi quæ eſſent, communiret. Curſum itaque in Septentriones ad Latitudinem XLII. Grad. tenuit, vt exploraret, ſi quod fretum eſſet in illa parte, per quod compendio domum rediret. Verum cũ nihil niſi ſpiſſas nebulas, frigus intenſum, littora aperta, & niue caneſcentia videret, ad XXXVIII. Grad. deſcendit, commodamq; nactus ſtationẽ ibi

De reditu cogitat.

Nouam Albion detegit.

Digitized by Google

ibi aliquandiu manſit. Incolæ erant nudi, lepidiſſimi, aſſidue in orbem ſaltantes, ſacrificia adolentes, quique ſuis indicijs Dracum in Regem eligere longa oratione videbantur; nec ſuſpicari ille poterat Hiſpanos huc vſque vnquam pertigiſſe. Regionem hanc vberi gleba, damis & cuniculis refertiſſimam, NOVAM ALBION placuit nominare, inſcriptione poſti infixa, quæ annum Domini, nomen Elizabethæ Reginæ, & eorum appulſum notaret, nummo argenteo Elizabethæ ſubfixo. *M. D. LXXX.*

Hinc oram ſoluens menſe Nouembri ad *Moluccas* Inſulas delatus, à Rege inſulæ *Ternatæ* gratanter exceptus. Inde inſuloſum & ſcopuloſum illud mare ſulcanti, die IX. Ianuarij nauis ſcopulo aquis obtecto illata, horas XXVII. hæſit, pro deplorata ab omnibus habita, qui in preces iam deuote effuſi, quaſi certo perituri cum congeſtis tanto labore opibus. Verum cum manum admouiſſent, & tormenta VIII. merceſq; aliquot in mare proieciſſent, ventus ferens à latere, quaſi diuinitus incubuit, & ſcopulo amouit. Appulit deinde *Iauam maiorem*, Venerea lue grauiter afflictã, quam in aprico contra Solem, ad malignum humorem exſiccandum, ſedentes, curant. Vbi magnam Reguli humanitatem expertus, ad *Bonæ Spei* promontorium curſum tenuit, quod vt longe ſpectatiſſimum, nautæ Angli, qui iam primum conſpexerant, celebrãt. Ad occiduum eius latus, aquarum terram conſcendit, ſed fontem invenit nullum; iamq; aquæ dulcis defectu laboratum eſſet, niſi prouide aquam pluuiam, vaſis exceptam, reſeruaſſet. Sed hunc defectum ad *Riogrande* tandem ſuppleuit. Vnde vento ſecundo in Angliam redijt III. Nouembris MDLXXX. ad Portum *Plimuthamè* quo ſoluerat, orbe terrarum tribus plus minus annis circumnauigato, cum magna omnium admiratione, nec alia aduerſariorum criminatione, quam quod Doughteium ſupplicio affeciſſet, Luſitanum, quem in Africæ ora ceperat, ad *Aguatulcum*, Hiſpanorum crudelitati reliquiſſet, & Nigritam illam puellam, in naue grauidatam, in inſulam inhumane expoſuiſſet.

Ad Moluccas venit.

Periclitatur.

Caput Bonæ Spei ſuperat.

In Angliam redit.

Digitized by Google

M. D. LXXX.

Nauis quaſi conſecratur.

Ille Ordine Equeſtri donatur.

Regina benigne excepit, opes vt præſto eſſent, ſi Hiſpanus repeteret, ſequeſtrando ſepoſuit, nauem, in monumentum orbis tam fœliciter circumnauigati, ſubduci iuxta Depfordiam ad Tamiſim iuſſit (vbi eius cadauer adhuc cernitur) & in ea inſigni ceremonia memoriæ ſacrata, epulata, Dracum equeſtri dignitate ornauit. Quo tempore pons contabulatus, quo in nauē aſcendebatur multitudini ceſſit, & ſimul cum c. hominibus cecidit, qui omnes tamen illæſi, vt nauis illa ſalutari ſyderum conſpiratione constructa videatur. In Draci vero laudem, hi, die illo, inter alios, affixi erant malo verſiculi, à VVintonienſis Scholæ alumnis conſcripti,

PLVS VLTRA, *Herculeis inſcribas,* DRACE, *Columnis,*
Et magno, dicas, Hercule maior ero.

DRACE, *pererrati quem nouit terminus orbis,*
Quemque ſimul mundi vidit vterque Polus.
Si taceant homines, facient te ſydera notum.
Sol neſcit comitis non memor eſſe ſui.

Digna ratis quæ ſtet radiantibus inclyta ſtellis;
Supremo cœli vertice digna ratis.

Sed hæc puerilia, & ex vano hauſta videantur, nec pro Hiſtoriæ grauitate. Nihil vero Dracum iam reuerſum magis ſolicitum habuit, quam quod primarii aliquot in Aula viri oblatum ab eo aurum reſpuerint, quaſi ſcelere piratico quæſitum. Vulgus hominum nihilominus admiratione & laudibus celebrarunt, qui non minus glorioſum exiſtimarunt, Anglicæ laudis terminos, quam Imperij promouiſſe.

Hiſpanus bona ablata repetit.

Reſpondetur.

Bernardinus Mendoza, Hiſpani in ANGLIA Legatus, fremens, res à Regina vehementius repetijt, Oceanum Indicum ab Anglis nauigari conqueſtus, Reſponſum tulit, *Hiſpanos iniquitate in Anglos, quos commercio contra ius gentium prohibuerunt, hæc ſibi mala accerſiſſe. Dracum præſto futurū,*

vt

Digitized by Google

vt in iure reſpondeat, ſi quid contra ius egiſſe certis indiciis & teſtimoniis conuincatur, Opes illas eo conſilio ſepoſitas eſſe, vt Hiſpano ſatisfiat, licet Regina grandiorem pecuniam, quam Dracus intulerit, contra rebelles, quos Hiſpanus in Hibernia & Anglia excitarat, profuderit. Præterea illam non intelligere, cur ſui & aliorum Principum ſubditi ab Indiis prohibeantur, quas Hiſpanici iuris eſſe perſuadere ſibi non poſſet, ex Pontificis Romani donatione, in quo prærogatiuam in eiuſmodi cauſis agnouit nullam, nedum authoritatem, vt Principes obligaret, qui nullam ei obedientiam debent; aut Hiſpanum Nouo *illo* Orbe *quaſi* infeudaret, *& poſſeſſione inueſtiret. Nec alio quopiam iure, quam quod Hiſpani hinc illinc appulerint, caſulas poſuerint, flumen aut Promontorium denominauerint, quæ proprietatem acquirere non poſſunt. Vt hæc rei alienæ donatio, quæ ex iure nihili eſt, & imaginaria hæc proprietas obſtare non debeat, quo minus cæteri Principes commercia in illis regionibus exerceant, & Colonias, vbi Hiſpani non incolunt, iure gentium nequaquam violato, deducant, cum præſcriptio ſine poſſeſſione haud valeat; necnon Oceanum illum vaſtum libere nauigent, cum maris & aeris vſus omnibus ſit communis. Nec ius in Oceanum populo, aut priuato cuipiam poſſit competere, cum nec natura, nec vſus publici ratio, occupationem permittat.*

M. D. LXXX.

Quæ Hiſpano in America proprietas.

Nihilominus Petro Seburæ Hiſpano (qui ſe procuratorem, pro auro & argento recuperando, geſſit, etſi *literas procuratorias* habuerit nullas) grandis pecunia poſtea numerata erat, Quam illum non proprietarijs rependiſſe, ſed contra Reginam, & in vſum Hiſpanorum in Belgio militantiũ, conuertiſſe ſero fuit deprehenſum.

DumDracus orbem terrarum tam proſpere circumnauigaret, *Iacmanus* & *Pettus*, inſignes naucleri, cum duab. nauibus à Londinenſibus emiſſi, viam compendiariam in Indiam Orientalem per mare Cronium, ſucceſſu minus proſpero, quæſierunt. Inſulas enim *Vaigatz* ad paucas leucas prætervectis, tam incerti æſtus, tot breuia, & tanta glacies conglomerata occurrerunt, vt vlterius eluctari non potuerint, & difficillime redierint.

Nauigatio per Mare ad Indiam quærendã.

Digitized by Google

M. D. LXXX. *Comes Arundeliæ obit, qui rhedarum quas Coches dicimus vſum in Angliã induxit.*

Sub principium huius anni animam Deo reddidit Henricus *Fitz-Alanus* Comes Arundeliæ, in quo nobiliſſimæ familiæ cognomen deſiit, quæ hoc honore annos tercentos & amplius floruerat, à Richardo *Fitz-Alano*, qui ab *Albaneijs*, antiquis Arundeliæ & Suſſexiæ Comitibus ortus, (regnante Edwardo primo) *ratione poſſeßionis Caſtri & Dominij Arundeliæ, abſq; creatione*, Comitis titulum acceperat. Hic plenus honorum, à Sanctioribus fuit conſilijs, omnib. Regibus ſub quibus vixit, ſummiſq; munerib. perfunctus. Henrico octauo Præfectus Caleti, Mareſcallus exercitus in obſidione Boloniæ, & Camerarius, Edwardo Sexto in inauguratione Angliæ Mareſcallus. Mariæ itidem in inauguratione, Conſtabularius, poſtea Regiæ Seneſchallus, Sanctioriſq; Conſilij Præſes: & Elizabethæ iterum Seneſchallus, cuius nuptias annis vergens ambiuit, minuſque charus, poſtquam Ducis Norfolciæ rebus ſe immiſcuiſſet, & iam nuptijs cum Andino ſe palam opponeret. Ille enim homo apertus plane, profitebatur. Gallos ſibi minime placere, dictitans, ſe à patre, in Suſſexia Gallis vicina nato, edoctum, ne Gallis crederet. Liberos ex vxore Catharina, filia Thomę Greij, Marchionis Dorſettiæ, tres ſuſcepit, quibus erat ſuperſtes, Henricum, qui iuuenis optimæ ſpei Bruxellis obiit, Ioannam, vxorem Baronis Lumlei, & Mariam, quæ enupta Thomæ Howardo, Duci Norfolciæ, peperit Philippum Arundeliæ Comitem, de quo ſuo loco.

Greius rebelles in Hibernia coercet. Et coniurationem comprimit

Arthurus Baro Greius, Hiberniæ Prorex, contra *O-Conoros* in Ophallia res nouas molientes profectus, Hugonẽ *O-Moloyum*, virum ſeditioſum ex lege morte afficit, regionem illam, etiam *Magohiganorum*, & *O-Caroli* pacat, coniurationemque maximam pullulantem, in principio comprimit. Nonnulli .n. ex claris in Lagenia familijs, & pleriq; Anglicæ originis, partim ex Romanæ religionis ſtudio, partim ex odio recentium Anglorum (qui eos, tanquam merè Hibernicos, pręfecturis & Magiſtratibus contra legis latę ſententiam, ſubinde excluſerant) conſpirare cœperant, ad Proregem

regem cum familia opprimendum, Caſtrum Dublinenſe (vbi omnis apparatus bellicus) ex improuiſo intercipiendum, & Anglos in Hibernia ad vnum è medio tollendos. Adeoq; tegenda conſpiratione obſcuri erant, vt nunquam niſi bini ſermones interſe hac de re conſererent. Verum inter tot conſcios in lucem prodiit, paucorumque ſupplicio extincta, è quibus nominatiſſimus erat, I. Nogentus Fiſci Baro, vir vita, famaq; egregius æmulorum fraude (vt perhibent Hibernici) circumuentus. Qui innocentiæ conſcientia tutus, cum Prorex vitam, ſi ſe ſontem profiteretur, ſanctè promitteret, maluit inſons infame ſupplicium ſubire, quam innocentiam prodendo, infamis viuere. Quomodocunque veritas hac in re ſe habet, certe ob horum ſupplicium magna in offenſa apud Reginam Greius fuit, quam Suſſexius infenſior excitauit (rarus enim inter magnos Duces amor) quaſi ſæuitiâ pridem in dedititios Hiſpanos, & nunc in ciues, & Principis gloriam minuerit, & inimicorum numerum auxerit. Prorex nihilominus Turloghum *Leinigh*, qui in Vltonia tumultuari cœperat, ad pacis conditiones terrore pertrahit. Vnde etiam *O-Bruni*, *O-Mori*, & *Cauenaghi* in Lagenia rebelles, obſidibus oblatis, pacem humillime petierunt. Hæc Hibernica, etſi tempore nonnihil disiuncta, vt ad memoriam magis valerent, coniungenda exiſtimaui.

M. D. LXXX.

Innocẽti certum tamen.

Rebelles coerciti.

In SCOTIA cum nonnulli verbi diuini Miniſtri, Proceresq; animaduerterent, Lenoxium, de quo dixi, vim maximam in amicitia REGIS habere; primum æmulum in eum excitarunt IACOBVM Stuartum, è familia *Ochiltraa*, Satellitii Præfectum, & Arraniæ Comitem (hunc enim titulum occupauerat, ex neſcio qua, ceſſione Iacobi Hamiltonii Comitis Arraniæ, cui mentis impoti ille tutor datus.) Verũ Rex inter eos gratiam breui compoſuit. Cum hoc non ſuccederet, & odium, quantum poterant, domi conflarunt, & grauioribus verbis apud Reginam Angliæ accuſarunt, quaſi à Guiſiis ſubmiſſum, ad religionem labefactandam, ca-

Lenoxio Duci Scoti æmulantur.

In Anglia accuſant.

ptiuæ

Digitized by Google

M. D. LXXX.

ptiuę Reginæ libertatem procurandam, & amicitiam inter Angliæ & Scotiæ regna diſſociandam. His facile creditur, & hac de re ſeria in Anglia inſtituitur deliberatio, licet ille litteris ſe apud Reginam purgauerit, & Proteſtantium religionem palam profeſſus fuerit.

In eum conſultatur.

Timuerunt enim Conſiliarij in Anglia, ne Scotos, Anglis amiciſſimos, opprimeret, excurſiones in limitibus foueret, & Regem Scotorum ad nuptias in Gallia, vel alibi, clam Anglis, pelliceret: quibus iuuenis fretus, negotium Angliæ faceſſeret, & ætate maturior, Regni Angliæ titulum, vt iam antea mater, ſibi aſſumeret. Quod ſi fieret, maius quam à matre periculum immineret, quandoquidem ad ſpem certam vtriuſq; Regni natus, plures ſibi conciliaret fautores, & Scoti, bellis internis & Belgicis innutriti, ad bellica munia iam eſſent exercitatiores. Hinc viſum eſt, Lenoxij gratiam & authoritatem quouis modo apud Regem infringere, aut eum Scotia exturbare; idque nullâ morâ interpoſitâ.

Rumorib. traducitur

Quandoquidem rumores ferebantur, illum cum ad opprimendum Mortonium, Balfourium è GALLIA (qui neſcio quam Mortonij ſyngrapham nactus erat, qua Mortonium regicidij in Regis patrem, conuinci poſſe ſperabatur) accerſiſſe, tum Præfecturam Caſtri Dunbritonij obtinuiſſe, non alio conſilio, quam ad externas copias in Britaniam admittendas, vel ad Scotorum Regem inde in GALLIAM tranſuehendum. Ferebatur etiam, illum Regi ſuaſiſſe, vt regnum matri cederet, quaſi illa iniuſte, & peſſimo exemplo à ſubditis fuiſſet abdicata, fide accepta, vt ab illa legitima reſignatione mox reciperet; qua regnum ſibi ſolidiſſime confirmaret, & factionibus extinctis, Rex legitimꝰ ab omnibus agnoſceretur.

Rob. Bovves ad eum accuſandũ miſſus, non admiſſus.

Hinc Robertus *Bovves*, Berwicenſis præſidij Quæſtor in Scotiam mittitur, qui de his Lenoxium coram Rege, & Cõſiliarijs poſtularet, & de malis impendentib. moneret. Statim atque ille admiſſus, rogauit vt Lenoxius tantiſper loco amoue-

amoueretur. Hoc Conſiliarij omnino negarunt, vtique nouum & inauditum eſſe, vt Conſiliarius regius (indicta cauſa) conſilio amoueretur. Dubitarunt etiam, an Regina hæc expreſſe mandauerit, & documenta ad fidem faciendam exhibere iuſſerunt. Ille, niſi Regi, & vni aut alteri exhibere abnuit, vnde non auditus, ſtatim domum reuocatur, & Regi, ne opinanti quidem, valedixit, conqueſtus ſalutaria Reginæ bene meritæ monita eſſe reiecta. *M. D. LXXX.*

Mox è Scotia miſſus eſt Alexander Humius, qui hæc excuſaret, & impendentia illa mala edisceret, verum ad Reginam ille non admiſſus, ſed ad Burghleium Theſaurarium remiſſus, qui ſenili oratione, graui & breui, ſignificauit: *Non viſum eſſe Reginæ illum coram admittere; non quod illum negligeret, quem veræ religionis, Principis, patriæ, & vtriuſque regni pacis ſtudioſiſſimum experta erat, ſed ex iuſto dolore, quod eius Maieſtas negligentius, & Legati fides contemptius ſit habita, qui intra præſcriptos Legationis limites ſe continuerat; & tamen (quod inauditum) Legationis documenta exhibere iuſſus. Culpam omnem in Conſiliarios nouos, & minus conſultos confert, Regem, ex ætate, nondum vſu edoctum excuſat, optatque vt ille ſanis & ſalubribus Reginæ Conſiliis, quæ animo in illum vere materno, auſcultet, & non eam poſthabeat cognato Gallico, Regis Gallorum ſubdito, Gallicæ mulieris connubio implicato, religione Pontificio, & qui forſan ambit [Hamiltoniis iam exulantibus] vt ſecundus à Rege deſignetur. Meminerit* [inquit] *Rex, non alium eſſe affectum ambitione flagrantiorem, & meminerint Scoti, quas turbas Galli in Scotia dediſſent, niſi Reginæ prudentia ac potentia præuertiſſet.*

Scoti ſe excuſant. Eorum Legatus non admiſſus.

Burghlai ad eum monita.

Ita Humius in Scotiam remiſſus, & hæc omnia compoſito, ad terrorem Regi incutiendum, & fidem faciendam, Lenoxium pernicioſa in Regem & regnum conſilia ſuſcepiſſe. Nihilominus non ita poſt, Mortonius, Anglis addictiſſimus, ab Arranio læſæ Maieſtatis accuſatus, in carcerem conijcitur.

Mortonius incarceratur.

ELIZA-

M. D. LXXXI.

ELIZABETHA ANGLIÆ, &c. REGINA.

PARS TERTIA.

M. D. LXXXI.

Randolphus pro Mortonio & contra Lenoxium intercedit.

HInc Ianuario ineũte, Thomas Randolphus, Equorum diſpoſitorum Præfectus in Scotiam mittitur cum mandatis, vt ad Religionem & amicitiam cum Anglis conſeruandam, nihil non ageret, ne qua vis Mortonio inferretur, Lenoxius è Scotia ſubmoueretur, & Proceres Anglicæ factionis ad ſpem erigerentur. Ille deprecatorem diligenter pro Mortonio agit, ex hominis erga Regem meritis, & ex Elizabethæ honore, ne illa tam bene merita repulſam in tam iuſta cauſa pateretur, & ex delatorum inuidia. Rex reſpondet, ſe pro munere regio non poſſe hominem Maieſtatis poſtulatum non iudicio ſubiicere, ſe autem Reginæ exploratam beneuolentiam agnoſcere, nec velle quicquam committere, quod quouis modo offenſionem iuſte concitare poterit.

Digitized by Google

Poſtea Randolphus in Ordinum conuentum admiſſus, enumeratis Elizabethæ in Scotiam, & ipſum Regem beneficiis, ſcilicet, *Regnum à Gallis Anglorum ſanguine liberaſſe, religionem, Regemq́; propugnaſſe, de eodem ſubducendo (quod falſo perhibetur) vel de iugere terræ in Scotia occupando, ne ſemel quidem cogitaſſe; cum tamen occaſiones non defuerint Scotiam debellandi, Rege in cunis vagiente, matre in Anglia captiua, & Proceribus inter ſe diſcordantibus. Verum contra, illam omnem curam impendiſſe, vt Regem cum regno, qui ſibi arctiſſimis ſanguinis, vicinitatis & religionis vinculis erat coniunctiſſimus, conſeruaret incolumem: cuius amorem, vt omnium Proregum, habuit perſpectiſſimum, priuſquam Aubignius ille Lenoxius in Scotiam veniſſet. Iam inde illum in Regem imperium exercuiſſe, animum ab Anglorum amicitia ad Gallos auertiſſe, qui ipſum ne Regem quidem hactenus agnouerant: fidiſſimos Regi ſubditos amouiſſe, alios minus fidos induxiſſe, cum exteris de Anglia inuadenda per literas,* (quas protulit) *egiſſe. Miniſtris verbi diuini odium apud Regem, tanquam turbulentis & conuiciatoribus, concitaſſe, nec de iuſtitia inter Limitaneos adminiſtranda curaſſe. Quæ Elizabetha non poterat non ægerrime ferre, cum tantæ virtutis Principem, eundemq́; neceſſitudine coniunctiſſimum, malis artibus abreptum & abalienatum videret.* Nihil tamen tunc effectum vel pro Mortonio, vel cõtra Lenoxium, in quem crimina falſa, & literas prolatas ementitas fuiſſe, plerique ſuſpicabantur. M. D. LXXXI. *Eius ad Scotos querela.*

Ad alias igitur artes Randolphus ſe conuertit. Apud Lenoxij æmulos & Mortonij amicos, infœlicem Scotiæ conditionem deplorat, pericula Regi, Reipub. & ipſis impendentia proponit, Reginæ Angliæ interceſſionem ingrate neglectam conqueritur, vtq; armis experirentur, quod aliis rationibus non poſſent, clam ſubmonet; & copias, & pecuniam ex Anglia pollicitus. Et certe Argathelũ, Montroſſium, Anguſium, Mortonij ex fratre nepotem, Marrium, Glencarnium, Ruthuenum, Lindſeium, & alios in partes pertraxerat. Verum illi ſtatim, diſſentiẽtibus inter ſe *Seditionem excitare ſtudet.*

animis,

M. D. LXXXI.

animis,cum viderent Regem in Lenoxium prono fauore totum propendere, nec Anglorum copiis ad limitem terreri,qui etiam ſuas oppoſuerat: pleriq, regiã Maieſtatem, etiam in adoleſcente,uereriti nihil in Lenoxium audebãt, ſatiſq; putabant Mortonij miſereri. Anguſius tamẽ & Marrius, cum Randolpho, occulte pro Mortonio, & contra Lenoxium moliebantur, quod cum Regi per Wittinghamum innotuiſſet, Anguſius iuſſus eſt vltra Speam flumen ſecedere, Marrius Sterlinium Caſtrum protinus Regi reddere. Randolphus ſibi male metuens, Bervvicum ſe clam ſubduxit,monuitq; Anguſium & Marrium, rebus iam deploratis,vt ſibi conſulerent,vel Regis gratiam conciliãdo, vel ad Reginæ Angliæ patrocinium confugiendo. Copiæ vero Anglicæ iam à limite reuocatæ,&non ita poſt Mortonius conſcius cædis in Regis patrem patratæ, conuictus obtruncatur. Confeſſus enim erat,vt perhibẽt, Bothwellium & Archibaldum Douglaſium conſilium tollendi Regem impertiiſſe,ſe vero tempore tam ambiguo non auſum aperirẽ. Nec diffiteri poterat, ſe (cæde peracta) Douglaſium regicidam inter intimos habuiſſe, fidemq; chirographo dediſſe,ad Bothwellium defendendum, ſi quis regicidij accuſaret. Anguſius & alij,qui Mortonio ſtudebant, in Angliam mox confugerunt.

Se è Scotia ſubducit.

Mortonius obtruncatur.

Amici in Angliam fugiunt.

Norriſius in Friſia vincit.

InBelgicis Prouincijs contra Comitem Renebergium, pleno gradu victorijs pro Hiſpano progredientem,& Steenwicam Friſiæ arcte obſidentem, Ordines confœderati Norriſium, Caſtrorum præfectum cum Anglis,& aliis miſerunt,qui fortiter & fœliciter commeatum ſemel atq; iterum intulit, Renebergicos profligauit, & obſidionem ſoluit. Sed poſtea conſerto cum Verdugo Hiſpano prælio ad Northornam,cum victoria iam eſſet in manibus, hoſtium turmis à Rogero Williams fugatis, mutata Martis alea, profligatur,ipſe vulneratur,plurimi cæduntur,&inter eos, vt alios taceam, Cottonus, Fitz-Williamus,& Bishopus ſtrenui ductores. Quomodo Thomas Epitotarum ductor,

Vincitur.

Norriſium

Digitized by Google

Norriſium ad ſingulare certamen hoc tempore prouocauerit, & Rogerus *Williams* eius Vicarius conditionem acceperit, cum ipſi ſupremo duci per leges militares non liceret, neſcio an memorandum: cum tantummodo, vtroq; exercitu ſpectante, aliquandiu conflixerint, & neutro læſo, hauſtis plenis poculis comiter diſceſſerint. Hoc tamen non prætereundum, Anglos, qui ex omnibus Septentrionalibus gentibus minime fuerant bibaces, & ob ſobrietatem laudati, ex his Belgicis bellis didiciſſe immodico potu ſe proluere, & aliorum ſaluti propinando ſuam affligere. Adeoq; iam inde ebrietatis vitium per vniuerſam gentem proſerpſit, vt legum ſeueritate noſtro tempore primum fuerit cohibitum. *M. D. LXXXI. Duellum ridiculum. Ebrietatis vitium è Belgio in Angliam deductum.*

Dum de oppidulis in Belgio inter Ordines & Hiſpanum decertatur, ille opulentum Luſitaniæ regnum ſibi arripuit. Anno enim ſuperiori Henricus, Rex Luſitaniæ, ætate deuexa fatum compleuerat, pluresque *Competitores* regnum vendicarunt, & inter eos Philippus Hiſpaniarum Rex, è ſorore Regis Henrici primogenita natus, ſi non iure, armis potior. Nec ſine ſpecie iuris, quod ex omnibus *Competitoribus*, defuncto Regi fuerit genere proximior, ætate maior, & ſexu virili, ideoq; fœmellis, ætate minoribus, & genere remotioribus, in regni ſucceſſione preponendus ſibi & ſuis videbatur: Sabaudo excluſo, quod è ſorore natu minore procreatus, Rainutio itē Farneſio, Principis Parmenſis filio, qui ex prima Edwardi, fratris Henrici Regis filia natus, & Catharina Bracantia, altera eiuſdem Edwardi filia; quandoquidem beneficio *Repræſentationis*, ſolummodo innitebantur. Quæ cum nihil aliud ſit quam fictio, veritatem perimere nō poſſe contenderunt Hiſpani. Antonius vero *Prior*, Crati, filius, Lodouici, alterius fratris Regis Henrici, quaſi illegitimus, plane reiectus. Hæc tamen Hiſpanus Theologis & Iuriſconſultis ſemel atque iterum diſcutienda propoſuit, per Deum & Fidem obteſtatus, vt libere, quid ſibi iuris dicerent. Cumque omnes vno ore affirmarent, *Hiſpanus Luſitaniam occupat. Quo iure*

D. M. LXXXI.

Titulus Reginæ Franciæ ad Luſitaniam exploſus.

marēt, miſſo Albano inuaſit, Antonium à populo electum fugauit, & LXX diebus Luſitaniam totam ſubiugauit. Ius autem quod Catharina Medicea, Franciæ Regina, in Luſitania ab Alphonſo Tertio, per Bononiæ Comites, ante annos CCCXX. ſibi aſſeruit, tanquam obſoletum, ab Euandri matre reperitū & tot Luſitaniæ iam inde Regibus, vt malæ fidei poſſeſſoribus iniurioſum, ab Hiſpanis & Luſitanis quodammodo erat exploſum. Vnde illa cōmotior, & creſcentem Hiſpani potentiam, Luſitaniæ, Indiæ Orientalis, & Inſularum pluriū acceſſione, tam longe lateq; locupletatam ægre intuens, ſibiq; ac ſuis poſteris metuens, tum alios Principes, tum Elizabetham commonefecit, de eius ambitione cū potentia, nimio plus ſe diffundente, intra terminos tempeſtiue coercenda. Nec illa quidē, ſibi & ſubditis conſultrix, quæ præuiderat, quam periculoſa ſit immodica Principum vicinorū potentia, auerſis auribus audiuit. Sed Antonium è Luſitania in Galliam fugatum, indeq; in Angliam tranſmiſſum, & commendatum benigne ſubleuauit, quod citra offenſionem fore exiſtimauit, cum *illum* è regio Anglorum ſanguine & ſtirpe Lancaſtria agnoſceret cognatum, & nullo vnquam inter Hiſpanos & Anglos fœdere, de Luſitanis in Angliam non admittendis cautum fuiſſet.

Elizabethã recte contra Hiſp. conciat.

Antonium Luſitania eiectum, in Angliam mittit.

Ad nuptias cum Andino quoſdam delegat.

Simulque Regina illa Franciæ & Rex filius, in maioris amicitiæ cum Elizabetha firmamentum, nuptias cum filio Andium Duce, vehementiori quam hactenus ſtudio perſequuntur. Ad quas procurandas miſſi ſunt in Angliam, honorificētiſſima legatione, Franciſcus Borbonius, Princeps Delphinatium, Arthurus Coſſæus, Comes Segondinus, Mareſcallus Franciæ, Lodouicus Luſignianus, S. Gelaſii, Dominus à *Lanſac*, Tanergius Venator Corcongius, Bertrandus Salignacus à Mota-Fenellonum, Michael à Caſtello-nouo Dominus *Mauuiſſer*, Bernardus Briſonius à Granela, Senatus Pariſienſis Præſes (literatæ hominum nationis Princeps,) Claudius Pinartus primus Baro Valeſiorum, Petrus Glauſius, Curatiarum & Marcho-montis Dominus,

& Iaco-

Digitized by Google

& Iacobus Vraius, ærarii Ducis Andium Secretarius. Hi viri honoratiſſimi, ſummo honore excepti, opiparis conuiuiis in ampla domo, huic vſui Weſtmonaſterii ſubitario opere extructa, & regio apparatu inſtructiſſima, haſtiludiis à Philippo Comite Arundeliæ, Frederico Barone Windeſoro, Ph. Sidneio, & Fulcone Greuillo, contra omnes promulgatis, & profuſo ſumptu celebratis, vt alia aulica oble-ctamenta quæ Hiſtorici non eſt memorare, taceam. M. D. LXXXI.

Qui cum his de matrimonio conferrent, delegati ſunt Guilielmus Cecilius, Baro Burghleius, ſummus Angliæ Theſaurarius; Edwardus Clintonus Comes Lincolniæ Angliæ Admirallus, Thomas Ratcliffus Comes Suſſexiæ, Franciſcus Ruſſellius Comes Bedfordiæ, Robertus Dudleius Comes Leiceſtriæ, Chriſtophorus Hattonus, & Franciſcus Walſinghamus Secretarius. Inter hos in matrimonialibus tabulis in hæc fere verba conuentum eſt. *Et Elizabetha alior.*

Dux Andinus & Regina Angliæ infra ſex hebdomadas poſt ratificationem harum conuentionum, matrimonium de præſenti in Anglia contrahent. Dux & ſui, modo non ſint natiui Angliæ ſubditi, ſuam religionem libere exercebunt, in conſtituto aliquo loco in ſuis ædibus, ſine impedimento. Ille nihil mutabit in religione iam in Anglia recepta. Poſt Matrimonium conſummatum gaudebit titulo & honore regio, ſed omnimodam rerum diſpoſitionem Reginæ integram relinquet. Quod petiit, vt ſtatim à matrimonio Rex coronetur, & gaudeat eo honore, tam conſtante, quam ſoluto matrimonio, durante gubernatione regni in minoritate liberorum ſuorum; Regina promiſit ſe petitionem Regni Ordinibus in primo Parlamento, quod infra XV. dies poſt ratificationem conuocabit, propoſituram, & quantum poterit promoturam. Literæ Patentes & cætera vtriuſque nomine emanabunt, vt tempore Philippi & Mariæ. Regina ordinabit annuam penſionem Duci ex authoritate Parlamenti, ſed quanta illa fuerit ſuo arbitrio relinquetur, & efficiet, vt Parlamentum ei pecuniam notabilem annuam aſſignet, ſi Reginæ ſuperuixerit. Conſtituet ille Reginæ dotē ad annuum valorem XL M. Coronatorum ſolarium, ex Ducatu *Matrimonii pacta.*

M. D. LXXXI. *Bituricenſi, & mittet eam in poſſeſsionem ſtatim. Quod de liberis in Angliæ Parlamento ſtatuetur, in acta redigetur in Parlamentis Franciæ, ad hunc modum. Maſculi ſiue fœminæ in maternam Angliæ hæreditatem ſuccedent. Si duo fuerint maſculi, primogenitus ſuccedet in regno Franciæ, ſecundo genitus in hæreditate materna. Si vnus maſculus, ſi ad vtraſque coronas peruenerit, morabitur in Anglia ſingulis bienniis VIII. menſes, & ſi Dux non peruenerit ad ius regni Franciæ, liberi in* Appanagium *ſuccedent. Si ſuperuixerit* Regina, *habebit tutelam liberorum, ſi maſculi non excesſerint XVIII. annum, & fœminæ XV. Si antea Dux moriatur, tutela relinquetur authoritati Parlamenti. Dux nullum extraneum ad aliquod officium in Anglia promouebit. Nihil in iure mutabit, ſed omnes conſuetudines conſeruabit. Non abducet Reginam nec liberos extra fines regni Angliæ, niſi ipſius & Magnatum regni conſenſu. Si nullis relictis liberis* Regina *moriatur, Dux nullam ſibi proprietatem vindicabit in regno Angliæ. Iocalia Regalia ex regno non trāſportabit; loca ſingula, & regna per natiuos Anglos cuſtodiri faciet, nec inde apparatum bellicum amouebit.* Non *miſcebit Angliam aliquo externo bello. Pacem inter Angliam & alia regna curabit. Regina ſolummodo gaudebit ſuperioritate, abſq; omni titulo qui obuenire poterit Duci tanquam* tenenti per Angliæ conſuetudinem. *Dux hoc matrimonio non intēdit præiudicium facere iuri ſuo in ſucceſsione* Regni *Franciæ. Præſens contractus legetur, promulgabitur, & in acta referetur in omnibus* Curiis *Franciæ & Angliæ poſt VI. menſes a die matrimonij, accedente authoritate* Regis *Chriſtianiſsimi pro ratificatione horum articulorum.*

Fiet tractatus ſeparatus de fœdere & liga inter Angliam & Franciam. *Hæc omnia ratificabuntur intra duos menſes in fide ex parte* Regis *Galliæ, & medio iuramento, pro ſe & hæredibus, &c. ac quamprimum poterit, literas Ratificationis tradet, quibus cauebitur, quod hic concluſa bona fide conſeruabuntur. Reſeruatio etiam ſeorſim* addita fuit, omnium delegatorum Chirographis conſignata; *Elizabetham vero non obligari ad nuptias conſummandas, donec illa & Dux Andinus in quibuſdam rebus ſibi*

Reſeruatio addita.

ſibi inuicem explicate ſatiſfecerint, & de iiſdem intra ſex ſeptimanas Regem Galliæ ſcripto certiorem reddiderint. M. D. LXXXI.

Priuſquam ſex illæ ſeptimanæ expletæ, miſſus eſt hac de re in Galliam I. Somerus ſacri conſilii ab Epiſtolis, Rex audire abnuit, vrget vt nuptiæ iam contractæ actutum celebrentur, nec quicquam aliud iam ſupereſſe. Somerus contrà *Fœdus defenſiuum & offenſiuum* priùs ineundum ex tabulis demonſtrat, Gallus reclamat. Walſinghamus ad hæc componenda amandatur, qui iunctim cum Henrico Cobhamo, ordinario in Gallia Legato, & Somero, hæc & huiuſmodi doceat. *Gallus nuptias vrget.*

Quamuis vulgus hominum nuptias protelatas minùs æque interpretaretur, Elizabetham tamen non alio conſilio ad nuptias propendiſſe, quàm vt populo ſuo, importune vt nuberet ſuadenti ſatisfaceret, ad certam in ſuis liberis ſucceſſionem firmandam. Andinum autem Ducem nuptias ambientem, ob virtutem & Regii generis ſplendorem cæteris omnibus merito in amore prætuliſſe, quem adhuc erga ipſum profitetur eſſe ſummum. In connubio tamen paciſcendo eo vſque aſſenſum cohibere, donec populo ſuo rem gratam eſſe perſentiſceret, ne ſero ſapere videretur. Multa enim interueniſſe impedimenta, ſcilicet internum illud in Gallia bellum, afflictas Andini fortunas, qui Regis gratia immerito exciderat; in Anglia optimi cuiuſque animum ab huiuſmodi nuptiis eſſe auerſum, vt hinc fuerint dilatæ: cum tamen Reginæ in eum amor idem conſtet. Gallum nuptias in præſentiarum conſummandas intempeſtiue vrgere, cum ab Andino iam bellum in Hiſpanum fuerit ſuſceptum, quod ſine honoris macula, & vtriuſque Regni Galliæ & Angliæ incommodo, Belgiique pernicie, deponere neutiquam poterat, Hiſpani potentia nimio plus indies augeſcente. Ad hæc cum populus Anglicus nihil maius in votis habeat, quam regnum per has nuptias in tranquilla pace conſeruari, in funeſtum bellum è latiſſima pace præcipitatum iri, cum Regina mariti bello neceſſario implicaretur. Quare de nuptiis non agendum vlterius, donec Andinus bello ſuſcepto explicaretur, & Fœdus mutuæ defenſionis & offenſionis *inter Angliam & Galliam ſancire-* *Elizabetha differt.* *Differendi cauſa.*

M. D. LXXXI. *Bituricenſi, & mittet eam in poſſeſsionem ſtatim. Quod de liberis in Angliæ Parlamento ſtatuetur, in acta redigetur in Parlamentis Franciæ, ad hunc modum Maſculi ſiue fœminæ in maternam Angliæ hæreditatem ſuccedent. Si duo fuerint maſculi, primogenitus ſuccedet in regno Franciæ, ſecundo genitus in hæreditate materna. Si vnus maſculus, ſi ad vtraſque coronas peruenerit, morabitur in Anglia ſingulis biennijs VIII. menſes, & ſi Dux non peruenerit ad ius regni Franciæ, liberi in* Appanagium *ſuccedent. Si ſuperuixerit Regina, habebit tutelam liberorum, ſi maſculi non exceſſerint XVIII. annum, & fœminæ XV. Si antea Dux moriatur, tutela relinquetur authoritati Parlamenti. Dux nullum extraneum ad aliquod officium in Anglia promouebit. Nihil in iure mutabit, ſed omnes conſuetudines conſeruabit. Non abducet Reginam nec liberos extra fines regni Angliæ, niſi ipſius & Magnatum regni conſenſu. Si nullis relictis liberis Regina moriatur, Dux nullam ſibi proprietatem vindicabit in regno Angliæ. Iocalia Regalia ex regno non trāſportabit; loca ſingula, & regna per natiuos Anglos cuſtodiri faciet, nec inde apparatum bellicum amouebit. Non miſcebit Angliam aliquo externo bello. Pacem inter Angliam & alia regna curabit. Regina ſolummodo gaudebit ſuperioritate, abſq; omni titulo qui obuenire poterit Duci tanquam* tenenti per Angliæ conſuetudinem. *Dux hoc matrimonio non intēdit præiudicium facere iuri ſuo in ſucceſsione Regni Franciæ. Præſens contractus legetur, promulgabitur, & in acta referetur in omnibus Curiis Franciæ & Angliæ poſt VI. menſes a die matrimonij, accedente authoritate Regis Chriſtianiſsimi pro ratificatione horum articulorum.*

Fiet tractatus ſeparatus de fœdere & liga inter Angliam & Franciam. Hæc omnia ratificabuntur intra duos menſes in fide ex parte Regis Galliæ, & medio iuramento, pro ſe & hæredibus, &c. ac quamprimum poterit, literas Ratificationis tradet, quibus cauebitur, quod hic concluſa bona fide conſeruabuntur. Reſeruatio etiam ſeorſim addita fuit, omnium delegatorum Chirographis conſignata; *Elizabetham vero non obligari ad nuptias conſummandas, donec illa & Dux Andinus in quibuſdam rebus*

Reſeruatio addita.

ſibi

ſibi inuicem explicate ſatisfecerint, & de iiſdem intra ſex ſeptimanas Regem Galliæ ſcripto certiorem reddiderint. *M. D. LXXXI.*

Priuſquam ſex illæ ſeptimanæ expletæ, miſſus eſt hac de re in Galliam I. Somerus ſacri conſilii ab Epiſtolis, Rex audire abnuit, vrget vt nuptiæ iam contractæ actutum celebrentur, nec quicquam aliud iam ſupereſſe. Somerus contrà *Fœdus defenſiuum & offenſiuum* priùs ineundum ex tabulis demonſtrat, Gallus reclamat. Walſinghamus ad hæc componenda amandatur, qui iunctim cum Henrico Cobhamo, ordinario in Gallia Legato, & Somero, hæc & huiuſmodi doceat. *Gallus nuptias vrget.*

Quamuis vulgus hominum nuptias protelatas minùs æque interpretaretur, Elizabetham tamen non alio conſilio ad nuptias propendiſſe quàm vt populo ſuo, importune vt nuberet ſuadenti ſatisfaceret, ad certam in ſuis liberis ſucceßionem firmandam. Andinum autem Ducem nuptias ambientem, ob virtutem & Regii generis ſplendorem cæteris omnibus merito in amore prætuliſſe, quem adhuc erga ipſum profitetur eſſe ſummum. In connubio tamen paciſcendo eo vſque aſſenſum cohibere, donec populo ſuo rem gratam eſſe perſentiſceret, ne ſero ſapere videretur. Multa enim interueniſſe impedimenta, ſcilicet internum illud in Gallia bellum, afflictas Andini fortunas, qui Regis gratia immerito exciderat; in Anglia optimi cuiuſque animum ab huiuſmodi nuptiis eſſe auerſum, vt hinc fuerint dilatæ: cum tamen Reginæ in eum amor idem conſtet. Gallum nuptias in præſentiarum conſummandas intempeſtiue vrgere, cum ab Andino iam bellum in Hiſpanum fuerit ſuſceptum, quod ſine honoris macula, & vtriusque Regni Galliæ & Angliæ incommodo, Belgiique pernicie, deponere neutiquam poterat. Hiſpani potentia nimio plus indies augeſcente. Ad hæc cum populus Anglicus nihil maius in votis habeat, quam regnum per has nuptias in tranquilla pace conſeruari, in funeſtum bellum è latiſſima pace præcipitatum iri, cum Regina mariti bello neceſſario implicaretur. Quare de nuptiis non agendum vlterius, donec Andinus bello ſuſcepto explicaretur, & Fœdus mutuæ defenſionis & offenſionis *inter Angliam & Galliam ſanciretur;* *Elizabetha differt.* *Differendi cauſa.*

M. D. LXXXI.

tur, quod Elizabetha ſane in primis optauit; Gallus mutuæ defenſionis Fœdus ſe lubenter initurum promiſit, de *offenſiuo fœdere*, priuſquam nuptiæ celebrarentur, plura audire planè recuſauit.

Andinus iterum in Angliam venit.

Haud multo poſt in Angliam venit ipſe Audinus, (qui Belgij Gubernator ab Ordinibus deſignatus) poſtquam Cameraci obſidionem Elizabethæ pecunia fœliciter ſoluiſſet. Grandem enim pecuniam illa per Henricum Seimorum, Palauicinum, & Bexium Gallum clam ſuppeditauerat. Spe ille certus erat, ſi nuptias præſens non conficeret, ſaltem efficeret, vt Elizabethæ gratia ſubnixus, Belgis qui illum tanquam Diuam ſoſpitam colebant, gratior eſſet. Exceptus erat humanitate quam ſperare poterat maxima, nullaq; erant honoris & amoris argumenta, quæ illa non exhibuit cumulatiſſime. Vſq; adeo vt menſe Nouembri quamprimum regni anniuerſaria magnifice celebraſſet, vis pudici amoris inter amatoria colloquia eo prouexit, vt annulum ſuo digito detractum Andini impoſuerit, certis quibuſdam legibus inter ipſos adhibitis. Adſtantes nuptias ſponſione iam contractas interpretabantur. Inter quos Aldegondius vrbis Antvverpianæ Præfectus, miſſos illico in Belgium nuntiis hoc ſignificauit. Antvverpiaq; feſtis ignibus, tormentorumq; tonitru publicam lætitiam teſtata eſt. Aulicorum animos domi varij affectus occuparũt: alii lætitia geſtierunt, alij obſtupuerunt, alij mœrore deiecti. Leiceſtrius, qui ad nuptias impediendas coniurationẽ clandeſtinam inire cœperat, Hattonus Vicecamerarius, & Walſinghamus, quaſi de regno, de Regina, de religione iam conclamatum, fremuerunt. Mulierculæ, quibus Regina familiariter vtebatur, eiularunt, animumq; obiectis terroribus ita angoribus implicarunt, vt illa ancipiti cura noctem inſomnem inter ſuas flebilibus modis concinentes, traxerit. Poſtridie Andinum conuenit, arbitriſque remotis, longos conſerunt ſermones. Ille tandem in cubiculum ſe recipiens, proiecto annulo illo, & mox reſumpto, vno

Illi annulum tradit Regina.

Varij animorum in Aula habitus.

Regina animi anceps.

Digitized by Google

vno & altero dicterio muliebrem leuitatem, & inſulariun inconſtantiam perſtrinxit. *M. D. LXXXI.*

Illa anxia animo recoluit, quæ à Burghleio & Suſſexio audiuerat: niſi Andino nuberet, offenſionis fœdus à Gallo non poſſe ſperari, Hiſpani magnitudini ſolā & ſolitariā imparem eſſe; qui filia Scotorum Regi in nuptias oblata, omnes in Anglia Pontificios, profugos, rebelles, rerū præſentium pertæſos, & perdita fide homines, quorum magnus vbique numerus, in Scoti partes facile pertraheret; Spem bonorum, qui ſobolem regiam ex his nuptijs ſperarunt, infractam iri, qui ipſa poſthabita, iam in *Competitorū* aliquem oculos conijcerent. Præterea ipſam in maximam offenſionem apud Gallum, Andinumque non poſſe non incurrere, qui tanto tempore tot conſultationibus habitis, tam honorificis legationibus miſſis, & tanta pecunia effuſa, eludi ægerrime ferant; vtcunque ſimulatione obtegant, quo ſibi conſulant, vel conſequendo pecuniam præſentem Andino in bellum Belgicum, vel annuam in futurum penſionem. Nec minor hæſit in animo ſcrupulus, ſi Andinus neglectus vxorem ex Hiſpania aſſumeret, quod aliqui inſuſurrarunt, tunc periculum vtrinque è Gallia & Hiſpania imminere, illa præſagijt. *Incommoda ex nuptijs neglectis cogitat.*

Inter difficilimas has de nuptijs cogitationes, in quas temporum ratio ex quadam neceſſitate eam ſubinde cōiecerat, illam apud animum certo conſtituiſſe opinati ſunt nonnulli, quod cælibatu magis quam nuptijs, & Reipub. & ſuæ gloriæ poſſet conſulere. Vtique præuidit, ſi ſubdito nuberet, ſibi ex diſparitate dedecus contracturam & ad domeſticas ſimultates & turbas faces accenſuram; ſi extero, & ſe & populum externo iugo ſubiecturam, religionemque in periculum deuocaturam; non oblita quam infœlix fuerit Mariæ ſororis cum Philippo extero connubium; & quam infauſtum illud proaui Edvvardi IIII. qui primus Regum Angliæ à Normanica victoria, ſubditā in vxorem acceperat. Gloriam etiam quæ ſibi innuptæ *Cur cælibatū nuptiis prætulit.*

Digitized by Google

M. D. LXXXI. integra & indelibata manſit, in maritum nuptijs tranſcribendam timuit. Præterea pericula ex conceptione & puerperio, à medicis & mulierculis, ex abditis cauſis, obiecta, quæ ſæpe animo obuerſabantur, admodum deterruerunt.

Liber contra nuptias editus.

Vrebat inſuper animum liber, ſtilo aculeato contra has nuptias, ex formidine, ne religio immutaretur, editus & inſcriptus, *Vorago, qua Anglia Gallico connubio abſorbenda.* In quo Conſiliarij, qui nuptijs fauerunt, quaſi ingrati in patriã & Principem ſuggillantur, ipſa Regina, inter medias adulationes, quaſi ſui diſſimilis, obliqua inſectatione perſtringitur, Andinus conuitijs indignis dilaceratur, Gallica natio odioſe proſcinditur. Ipſæ nuptiæ ob religionis diſcrepantiam, (vt filiæ Dei cum filio Antichriſti) tanquam profanæ, Eccleſiæ exitioſæ, & Reip. pernitioſæ è ſacris literis miſere detortis, virulentis verbis damnantur. Nec perſuaderi voluit Regina, authorem libri ſibi aliud propoſuiſſe, quam vt ſubditorum odium in ipſam concitaret (quæ ſemper non minorem amoris apud populum, quam authoritatis rationem habuit, & quod Principes ſolent, præcipuam curam ad famam direxit) & viam occulte aperiret ad aliquam prodigioſam innouationem: cum ad ſecuritatem Reginæ & Regno præſtandam, & pericula propulſanda, ne verbum quidem ſcriptor ille addiderit; & regni Ordines iam antea nuptias, vt certiſſimum contra impendentia mala remedium, maximopere efflagitaſſent. Hæc publico ſcripto declarat, in quo libelli authore, vt ſeditionis præcone, damnato, propenſum Andini in ſe & Proteſtantium religionem animum prædicauit, tantam iniuriam tanto Principi & optime merenti, qui nihil vel in republica vel in religione immutari poſtulauerat, illatam doluit: ſimulq; Simierum Andini adminiſtrum, quem calumnijs nonnulli onerarant, ob prudentiam & modeſtiam collaudauit; populum autem monuit, libellum illum nihil aliud eſſe, quam commentũ proditorum, ad concitandam foris inuidiam, domiq; ſeditionem; & coram Magiſtratu igne abſumi iuſſit.

Illa contra edicit.

Iam

Digitized by Google

Iam inde Puritanis, ſiue Nouatoribus paulo infenſior eſ- ſe cœpit, à quibus hæc profluxiſſe facile credidit; & poſt pau culo; ſane dies Ioannes Stubbus, ex Lincolnienſi Iuris Col- legio feruidus religionis profeſſor (cuius ſororem Thomas Cattwrightus, inter Puritanos anteſignanus, duxerat) hu- ius libelli author, Guilielmus Pageus, qui exemplaria diſ- perſit, & Singleton⁹ Typographus, apprehenſi. In hos ſen- tentia lata, vt dextræ præciderentur, ex lege Philippi & Ma- riæ, *contra ſeditioſorum ſcriptorum authores & diſſeminatores.* Quamuis ſententiam fuiſſe erroneam & irritam & falſa no- tatione temporis, quo lex illa lata, legemq; fuiſſe tempora- riam, & (Maria moriente) vna interijſſe, Iuriſperiti nonnul- li obmurmurarent. E quibus Daltonus, qui hoc clamitabat, in carcerem datus & Monſonus in *Communium Placitorum* foro Iudex ita verbis aſperis exagitatus, vt loco ceſſerit; cum Wraius Summus Angliæ Iuſtitiarius in temporis notatio- ne errorem fuiſſe nullum, & ex legis verbis docuiſſet, legē in eos qui Regem ſeditioſo ſcripto violabunt, ſancitam eſ- ſe, Regemque Angliæ nunquam intermori: imo legem il- lam anno primo Elizabethæ, ad eius vitam & hæredum ex eius corpore reuocatam fuiſſe. Inde ad pegma in rerum ve- nalium foro Weſtmonaſterij Stubbo & Pageo dextræ cul- tro laniario vi mallei in carpum adacto præciduntur. Typo grapho autem parcitur. Memini qui præſens aderam cum Stubbus, dextra abſciſſa, ſiniſtra caput nudaret; & clara vo- ce diceret, *Viuat Regina,* multitudo circumfuſa omnino ob- ticuit, ſiue ex huius noui & inuſitati ſupplicij horrore, ſiue ex commiſeratione in hominem famæ integerrimæ, ſiue ex odio nuptiarum, quas religioni exitioſas futuras pleriq; præſagierunt.

M. D. LXXXI.

Author libri deprehenſus. Et diſperſor.

Dextra præciduntur.

Hæc primis diebus poſt Andini in Angliam aduentum, dumque hic hæreret, Regina, vt formidinem demeret, quę multorum animos occuparat, religionem immutatam iri, & Pontificios tolerandos, importunis precibus euicta per- miſit, vt Edmundus Campianus, quem dixi, è SOCIETATE Ieſu

Edmund. Campian⁹ & Ieſuita

Digitized by Google

M. D. LXXXI.

morte affecti.

Ieſv, Radulphus Sherwinus, Lucas Kirbius, Alexand Briantus, Sacerdotes iudicio ſiſterentur. qui accuſati ex leg Maieſtatis xxv. Edwardi III. Reginæ Regnoq; pernicien ſtruxiſſe, Pontifici Romano Reginæ hoſti adhæſiſſe, ad re nouandas, vireſque colligendas in Angliam veniſſe: capiti damnati erant. Cumque peruicaciter Papalem contra Reginam authoritatem defenderent, extremo ſupplicio affecti. Campianus enim iam damnatus, interrogatus primum an Elizabetha eſſet Regina *legitima*, & *de iure*, reſpondere abnuit, deinde an à Regina vel Papa ſtaret, ſi ille copias contra Reginam miſerit, à Papa ſe ſtaturum palam profeſſus eſt, & chirographo teſtatus. Poſtea & alij nonnulli morte ijſdem de cauſis mulctati, cum toto decennio à rebellione, do quinque tantum Pontificijs ſupplicium ſumptum fuiſſet. Sed hæc Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptori relinquo. Liceat tamen mihi, bona cum eius venia, paucula quæ cum Repub. colligata ſummatim hìc adnotare. Eiuſmodi certe hæc tempora fuerunt, vt Regina, quæ vim conſcientijs afferendam nunquam cenſuit, ſubinde quereretur, ſe ad hęc neceſſario adactam fuiſſe, niſi ſub quæſito conſcientiæ & Catholicæ religionis prætextu, ſibi & ſubditis perniciem inferri maluiſſet. Pleroſque tamen ex miſellis his ſacerdotibus exitij in patriam conflandi conſcios fuiſſe non credidit. *Superiores* autem hos, vt ſceleris inſtrumenta habuiſſe, quandoquidem, qui mittebantur, plenam ac liberam ſui diſpoſitionem *Superioribus* relinquerent. Cum enim qui nunc, & poſtea deprehenſi, interrogati eſſent, *An ex authoritate Bullæ Pij V. P. R. ſubditi à Sacramento fidei erga Reginam ita ſoluerentur, vt arma in Principem induerent? An illam legitimam Reginã eſſe cenſerent? An Sanderi & Briſtoi ſententia de Bulla illius authoritate ſubſcriberent? An ſi Pontifex Romanus in Reginam bellum moueret, huius vel illius partibus ſe adiungerent?* Reſponderunt alij adeo ambigue, alii adeo ferociter; nonnulli præuaricando, aut ſilendo ita eluſerunt, vt eos aliquid perfidię alere nõnulli ingenui Catholici ſuſpicari cœperint; & I. Bishopus Pontifici

Neceſſaria hæc in Catholicos animaduerſio.

Suſpicio in eos aucta.

Tergiuerſando.

Digitized by Google

Pontifici Rom. deuotus contra hos ſcripſerit, & ſolide docuerit, conſtitutionem illam, Cōcilij Laterani nomine obtruſam, vx qua tota ſubditos à fidelitate abſoluendi, & abdicandi Principes authoritas fundatur, nihil aliud eſſe quam Papæ Innocentij III. decretum, nec vnquam in Anglia admiſſum; imo Concilium illud plane nullum fuiſſe, nec quicquam omnino à Patribus ibi decretum. M. D. LXXXI.

Suſpiciones etiam magis magiſque excitatæ, ex maiore numero Sacerdotum indies in Angliam ſubrepentium, qui hominum animos clam tentarunt Principes excommunicatos deturbandos prædicarunt, Romanam religionem nō profitentes, titulo, regiaque authoritate excidiſſe, ſacris initiatos Eccleſiaſtica quadam libertate ab omni Principum iuriſdictione liberos eſſe, nec eorum legib. teneri, aut maieſtatem revereri debere muſſitarunt; Pontificem autem Rom. ſummum imperium & pleniſſimam poteſtaem in vniuerſum orbem, etiam in Politicis habere, Angliæ vero Magiſtratus minime eſſe legitimos; ideoque pro Magiſtratibus neutiquam habendos. Imo quæcunque Reginæ authoritate acta fuerint. ex quo *Bulla Declaratoria Pii* V publicata iure diuino & humano omnino irrita eſſe, & inſtar nihili exiſtimāda. Nec diſſimularunt eorum nonnulli, ſe non alio conſilio in Angliam redijſſe, quam perinde, vt *Bulla* iſta omnes ſemel ſimulque generatim, ita illi ſingulos ſeorſim ab *omni fidelitatis & obſequii erga Reginam Sacramento*, reconciliando inter confitendum, abſoluerent; & hoc factu facilius videbatur, cum ab omni mortali peccato ſimul abſolutionem promitterent, & tutius, quia occultius, & ſub *Sigillo Confeſſionis*.

Pernitioſa dogmata proſeminando.

M. D. LXXXII.

HÆc & huiuſmodi extorſerunt à REGNI Ordinib. qui Weſtmonaſterij menſe Ianuario cōuenerunt, nouas &

Noua in Pontificios Leges.

M. D. LXXXII.

& ſeueriores in Pontificios leges, quibus *Maieſtatis rei declarantur, quicunque ſubditos ab obſequio in Principem & à religione in Anglia conſtituta diſſuaſerint, aut Rom. Eccleſiæ reconciliauerint; necnon qui ita diſſuaſi, aut reconciliati fuerint. Qui Miſſam celebrabunt, ducentis* Marcis, *& incarceratione per annum, & amplius, donec perſoluerint, mulctantur: qui miſſæ ſponte interer unt, centum* Marcis *& incarceratione itidem per annum: quiq; ſacra in ſuis Parochiis adire recuſabunt, viginti libris in ſingulos menſes.* Quod de Lunaribus menſibus inique interpretatum clamitarunt Pontificij, qui hactenus abſentiam diebus Dominicis & Feſtis vno ſolido in egenorum vſum redemerant. Sed Eccleſiaſticus hiſtoricus hæc fuſius perſequatur.

Andinus in Belgium nauigat.

Andinus poſtquam tres totos menſes in Anglia hæſiſſet, menſe Februario in Belgiũ iter ſuſcepit. Ipſa Regina Cantuariam vſq; honoris ergo deduxit, Comitemque Leiceſtrium, Carolum Hovvardum, Hunſdonium, Willoughbeium, Windſorium, Sheffeildium Barones, Philippum Sidneium, Franciſcum Ruſſellium, Georgium Bourchierum, alioſq; nonnullos ex equeſtri ordine clariſſimos, Antvverpiam vſq; comitari iuſſit: vbi in Ducem Brabantiæ, Limburgi, Lotharingiæ, &c. inauguratur. Ordines enim fœderatorum Belgarum Hiſpanum, ob leges violatas, Principatu excidiſſe iam antea pronuntiauerant, ſigilla fregerant, Inſignia vbique deiecerant, & fidei ſacramento populum ita abſoluerant, vt liberum eſſet alium Principem ſibi deligere. Ille Romanæ religionis cultum omnibus, qui ſibi fidei iuſiurandum præſtarent, & Hiſpanum eiurarent, permiſit. Deinde bello ſe accinxit, Aldenardam amiſit, Aloſtum cepit; ſexcenti Angli, imperioſam Norriſij ſeueritatem cauſati, ab illo ad Hiſpanos, Thomæ Norriſio, Barneio, Corniſho, & Gibſono ductoribus, tum fugerunt, qui omnibus periculis expoſiti & contẽptiſſime habiti, ſera pœnitẽtia & infinitis miſeriis perfidiæ pœnas ſoluerunt. Norriſius tamen cũ trecẽtis Equitibus & cohorti-

Brabantiæ Dux, &c. inauguratur.

Angli aliquot ab eo diffiunt.

Digitized by Google

hortibus reliquis, ſingularem & fortitudinis & militaris ſcientiæ laudem apud omnes retulit. Parmenſem maioribus copiis irruentem animoſe excipiendo, & conſiderate ad mœnia Gandaui ſe recipiendo, Andino & Auraſionenſe è mœnibus virtutem militarem admirantibus. Sed quid his immoror? Andinus, cum ingentem pecuniam ex Anglia ſuppeditatam, nullo ſucceſſu in Belgio profudiſſet, & deprehendiſſet, vmbratiles titulos ſibi tantum delatos, rerum ſummam penes Ordines eſſe, præcipiti conſilio Antwerpiam, aliaſq; vrbes armata manu fruſtra, non ſine ſuorum cæde tentauit, & breui inglorius Belgium reliquit.

M. D. LXXXII.

Norriſius ſtrenue ſe gerit.

Andinus ingloriuſè Belgio diſcedit.

Cometam Menſe Maio in 12. Geminorum Gradu prope *Capellam* conſpectum, radiante cauda ſupra & vltra *Humerum dextrum Ericthonii* proiecta, & horrendam in Norfolcia tempeſtatem crebro fulmine, tonitru, impetuoſo ventorum furore, & denſiſſima grandine trium pollicum craſſitudine, ſtellularum in calcaribus figura efferatam, ſatis ſit vel verbo memoraſſe.

Cometa.

Elizabetha, vt ſe foras firmaret contra Hiſpanum, quem ex ſubſidiaria illa pecunia Andino ſubminiſtrata, exacerbatum nouerat, Fredericum Secundum Daniæ Regem, iam olim ſibi chariſſimum, in Georgiani Ordinis ſocietatem cooptauit, & Peregrinum Bertium, quem illa, in deferendis honoribus admodum parca, ad honorem Baronis *VVilloughbei de Eresby* ægre admiſit, priuſquam virtutis ſpecimen dediſſet; (etſi mater eius Duciſſa Suffolciæ vnica eſſet filia & hæres Baronis *VVilloughbei*) ad eum legauit, qui inſignibus inueſtiret. Danus torque roſato collum circumdari, & periſcelide tibiam ſubſtringi lætanter admiſit; cætera inſignia reponenda accepit. Induere vero, quia exotica, & iuramentum præſtare omnino recuſauit, cum idem iam antea feciſſet, quando in S. Michaelis Ordinem à Gallo cōſcriberetur. Willoughbeius dum in Dania ageret, Mercatorum Anglorū querelas Regi proponit: Grauiter enim illi conqueſti erant, vectigalia fuiſſe nimio plus adaucta,

Rex Daniæ fit Eques Garterii.

Mercatorum Anglorum querelæ.

cum

Digitized by Google

M. D. LXXXII. cum olim in tranſitu Freti Danici ſiue *Oreſundi* pro ſingulis nauibus *Roſatum Nobilem*, ſcil. quartam partem vnciæ auri, dependerint, & tantundem pro mercibus, cum pauculis nummis in nocturnos ignes, ad curſum dirigendum, & doliola, ad breuia & tænias denotanda. Egit etiam Mercatorum nomine, vt penſitationem *Laſtgelt* remitteret, qua triceſima pars omnium mercium mutui nomine, ardente inter Danum & Suecum bello exacta fuit, cum promiſſo, vt bello finito, refunderetur. Sed hæc vt magni momenti in aliud tempus reiecta fuere. Principes enim vectigalia, quæ ſemel intenderunt, vix vnquam relaxant, qui huiuſmodi *Regalia* (vt vocant) ad cuiuſq; regni ius & libertatem ſpectare, nec externæ moderationi ſubiacere iudicant.

Tractatus cum Scotâ in aliud tempus reſicitur.

Illa etiam vt domi ſecurior eſſet, cum Scotorum Reginâ rem componere per Walterum Mildmaium cogitauit. Verum deprehenſo, Guiſium ad eam liberandam conſilia arcana cum quibuſdam profugis Anglis agitare, & copias contrahere, ſpecie quidem, vt Andino in Belgio militarêt, reuera vt in Angliam, ex *Auco*, ſiue *Evv* obſcuro portu, Guiſiani iuris in Normania, tranſmitterentur; (Quod Gallus primus edocuit, & pro ſuo erga Elizabetham amore impediuit) res in aliud tempus reiicitur, & illa negligitur.

Gourius & alii turbas in Scotia excitant.

Veruntamen, vt Guiſij molitionibus in Scotia obuiam iretur, qui Lenoxij opera, ad auertendum Scotorum Regem ab Anglis, abuti credebatur, Guilielmus Ruthuenus, quem Rex nuperrime Gouriæ Comitem creauerat, turbas dedit. Ille, ne à patre degeneraret, qui infeſto erat in Regis matrem animo, & alij coniurati, omnes ingenij vires in hoc contulerant, vt Lenoxium & Arranium à Rege amouerêt, ſub obtentu, vt religioni, Regis ſecuritati, & amicitiæ cum Anglia caueretur; & hac techna vſi, Lenoxio, qui Scotiæ Camerarius conſtitutus, perſuaderut, vt obſoletam Camerarij iuriſdictionem rigide exerceret; nec alio conſilio, quam vt ille odium ſibi imprudens apud multitudinem accenderet, verbi diuini Miniſtri idem inflammarent, de-

cla-

Digitized by Google

M. D. LXXXII.

clamitando è ſuggeſtu contra eum tanquam Pontificium, Guiſianum,&rigidum iuris exactorem,exitiumq; ei palam prædicerent. Cum itaq; Lenoxius à Pertho, vbi Rex tunc egit,Edenburgum profectus eſſet, ad Iuriſdictionem illam exercendam, & Arranius peregre abeſſet; Gourius, Marrius, Lindſeius,& alij, arrepta opportunitate, Regem adCaſtrumRuthuenum inuitarunt, ibique inuitum detinuerunt,nec in agros exſpatiari, terrore iniecto, permiſerunt. Fidiſſimum quemque ex adminiſtris amouerunt; Arranium in cuſtodiam abripuerunt, Regemque adegerunt,vt Angliæ Regina [quæ à conſilio non aliena] intercedente, Anguſium exulantem domum reuocaret. Lenoxium in Galliam remitteret, qui homo ingenio placidiſſimo, vt publicæ quieti conſuleretur, [Regis ſuaſu, ex eorum impulſu,] Dunbritonio, quod facile defendere poterat,ceſſit,& in Galliam redire non abnuit. Nec his contenti,Regem inuitum compulerunt,hanc ſui interceptionem literis ad Reginam Angliæ comprobare, & Conuentum Ordinum ab iſtis indictum, iuſtum eſſe decernere. Buchananum tamen inducere non poterant, vt hoc eorum factum,vel ſcripto libello, vel perſuaſione per nuntium approbaret, qui ſe factioſorum cauſam contra Principes iam antea ſuſcepiſſe, dolenter ingemuit, & paulo poſt obijt. Vir qui *nec cœlo,nec ſolo,nec ſeculo erudito*, vt ille cecinit, *natus*, ad ſummum tamen Poeticæ facultatis culmen tam fœliciter aſcendit,vt Poetarum huius ſeculi Princeps merito habeatur.]

Regem intercipiunt.

Lenoxium è Scotia emouent.

Cum hæc Gallus certis nuntiis comperiſſet, *Motta-Fenellonum* per Angliam, & *Manninguillum* per mare cum ijſdem documentis in Scotiam amandat, ſcilicet, vt rationes liberandi Regem quouis modo expedirent, factionem Gallicam confirmarent,Regis animum in Gallorum amicitiam pellicerent, & gratulantes ſignificarent, Reginam matrem eius,ex materna pietate regium titulum ei indulgere,atq; in regni ſocietatem iam libentiſſime admittere,

Gallus ad Regem liberandum mittit.

ſcilicet,

Digitized by Google

M. D. LXXXII. cum olim in tranſitu Freti Danici ſiue *Oreſundi* pro ſingulis nauibus *Roſatum Nobilem*, ſcil. quartam partem vnciæ auri, dependerint, & tantundem pro mercibus, cum pauculis nummis in nocturnos ignes, ad curſum dirigendum, & doliola, ad breuia & tænias denotanda. Egit etiam Mercatorum nomine, vt penſitationem *Laſtgelt* remitteret, qua triceſima pars omnium mercium mutui nomine, ardente inter Danum & Suecum bello exacta fuit, cum promiſſo, vt bello finito, refunderetur. Sed hæc vt magni momenti in aliud tempus reiecta fuere. Principes enim vectigalia, quæ ſemel intenderunt, vix vnquam relaxant, qui huiuſmodi *Regalia* (vt vocant) ad cuiuſq; regni ius & libertatem ſpectare, nec externæ moderationi ſubiacere iudicant.

Tractatus cum Scotâ in aliud tempus reiicitur.

Illa etiam vt domi ſecurior eſſet, cum Scotorum Regina rem componere per Walterum Mildmaium cogitauit, Verum deprehenſo, Guiſium ad eam liberandam conſilia arcana cum quibuſdam profugis Anglis agitare, & copias contrahere, ſpecie quidem, vt Andino in Belgio militarent, reuera vt in Angliam, ex *Auco*, ſiue *Evv* obſcuro portu, Guiſiani iuris in Normania, tranſmitterentur; (Quod Gallus primus edocuit, & pro ſuo erga Elizabetham amore impediuit) res in aliud tempus reiicitur, & illa negligitur.

Gourius & alii turbas in Scotia excitant.

Veruntamen, vt Guiſij molitionibus in Scotia obuiam iretur, qui Lenoxij opera, ad auertendum Scotorum Regem ab Anglis, abuti credebatur, Guilielmus Ruthuenus, quem Rex nuperrime Gouriæ Comitem creauerat, turbas dedit. Ille, ne à patre degeneraret, qui infeſto erat in Regis matrem animo, & alij coniurati, omnes ingenij vires in hoc contulerant, vt Lenoxium & Arranium à Rege amouerent, ſub obtentu, vt religioni, Regis ſecuritati, & amicitiæ cum Anglia caueretur; & hac techna vſi, Lenoxio, qui Scotiæ Camerarius conſtitutus, perſuadetur, vt obſoletam Camerarij iuriſdictionem rigidè exerceret; nec alio conſilio, quam vt ille odium ſibi imprudens apud multitudinem accenderet, verbi diuini Miniſtri idem inflammarent, decla-

M. D. LXXXII.

clamitando è ſuggeſtu contra eum tanquam Pontificium, Guiſianum,& rigidum iuris exactorem, exitiumq́ue palam prædicerent. Cum itaq; Lenoxius à Pertho, vbi Rex tunc egit, Edenburgum profectus eſſet, ad Iuriſdictionem illam exercendam, & Arranius peregre abeſſet; Gourius, Marrius, Lindſeius, & alij, arrepta opportunitate, Regem ad Caſtrum Ruthuenum inuitarunt, ibique inuitum detinuerunt, nec in agros exſpatiari, terrore iniecto, permiſerunt. Fidiſſimum quemque ex adminiſtris amouerunt; Arranium in cuſtodiam abripuerunt, Regemq́ue adegerunt, vt Angliæ Regina [quæ à conſilio non aliena] intercedente, Anguſium exulantem domum reuocaret. Lenoxium in Galliam remitteret, qui homo ingenio placidiſſimo, vt publicæ quieti conſuleretur, [Regis ſuaſu, ex eorum impulſu,] Dunbritonic, quod facile defendere poterat, ceſſit, & in Galliam redire non abnuit. Nec his contenti, Regem inuitum compulerunt, hanc ſui interceptionem literis ad Reginam Angliæ comprobare, & Conuentum Ordinum ab iſtis indictum, iuſtum eſſe decernere. Buchananum tamen inducere non poterant, vt hoc eorum factum, vel ſcripto libello, vel perſuaſione per nuntium approbaret, qui ſe factioſorum cauſam contra Principes iam antea ſuſcepiſſe, dolenter ingemuit, & paulo poſt obijt. Vir qui *nec cœlo, nec ſolo, nec ſeculo erudito*, vt ille cecinit, *natus*, ad ſummum tamen Poeticæ facultatis culmen tam fœliciter aſcendit, vt Poetarum huius ſeculi Princeps merito habeatur.]

Regem intercipiunt.

Lenoxium è Scotia emouent.

Cum hæc Gallus certis nuntiis comperiſſet, *Motta-Fenellonum* per Angliam, & *Manninguillum* per mare cum iiſdem documentis in Scotiam amandat, ſcilicet, vt rationes liberandi Regem quouis modo expedirent, factionem Gallicam confirmarent, Regis animum in Gallorum amicitiam pellicerent, & gratulantes ſignificarent, Reginam matrem eius, ex materna pietate regium titulum ei indulgere, atq; in regni ſocietatem iam libentiſſime admittere,

Gallus ad Regem liberandum mittit.

ſcilicet,

Digitized by Google

M. D. LXXXII. ſcilicet, vt verus & legitimus Rex à Chriſtiani Orbis Principibus, Scotiſq; omnibus agnoſceretur, & partium ſtudia penitus tollerentur. Illa interim tota ſuſpenſo & ſolicito animo, miſeriis oppreſſa, & diuturni carceris calamitate, ſine vlla libertatis ſpe intabeſcens, graue ſuum fatum, afflictiſſimamq; filij conditionem, longis literis Gallice conſcriptis, quas maternus amor & animi anxietas extorſerunt, apud Elizabetham deplorat, in hanc ſententiam, vt ex ipſo Autographo in pauca contraham.

Scota filii interceptionem & ſuam conditionem deplorat.

Cum certò acceperim, filium meum à rebellibus interceptum [ſicut & ipſa ante aliquot annos] ex iuſto timore, ne communem mecum infœlicitatis ſortem ſubeat, non poſſum luctuoſas meas querimonias non egerere, & eaſdem in tua, ſi fieri poſſet, conſcientia inſculpere; vt mea apud poſteros conſtet innocentia, & eorum ignominia, quorum iniquitate in has miſerias indigniſſimè fui coniecta. Verum cum iſtorum artes & machinationes [quantumuis nefaria] hactenus plus apud te valuerint, quam querela mea iuſtiſsima, potentia tua ius & aquum iam cedant, viſq; veritatem apud homines opprimat; ad Deum immortalem prouocabo, cuius ſolius in nos, pari iure & honore Principes, Imperium agnoſco. Eundemq; inuocabo, (apud quem, nec fuco, nec fraudi locus erit) vt nouiſsimo die, pro noſtris inter nos meritis retribuat, quomodocunq; aduerſarij mei inſidioſas verſutias apud homines [& forſan apud te] obuelare norunt. In eius igitur nomine, & quaſi pro eius Tribunali, tibi in memoriam reuoco, quibus artibus quidam tuo nomine emiſſarij, Scotos mihi ſubditos in rebellionem contra me, dum in Scotia agerem, traxerunt, & omnia mala qua iam inde ibi acciderunt, concitarunt. Quod [vt alia taceam] certo conſtat ex teſtimoniis prolatis, & confeſsione ex Mortonii ipſius ore, qui eo nomine ad honores euectus. In quem ſi ex iure egiſſem, & tu opem rebellibus non tuliſſes, contra me & meos haudquaquam tam diu ſubſiſtere potuerant.

Dũ in carcere, in Lacu Leuino *detinerer, Nicholaus Throcmortonius tuo nomine mihi author fuit, vt ſignato Diplomate, regno cederem [quod irritum futurum ille aſſeuerauit, irritumque*

orbis

orbis vniuerſus habuit) donec tu prono fauore & armatâ manu iſtius Diplomatis authoribus auxilium tuleris. Et dicas bona fide, an eiuſmodi ſubditorum tuorum in te authoritatem & poteſtatem agnoſcas? Inde tamen mea Regia authoritas tuo conſilio & auxilio mihi ablata, & Regnum in filiolum, per ætatem, incapacem translatum. Cumque ipſa non ita pridem Regnum illi legitime confirmare ſtatuerim, à nonnullis proditoribus vi abreptus eſt, qui illum, perinde ac meipſam, Regno ſpoliare, ſi non etiam & vita, proculdubio deſtinarunt. Poſtquam ego e Lacu Leuino elapſa, & iam rebelles prælio aggreſſura, opem tuam imploraui, adamante illo remiſſo, quem à te in amoris pignus iam antea acceperam, cum prolixa auxilij contra rebelles pollicitatione ſubinde repetita; etiam fide data, vt ſi me ad te reciperem, te ad limites acceſſuram & in perſona adiuturam. Ego hac tua pollicitatione toties iteratâ freta (etſi tui mihi ſæpe verba dederint) ad te, tanquam ad Anchoram Sacram, in aduerſis confugere ſtatui. Et confugiſſem ſane, ſi tam facilis aditus mihi patuiſſet, ac contra me rebellantibus ſemper patuit. Verum priuſquam accedere potuerim, intercepta fui, cuſtodibus ſtipata, in loca munita concluſa, & ipſa morte grauiora iam inde perpeſſa. M. D. LXXXII.

Scio te obiecturam, quod mihi cum Norfolciæ Duce interceſſit, illud tamen tibi, aut regno tuo fraudi fuiſſe pernego. A primariis enim Regni Angliæ Conſiliariis fuit approbatum, & eorum ſubſcriptionibus, quæ proferri poſſunt, confirmatum, qui etiam tuum aſſenſum affirmate promiſerunt. Et qui (quæſo) potuerunt tanti viri aſſenſum tuum ad illud promittere, quod te vita, honore, & Diademate ſpoliaret? Hoc tamen tu ab omnibus credi velis.

Cæterum cum nonnulli ex illorum rebellium numero ſera pœnitentia reſipiſcerent, & plenius perſpicerent è colloquio inter Delegatos noſtros Eboraci, quam inique mecum egerint, illi ſtatim tuis copiis in Caſtro Edenburgenſi obſeſſi, & e primariis alter veneno, alter ſuſpendio miſere ſublatus. Et hoc quidem poſtquam tuo rogatu effecerim, vt ſemel atque iterum arma poſuerint ſpe pacis, quam Deus norit, an aduerſarij mei vnquam cogitauerint. Lidingtonius & Grangius.

Z Iam

Digitized by Google

M. D. LXXXII.

Iam inde mihi deliberatum erat experiri, an patientia rigorem emollirem, perferendo ſingula quæ captiuæ imperata. Omne tamen colloquium cum filio per literas, aut internuncios hoc anno iam vertente penitus interclusum erat, vt filius à matre triſtiſſima animorum diſiunctione ſi fieri poſſet, diuelleretur.

Conditiones pacis & concordiæ inter nos ineundæ ſæpe propoſui, CateſWorthiæ ante annos vndecim, cum Delegatis, atque tecum per Legatos Regis Chriſtianiſſimi; & meos, & ſuperiori hyeme cum Bealo ſincere egi. Sed conditiones illæ ſemper reiectæ, moræ quæſitæ, & interpoſitæ, conſilia mea ſuſpecta, & omnes animi mei ſinceri affectus ſemper damnati. Nec alium ego fructum ex diuturna patientia tuli, quam quod præſcriptione quadam inualuerit, vt aſperius indies tractarer; nec quidem vt captiua, ſed vt infimæ conditionis ſeruula. Certe hæc diutius perferre non potero, & quomodocunque res cadat, ſi moriar, mortis meæ authores manifeſtabo; ſin viuam, efficiã (ſpero) vt nefariæ in me molitiones & calumniæ intermoriantur, vt maiore tranquillitate, quod vitæ reliquum ſit, tranſigam.

Quare ad tollendas omnes inter nos offenſiones, proferãtur Hiſpanorum, qui in Hibernia nuper capti, in me teſtimonia, producantur Ieſuitarum examinationes, permittatur cuilibet licẽtia me publice accuſandi, modo itidem & mihi me defendendi libertas concedatur, nec inaudita condemner. Malefici & incarcerati viliſſimi, ad ſui defenſionem admittuntur, & accuſatores coram ſiſtuntur; Cur non ita mecum agitur, quæ Regina inuncta, tibi cognatione proxima, & Regni hæres poſt te legitima? At hoc poſtremum illud eſt, quod aduerſarios meos, qui nos inter nos committere ſtudent, imprimis angit, vritque. Hei mihi, non eſt cur hoc eos angat, Deum & Honorem meum teſtor, me non aliud regnum quam cœleſte illud, iam diu cogitaſſe. Tu tamen religione obligaris, officij & iuſtitiæ ratione teneris, ne poſt mortem meam certiſſimum filij mei ius interturbes, nec illorum occultas molitiones promoueas, qui cum in Anglia, tum in Scotia grauiter in meam filijq; perniciem incumbant. Quod ſatis ſuperque elucet ex documentis nunciorum tuorum in Scotia, qui ſeditioſiſſime egerunt (te proculdu-

Digitized by Google

culdubio ignorante) ſed Huntingdonio diligenter ſatagente. M. D. LXXXII.
Hoccine æquum, vt ego mater prohibear, non ſolũ filio oppreſſo conſulere, ſed etiam quo in ſtatu ſit intelligere? Si miſſi fuiſſent filij bono, forſitan conſilio meo vſi, illi gratiores eo nomine aduenіſſent, certe tu me tibi arctius obſtrinxiſſes. Nec erat cur profectionẽ tantopere celares, aut mihi tunc temporis libertatẽ omnem plane adimeres. Vt libere tamẽ loquar, obſecro, vt eiuſmodi adminiſtris in rebus Scoticis nõ amplius vtaris. Etſi enim credam,* Carium nihil ſe, & ſuo honore indignũ ſuſcepturum, de Huntingdonio tamen, propter mala in me merita, nihil boni mihi promittere poſſum. Per neceſſitudinẽ igitur inter nos cõiunctiſſimam magnopere rogo, vt filij ſaluti ſerio proſpicias, vt Scoticis rebus, me inconſulta, aut Rege Galliæ, non amplius te interponas; eos qui filium in cuſtodia detinent, & quo volunt, inuitum cogunt, non alio quam proditorum loco habeas. Denique per Chriſti Redemptoris Crucem & Paſſionem obteſtor, vt æquis legibus poſt tot annos libertati reſtituta, alicubi extra Angliam, tantillo vitæ tempore quod ſupererit, poſt diuturnum carceris ſqualorem, corpus extenuatum refocillem. Ita me & meos, & inprimis filium in æternum tibi deuincies. Nec hoc omni contentione petere ceſſabo, donec annueris. Vt tantopere petam, afflictiſſima valetudo cogit. Efficias igitur vt humanius iam inde mecum agatur, alias perpeti plane non potero: nec me ad alterius cuiuſpiam quã tuum ipſius arbitratum remittas. Quæcunque vel bona vel mala poſthac mihi obtigerint, tibi vni accepta referam. Hoc me dignere fauore, vt quæ velis, à te vel per literulam, vel Legatum Gallicum intelligam. Acquieſcere in illis quæ Salopienſis mihi ſignificat non poſſum, quandoquidem indies immutentur. Cum ad tuos Conſiliarios nuperrime ſcripſerim, iuſſiſti vt tibi vni res meas impertirem. (Illis vero tantam authoritatem ad me affligendam detuliſſe haud æquum erat.) Hinc tamen non poſſum non vereri nonnullos ex illis mihi aduerſantes hoc procuraſſe, ne cæteri, poſtquam iuſtiſſimas meas querimonias exaudierint, ſe tam pro ratione tui honoris, quam ſui erga te officij, opponerent. Iam mihi reſtat inprimis efflagitandum, vt alteram vitam cogitans, aliquem reuerẽdum Sacerdotem

* Hunſdoniũ.

M. D. LXXXII. Catholicum habeam, qui me in mea religione ad animæ ſalutem dirigat. Hoc ſupremum officium nec miſellis infimæ conditionis denegandum. Tu exterorum Principum Legatis ſuum religionis cultum permittis, & ego meis ſubditis diuerſæ religionis vltro permiſi. Si hoc mihi negetur, apud Deum me excuſatam iri ſpero, & aduerſarios non impune laturos timeo. Certe exemplo erit aliis Orbis Chriſtiani Principibus, eiuſmodi in ſuos diuerſæ religionis ſeueritatem exercere, ſi hæc exerceatur in me Principem abſolutam & cognatam proximam. Ita enim ſum, atque tibi ita ero dum vixero, velint nolint aduerſarij, & quantumuis ſtomachentur. Familiam augeri non expeto, duas autem famulas, quæ mihi in hac valetudinis imbecillitate ſint vſui, ex quadam neceſſitate peto: nec liceat aduerſariis ſuam in me crudelitatem in tantillo humanitatis officio explere. Quod à Salopienſi ſubaccuſor, me, contra ac Bealo promiſerim, egiſſe cum filio, de meo in Scotia iure in eum transferendo, te inconſulta. Ne Beali ſuggeſtionibus credas velim, nihil niſi ſub certis conditionibus promiſi, quibus non obſtringor, niſi à vobis præſtentur. Iam inde reſponſum accepi nullum, altumque de illis ſubſequutum eſt ſilentium; ſed machinationes in Scotia, in mei, filiiq; exitium non ceſſarunt. Silentium illud tam diuturnum nihil niſi repulſam interpretari potui; quod tibi & Conſiliariis per literas ſignificaui. Quæ Gallus & eius mater mihi impertierunt, ego tibi cãdide impertij, & conſilium exquiſiui; ſed à te ne verbum quidem. Conſilio tuo de rebus meis, & mea de patria, priuſquam quale illud ſit nouerim, me ſubmittere ne cogitaui quidem. Hoc enim extremæ imprudentiæ videretur. Quos triumphos de me & captiuo filio aduerſarij mei in Scotia agunt, non te latet. Ego nihil ibi tentaui quod tibi ſit fraudi, ſed ad ſolidam pacem in illo regno conciliandam, quod mihi non minori ſit curæ quam tuis Conſiliariis; quandoquidem hoc mea, multo magis quam illorum interſit. Filio meo Regis titulum gratificari, & confirmare, & diſcordias conſepelire ex animo percupij. Hoccine eſt filio Diadema detrahere? Verum aduerſarij mei, & mea familia confirmari nolunt. Hoc illi inuident, dum ſuum contra ſe teſtem in pectore gerunt, & male conſcij male ſibi metuunt.

Ne li-

Ne liceat iſtis & aliis meis aduerſariis tibi oculos ita perſtringere, vt te viuente videnteq́; proximis cognatis funus ducant, & vtramq; Coronam ſubruant; eoq; conſilio ſcelera contra me, contra filium meum & forte contra temetipſam concipiunt. Poterit ne tibi bono, vel honori eſſe, vt illorum opera ego, & filius, & nos inter nos tam diu ſecludamur? Te ad innatam lenitatem reuoca, te tibi obliga, Princepsq́; cum ſis, animum ad deponendam omnem offenſionem erga me Principem ſanguine coniunctiſſimam, & tui amantiſſimam placabilitate emollias, vt rebus inter nos compoſitis, placidius ex hac vita emigrem; & afflictiſſimæ animæ meæ gemitus & ſuſpiria ad Deum non penetrent. Cuius numini aſſiduas preces offero, vt hæ iuſtiſſimæ meæ querelæ & luctuoſa lamenta locum apud te iam tandem aliquando inueniant. Sheffeldiæ die VIII. *Nouemb.* MDLXXXII. M. D. LXXXIII.

Subſcripſit.

Voſtre treſdeſolee plus proche

parente & affectionee ſeure Marie R.

M. D. LXXXIII.

HIs literis Elizabetha varie commota (poſtquam Mot-Fenellonum Galli Legatum, vna cum Dauiſono ſuo Legato in Scotiam proficiſci permiſiſſet, obſeruato tempore ex compoſito, vt Lenoxium è Scotia redeuntem ille præter opinionem obuium haberet, & ipſa Lenoxium benigne exceptum leniter de erroribus in rebus Scoticis culpaſſet) ad Scotorum Reginam Robertum Bealum Sacri Conſilij ab Epiſtolis, hominem vehementem & auſtere acerbum miſit, qui de querulis illis literis acrius expoſtularet, iunctimque cum Salopiæ Comite de illa liberanda ageret, quandoquidem iam pridem etiam atque etiam alijs Lenoxius per Angliam redit.

M. D. LXXXIII.

literis rogauerat, vt præſtita Elizabethæ ſecuritate, libertate tandem aliquando frueretur, & cum filio in Scotia adminiſtranda conſociaretur.

De Scota liberanda conſultatur.

His de rebus ſerio in ſacro Angliæ conſiſtorio deliberatur, & pleriſq; placuit, vt his legibus liberaretur. *Si illa & filius ſponderent, ſe nihil molituros, quod Reginæ Elizabethæ aut Regno Angliæ ſit fraudi, ſi illa quæcunq; à Franciſco* II. *Rege Galliæ, marito, contra Elizabetham facta fuerant ſe inuita facta fuiſſe fateretur, eademq; vt iniuſta omnino improbaret, confirmãdo fœdus Edenburgenſe, cæteraſq; iam inde machinationes ingenue renuntiando damnaret. Si obligaret, ſe nihil directe aut indirecte contra regni Angliæ adminiſtrationem in Eccleſiaſticis aut Ciuilibus machinaturam, aut facturam, ſed quouis modo machinaturis, tanquam publicis hoſtibus, obſtituram; ius nullũ in Angliæ regno ſibi Elizabetha ſuperſtite arrogaturam, & poſtea ius ſucceſſionis iudicio Ordinum Angliæ ſubiecturam. Ne præuaricationi ſit locus, & ſe captiuam & coactam in has conditiones deſcendiſſe poſtea cauſaretur, non ſolum ipſa in eas iuraret, ſed etiam curaret vt Ordines Scotiæ eaſdem publica authoritate confirmarent, Rex ipſe iureiurando & ſcripto ratas haberet, obſideſque darentur.* Quod ad conſociationem cum filio in rerum adminiſtratione, non viſum eſt, vt Angliæ Regina ſe interponeret. Hoc ad ipſum Scotorum Regem & Scotiæ Ordines retulerunt. Si vero conſociarentur, vt iunctim cum illis de fœdere ageretur, ſin minus, ſeorſim.

Anglo-Scoti opponunt.

Hæc deliberata fuerunt, sed nullo ſucceſſu, cum Scoti Anglicæ factionis prorſus reijcerent, clamitantes, Scotos nonnullos Anglico nomini hoſtes infeſtiſſimos, Reginæ Scotorum conſilio, è Gallia eſſe reuocatos, & Holtum è Societate Ieſuitica Anglum, ad ineundam rationem Angliam inuadendi in Scotiam ſubmiſſum.

Angli & Galli Scotis ſe inſinuant.

Certabatur iam in Scotia inter Mot-Fenellonum, & Maninguillum, Gallicos, *Bouves*; *Dauiſonumq*; Anglicos Legatos, quis penitius Regis animum in amorem ſuæ nationis inſinuando alliceret, pluresque in ſuas partes ambiendo at-

attraheret, dum vtrinq; conſilia conſilijs tranſuerſis ſolerter exciperent. Rex ſe medium geſſit, nec factionum fluctibus, quos componere ſtuduit, ſe commiſcuit, gnarus vtilia honeſtis temperare, nec interim religioni aut Reipub. deeſſe. Miniſtri autem verbi in Scotia ita contra Gallos zelo quodam excanduerunt, vt quo die Mot-Fenellonus à ciuibus Edenburgenſibus ad conuiuium inuitabatur, illi ieiunium indixerint, & tota die Gallum, Guiſium, & Legatos conuitijs ex ambone lacerarint; parumq; abfuerit, quin omnes conuiuas excommunicauerint. Sicut Miniſtri aperte, ita & Proceres nonnulli Anglorum partiarij tecte Gallicos Legatos perſequi non deſtiterunt, donec primum Mot Fenellonus, & poſtea Maninguillus diſceſſerint, diſcordiæ tamen ſeminibus inter Regis interceptores ſubdole ſparſis. *M. D. LXXXIII.* *Angli per partiarios præualent.*

Statim atq; diſceſſerint, Rex per Guilielmum Stuartum Chiliarcham, & I. Coluilium omne ſtudium Reginæ Angliæ detulit, Conſiliumq; turbas componendi & matrimonium contrahendi quæſiuit. Iam, qui Regem interceperant, Gallicis Legatis à Scotia amotis, magnos animos ſumpſerunt, & mox maiores Lenoxij morte audita. Ille enim, cum apud Gallum inteſtinis malis implicatum parum ſolatij inueniret, & Elizabethæ obſequio ſe occulte applicaret, Lutetiæ obijt, & in mortis articulo, vt antea, Proteſtantium religionem palam profeſſus, eorum malitiam, qui eum vt Papicolam falſo ſuggillarant, confutauit. *Rex Elizabethæ ſe applicat.* *Lenoxius obijt.*

Ex huius morte, dum interceptores, quaſi certi & ſecuri, de Rege in poteſtate retinendo exultarent, ecce illis nec opinantibus quidem, Rex etſi XVIII ætatis annum vix compleſſet, dedignatus, cum Rex eſſet abſolutus, trium Comitum imperio ſubeſſe; vt tempori prudenter antea ceſſerat, ita tempus nactus opportunum, ſe in libertatem vindicauit, & in Caſtrum Andræopolis cum paucis selectis ubduxit. Occaſione arrepta ex rumore, nobiles animis ſn ter ſe infeſtiſſimis, armatas cohortes in eas partes, ad Cō *Rex ſe liberat.*

 uentum

Digitized by Google

M. D. LXXXIII.

uentum quem indixerat, trahere; atq; ex iuſto inde timore, ne inter tumultuantes periculo exponeretur. Et in hãc ſane ſententiam literas ad Elizabetham dedit, quibus etiã promiſit, ſe in amicitia cum ipſa colenda conſtantiſſime permanſurum, & conſilia in rebus conſtituendis amplexurum. Hoc autem ita ex inopinato accidiſſe, vt illam nullo modo conſulere potuerit. Poſtea nonnullos, à quibus interceptus erat, bonis verbis & benigno vultu, ad turbas vitandas, ex Aula ſecedere monuit, veniamque, ſi modo rogarent, promiſit. Solus autem Gourius rogauit, & ſe ſubmiſit, diſtinctiuncula vſus ſe non *materia*, ſed *forma* peccaſſe. Deinde Arranium ad Aulam reuocauit, & inter intimos habuit; operamq; ad amicitiam inter nobiles componendam, & regnum domumque inteſtinis diſcordijs purgandam diligenter adhibuit.

Cum interceptoribus leniter agit.

Suos in Aulam reuocat.

VValſinghamus in Scotiam venit.

Dum his curis ille aſſiduus, interuenit Franciſcus Walſinghamus, à Regina Angliæ miſſus ex amore ſolicito, ne vtriuſq; regni damno ab Anglorum amicitia maleſanis conſilijs, in ipſo ætatis flexu, auerteretur. Ille Regem flore nobilitatis ſtipatum, & aliam, quam putarat, rerum faciem in Scotia inuenit. Admiſſus, eadem quæ Regina literis prius ex Iſocrate paucis monuerat (ſcilicet *Imperantis eſſe ita veritatem colere, vt plus fidei eius affirmationi, quam aliorum deierationi habeatur*) vtq; à malis conſultoribus prouide caueret, & ſibi conſtaret, pluribus admonuit. Rex cordate reſpondit. *Quod ſi alias ſcripſerit quam ſenſerit; inuitum, recuſantem, & à coactoribus impulſum ſcripſiſſe. Se liberum Principem in has anguſtias non redigendum, vt alij ſibi Conſiliarios quos nolit imponant; Nihil feciſſe, niſi quod ſibi honori & ſecuritati.* Amicitiæ ſuæ primitias chariſſimæ ſorori Reginæ Angliæ *pridem vouiſſe, iam libens merito offerre; & vberiores amicitiæ fructus proferre poſſe, cum omnes proceres ſibi paruerint, quam cum ipſe vni & alteri pareret, & quaſi precario imperaret.*

Cui Rex libere reſpondet.

VValſinghami monita.

Egit deinceps cum eo Walſinghamus, vt quæ modo in Scotia acciderant, Elizabethæ non imputaret, oſtendit

quam

Digitized by Google

quam ſalutaris ei,& vtrique Regno amicitia hactenus fuerit,& in poſterum futura ſit, modo non negligatur; & quæ ſolide firmaretur, ſi lites inter Scotię proceres *Amneſtia* quadam, ex authoritate Parlamentaria, obliterentur, nobiles ab Aula amoti in gratiã reciperentur, religio ſarta tecta conſeruaretur, & firmum deinde fœdus inter Regna ſanciretur. Nec deerat VValſinghamo pecunia inter Regis adminiſtros, vt hæc efficerent, diſtribuenda. Rex modeſte, *ſe amicitiam cum Anglia amplexurum, in nullo erga Reginam officio defuturum, & religionem receptam conſtãtiſſime defenſurum, reſpondit.* VValſinghamum deinde, etſi ſibi matrique iniquiorem eſſe putaret, benigne dimiſit, rebuſque ſuis ſupra ætatem prouide intentus, magna cum clementiæ laude veniale reſcriptum propoſuit ſingulis, qui interceperant, ſi intra tempus præſcriptum veniam expoſcerent. Verum tantum aberat vt expoſcerent, vt occulta conſilia de eodem denuo intercipiendo inirent. Hinc intra ſtatum tempus regno excedere iuſſi, è quibus Marrius, Glamius, Cõmendatarij, Driburgius, Paſſletenſis, & alij in Hiberniam; Boidius, Zeſter-VVemius, Lochelvinius in Belgium, Dunfermelinius in Galliam ſe contulerunt. Anguſius intra limites præſcriptos in Anguſia ſe continere iubetur. Solus Gourius noua parturiens, vltra pfixum tẽpus, ſuo, vt dicemus, exitio ſubſtitit.

M. D. LXXXIII.

Interceptoribus veniam offert.

Recuſantibus regno exire imperat.

Ita qui Lenoxium inuitum expulerunt, anno vertente, ipſi inuiti è Scotia expulſi. Rex, vt Lenoxium viuentem amore, ita mortuum grata memoria proſequutus, famam eius à maleuolis obfuſcatam, libellis famoſis ſuppreſſis, in integrum reſtituit, liberos è Gallia euocauit, Lodouicum filium in paterno honore ſucceſſorem conſtituit; filiaſque ſuo tempore Huntleio, & Marrio matrimonio elocauit. Vtque ſe Regem oſtenderet, Regiamque authoritatem tempeſtiue exerceret, cum coniurati iſti in Conuentu, ipſorum authoritate conuocato, hanc Regis interceptionem iuſtam fuiſſe decreuiſſent, & in acta publica retuliſſent; ille contra eandem proditoriam fuiſſe frequenti Ordinum conuentu

Lenoxio famam reſtituit & liberos in Scotiam vocat.

Digitized by Google

M. D. LXXXIII

declarauit. Etſi Miniſtri, quaſi ſupremi in Regno Iudices, inSynodo ſua authoritate, conuocata, iuſtiſſimam eſſe pronunciarent, & non approbantes, excommunicandos cenſerent.

Miniſtri Regis authoritati ſe opponũt.

His diebus, quod obliuione minime tegendum, bello inter Moſcum & Suecum ſub Climate Arctoo exardente Ioannes Rex Suecorum tanti Imperatoris potentiæ impar, Ericum Wiſimbrugenſem cognatum ſuum, Andræam Richeum Conſiliarium; & Raſchium Secretarium inſigni Legatione ad ELIZABETHAM miſit, & per literas rogauit, vt per Legatum de pace cum Moſco intercederet. Quod quidem nulla mora interpoſita, præſtitit; & Moſcum ad pacem æquis conditionibus induxit. Ille enim de fœdere, cuius ſubinde memini, cum Regina, perfugioque in Anglia, ſi quid aduerſi ſibi acciderit, iam denuo egit, & vxorem ex ANGLIA ſibi ambiuit. His de rebus *Hieronymus Bovves*, ex ordine Equeſtri, Legatus miſſus, ægre ſatisfacere poterat, cum Moſcus fœdus abſolutum ſuis ipſius verbis deſcriptũ importunius exigeret, atque audire nollet. Chriſtiani non eſſe, nec iure gentium licere indictas inimicitias exercere, & bellum gerere, priuſquam ille à quo iniuria ſit orta, moneatur illatam iniuriam reſarcire, & ab iniuria abſiſtere. In vxorem Regina A. ſororem Comitis Huntingdoniæ deſtinauit, ſed cum certo comperiſſet, illi licitum eſſe ex patrijs legibus vxores pro arbitrio repudiare, excuſauit per virginis inualetudinem, parentis amorem, quæ filiæ abſentiam in diſiunctiſſima Regione ferre non poterat, quodque ſibi nulla eſſet poteſtas ſubditorum filias in matrimonium elocandi, niſi cum parentum conſenſu. Nihilominus Legatus effecit, vt Mercatorum priuilegia conſtabilire annuerit, ſed mors eius anno inſequente interuenit, ſimulque res Anglorum in Ruſſia paulatim conuerſæ, & Legatus remiſſus non ſine vitæ periculo redijt, cum laude à REGINA exceptus, priuſque (ſi rem tantillam hiſtorico bona cum venia memorare liceat) *Machlin* animal, non prius in Anglia viſum,

Elizabetha pacem Sueco à Moſco impetrat.
Moſcus vxorem ex Anglia & fœdus abſolutum petit.
Hieron. Bovves ad eum legatus.
Moſcus moritur.
Machlu animal.

ſum, alci ſimile, ſed nullo propaginum flexu, velociſſimum; damaſque nonnullas mirandæ velocitatis, quę iugatæ, hominem in traha ſedentem, concitato impetu trahebant, in Angliam intulit.

M. D. LXXX III.

Theodorus Moſcus Anglorum Monopolium in Ruſſia improbat.

Succeſſit (vt Moſcouitica coniungam) in vaſto illo Imperio Theodorus Ioannides, Ioannis Baſilidis filius Princeps ingenio tardiori, qui tamen recta conſulentibus parere nouit. Ille omnibus omnium gentium mercatoribus liberum in Ruſſiam aditum aperuit, ſæpiuſque à Regina interpellatus, vt priuilegia à patre Moſcouiticæ Anglorum ſocietati conceſſa confirmaret, Scilicet vt nulli præter Anglos ex illa ſocietate ad Septentrionalia Ruſſiæ littora appellerent, & Mercaturam exercerent, idque ſine vectigalibus, quandoquidem primi viam per mare aperuiſſent; ille ſubinde rogauit, vt omnib. Anglis per illam liceret in Ruſſia mercaturam facere: Iniquum enim eſſe alios permittere, alios inhibere. Principibus ius æquabile inter ciues conſeruandum, & commercium, quod iure gentium omnibus commune eſſe debet, non in Monopolium & priuatum pauculorum quæſtum conuertendum. Quod ad vectigalia, promiſit ſe altera parte minora à ſocietate illa, quam à cæteris exacturum, quandoquidem primi viam per mare aperuerint; In cæteris, priuilegia priora confirmauit, & paucula adiecit in Reginæ gratiam, non aliquo ſocietatis, vt dixit merito, è qua multos mala fide cum ſuis egiſſe deprehenderat. Nec aliud reſponſum retulit Ægidius Fletcherus Legum Doctor, hoc nomine poſtea Legatus qui de Politeia ſiue Tyrannide Ruſſica libellum, in quo plurima obſeruanda, edidit; ſed qui mox interdictus, ne offenſam Principi amico crearet.

Albertus Alaſco Polonus in Angliam venit.

E Polonia Ruſſiæ vicina hac æſtate venit in Angliam, vt REGINAM inuiſeret, Albertus *Alaſco*, Palatinus Siradienſis, vir eruditus, corporis lineamentis, barba promiſſiſſima, veſtitu decoro & peruenuſto, qui perbenigne ab ipſa, nobilibuſque magno honore & lautitijs, & ab Academia

Oxo-

M. D. LXXXIII Oxonienſi eruditis oblectationibus, atque varijs ſpectaculis exceptus, poſt quatuor menſes ære alieno oppreſſus clã receſſit.

Terræmotus. Non minus oſtentum in Comitatu Dorſettenſi hoc anno viſum, quam MDLXXI. in Herefordenſi. Ager enim trium iugerum in *Blackmore*, cum arboribus & ſepimentis è ſuo loco emotus, ſuper alium tranſgreſſus eſt, hiatu ingenti relicto, & via publica, qua ad *Cernam* itur, intercluſa. An hoc factum ex eiuſmodi ſubterraneo turbine, quo Seneca Deorum capita in Iouis lectiſternio in contrarias partes cõuerſa fuiſſe prodidit; an ex multo humore, fontib. vberius ſcaturientibus, cum ager ille in decliui fuerit poſitus, alij inueſtigarint.

Obitus Comitis Suſſexiæ. Vltimus fuit hic annus Thomæ Rateliffo tertio ex hac familia Suſſexiæ Comiti, viro eximia animi & conſilij magnitudine, fide erga patriam ſingulari, magno generis ſplẽdore, vtiq; cui mater, filia Ducis Norfolciæ, auia filia Henrici Ducis Buckinghamiæ Conſtabularij ANGLIÆ. Qui ſummis decurſis honoribus, Legatus à MARIA REGINA ad CAROLVM Quintum Auguſtum, de connubio cum Principe Philippo contrahendo, in Germaniam miſſus, poſtea in Hiſpaniam ad Philippum, de eiuſdem pactis ratihabendis, & ad Maximilianum Auguſtum, de nuptijs Elizabethæ cum Carolo Auſtriacò; Hiberniæ *Locumtenens*, Præſes Prouinciarum Septentrionalium Angliæ, Camerarius regius, *Protoforeſtarius* Angliæ vltra Trentam flumen, clarus victorijs contra Hebridianos, & Scotos, qui limites infeſtarunt. diuturno morbo conflictatus, Londini ſine prole obijt, etſi duas vxores duxerit, Elizabetham Wriotheslam, & Franciſcam Sidnelam; fratremq; Henricum habuit ſucceſſorem.

Fato etiam functus eſt Henricus Wriotesleius, Comes Southamptoniæ, Romanæ religioni, & Scotorum Reginę, ſi quis alius, deuotus, quod & Principis indignatione & carcere luit. Ille filius erat Thomæ Wriothesleij, (quem ob

Digitized by Google

ob ſpectatam virtutem Henricus Octauus ad dignitatem Baronis *VVriothesley de Tichfield*, Ordinem Periſcelidis, ſummam Cancellarij Angliæ amplitudinem prouexit; & inter ſupremi teſtamenti curatores cõſtituit: Edwarduſq; Sextus ad honorem Comitis Southamptoniæ extulit.) Reliquit vero ex vxore, filia Anthonij Vicecomitis *Montis-acuti*, Henricum filium vnicum ſucceſſorem, & filiam Thomæ Baroni Arundello *de Wardour* enuptam.

M. D. LXXXIII

Iiſdem fere diebus Oceano abſorptus eſt Humfredus Gilbertus, Eques auratus, vir acer & alacer, belli paciſq; artibus clarus, in reditu ex parte Boreali Americæ, quã *New-found-land* dicimus, quo paulo ante, patrimonio diuendito, ſpe Coloniam collocandi, cum quinq; nauibus nauigarat. Verum poſtquam regionem illam Anglici iuris eſſe voce præconis publicaſſet (Sebaſtianus enim Cabota auſpicijs Henrici VII. anno 1497. primus aperuerat) & terras ſocijs viritim aſſignaſſet; naufragijs & rerum defectu afflictus, incœpto deſiſtere coactus, ſero didicit, & alios doceat maioris eſſe difficultatis, Colonias priuatorum opibus in diſiunctas regiones deducere, quam ipſe, & alij credulo errore, & ſuo damno ſibi perſuaſerunt.

Humfredus Gilbertus demerſus.

Coloniæ in regiones remotas à priuatis ægre deducuntur.

Expirauit quoq; ſub id tempus Edmundus Grindallus, Archiepiſcopus Cantuarienſis, Metropolitanus, & totius Angliæ Primas, cæcus & ſexagenario maior. Vir pius & grauis, qui ex exilio ſub Maria reuerſus, primum Londinenſis Epiſcopus, poſtea Eboracenſis Archiepiſcopus, & tandem Cantuarienſis, ſumma apud Reginam gratia diu floruit, donec ſubdolis artibus omnino excidit, quaſi turbulentorum Miniſtrorum conuenticulis, & *Prophetijs* [quas vocarunt] fauiſſet, reuera quod Iulij medici Itali illicitas cum alterius vxore nuptias, Leiceſtrio fruſtra obnitente, damnaſſet. Opes quas parauit tenues, ad Scholam apud †*S. Begæ* in Cumberlandia, vbi natus, fundandam, & bonas literas in vtraq; Academia promouendas contulit. Eiuſq; curæ [ſi rem tantillam memorare liceat) *Tamaricem* Angli debent, quam

Grindalli Archiepiſcopi Cantuarienſis mors.

† *S. Bees.*

Tamaricum in Angliam primum tranſlatum.

M. D. LXXXIII quam induratam lienis paſſionem eximie iuuare expertus, primus in Angliam tranſtulit.

I. VVhitgiftus Archiepiſcopus. Cantuarienſis.

Succeſſit Ioannes Whitgiftus, à Sede Wigornieſi träſlatus, vir optimus & eruditiſſimus, qui & iuſtitia in Walliæ Propræfectura, & doctrina in Eccleſiaſtica Angliæ politeia propugnanda, ſingularem laudem conſequutus; quam fortitudine, prudentia, & patientia indies adauxit. Huic Regina, (quæ vt in Politicis, ita & in legibus Eccleſiaſticis nihil vnquam laxandum cenſuit) mandauit, vt ante omnia diſciplinam Eccleſiæ Anglicanæ & vniformitatem in ſacris authoritate Parlamentaria ſancitam reſtauraret, quæ Præſulum conniuentia, nouatorum peruicacia, & nobilium quorundam potentia, luxata iacuit, dum quidam è Miniſtris regiam in Eccleſiaſticis authoritatem tecte impugnarent, Sacramentorum adminiſtrationem à verbi prædicatione ſeiungerent, nouos ritus pro arbitrio in priuatis ædibus vſurparent, Liturgiam, Sacramentorum adminiſtrationem conſtitutam, vt ſacris literis in quibuſdam contraria; & Epiſcoporum vocationẽ, omnino damnarent; ideoq; templa adire recuſarent, & plane ſchiſma facerent, Pontificiis plaudentibus, multoſq; in ſuas partes pertrahẽtibus, quaſi nulla eſſet in Eccleſia Anglicana vnitas. Ad hæc tollenda, & vnitatem reducendam, ille hos articulos à Miniſtris ſubſcribendos propoſuit. Primum, *Reginam ſummam & ſupremam poteſtatem, in omnes intra ſua regna natos; cuiuſcunq; ſunt conditionis, habere, nec alium quempiam Principem exterum aut Præſulem, vllam poteſtatem Ciuilem aut Eccleſiaſticam in eiuſdem regnis aut Dominiis habere, aut habere debere.*

Vnitatem in Eccleſiam Angl. inducere conatur.

Secundum, *Librum precum publicarum, & alterum, de Epiſcopis, & Sacerdotibus ordinandis, nihil verbo Dei contrarium continere, ſed poſſe legitime vſurpari; quodq; illa, & non alia, vel precum, vel Sacramentorum adminiſtrandi formula vterentur.* Tertium, *Articulos Synodi Londinenſis 1562. Regia authoritate publicatos approbarent, & eoſdem verbo Dei conſonos crederẽt.* Incredibile eſt quantum hinc controuerſiarum, & diſputationum

tationum exortum, quantum ille odium, quantum conuitiorum à Miniſtris factioſis, & quantum moleſtiarum, imo & iniuriarum, à nobilibus qui promouẽdo minus idoneos in Eccleſia, rem fecerunt; aut in Eccleſiæ bona ſpem extenderant, pertulerit. Conſtantia tamen, fortitudine, & patientia tandem euicit, & Eccleſiæ pacem reſtituit, vt non temere pro Symbolo vſurpaſſe videretur. *Vincit qui patitur.* M. D. LXXXIII

Nec hi ſolum domi Eccleſiam exagitarunt, ſed etiam foras qui ex his prodierunt, Robertus Brownus Cantabrigenſis in Theologia tyro, à quo noui ſectarij *Browniſtæ* dicti, & Richardus Harriſonus è triuio pædagogus. Hi enim ex ſuo ſpiritu de re religionis iudicare auſi, libris hac tempeſtate in Zelandia editis, & per Angliam diſperſis, Eccleſiam Anglicanam quaſi nullam damnarunt, multoſq; noui ſchiſmatis laqueis irretierunt; quamuis eorum libri Regia authoritate prohibiti, & ab eruditis neruoſe confutati, vnuſque & alter è ſectariis ad *S. Edmundi*, extremo ſupplicio affecti. *Browniſtæ Schiſmatici.*

Ex altera parte Pontificiorum quorundam contra Reginam & Principes excommunicatos libelli, nonnullos Papalis potentiæ admiratores ab obſequio abſtraxerunt, & inter alios, Someruillum nobilem ita dementarunt, vt iter clam ad Regiam arriperet, & nihil niſi ſanguinem contra Proteſtantes ſpirans, vnum & alterum in via ſtricto gladio furenter aggrederetur. Apprehenſus, profeſſus eſt, ſe Reginam ſua manu occiſurum. Vnde ille, & ex illius indicio, Edvvardus Ardernus ſocer, vir antiquiſſimæ in agro VVarvvicenſi nobilitatis, Arderni vxor, eorum filia Someruilla, & Hallus Sacerdos, in iudicium rapti & damnati quaſi conſcij. Poſt triduum Someruillus in carcere ſtrangulatus reperitur, Ardernus damnatus poſtridie ad patibulum ſuſpenditur & membratim diſſecatur; mulieribus & Sacerdoti parcitur. Triſtis hic exitus nobilis viri, qui Sacerdotis inſidiis illectus, & eiuſdem teſtimonio perculſus, Leiceſtrij inuidiæ *Someruillus ſe ſtrangulat Ardernus ſuſpenditur.*

M. D. LXXXIII

inuidiæ vulgo vertebatur. Certum enim eſt, illum Leiceſtrij inuidiam, nec immerito, incurriſſe, cui in omnibus, quibus poterat, ſe temere obiecerat, quaſi adultero obtrectauerat, & vt homini nouo detraxerat.

Angli Aloſtum Hiſpano produnt.

Hæc domi; foras vero poſtremo huius anni menſe, Angli, qui in præſidio erant, Aloſti Flandriæ oppido, neglecti, ſtipendijs non ſolutis, nec re annonaria ſubminiſtrata, in eas anguſtias redacti erant, vt Pigottus, qui præfuit, & cæteri Centuriones, fide violata, oppidum pacta pecunia Hiſpanis prodiderint; & infamiam apud ſuos veriti, ſe Parmenſi coniunxerint; à quo tamē, cum nullam fidem inuenerint, ſenſim diffugerunt. Singuli autem proditionis authores infœlicem exitum ſortiti, Pigottus in Hiſpaniã ſpe præmij profectus, irriſus, in Belgium reuerſus à ſuis captus, & in Angliam remiſſus, in carcere miſer expirauit; Daltonus ex proditore factus pirata, ſuſpendio in Anglia, & Vincentius in Brabantia ſublati, Taylorus à Comite Weſtmorlandiæ transfoſſus, & Walshus mille miſeriis iactatus in Gallia occiſus. Ita proditores vltor à tergo Deus inſequitur. Quod exemplis illuſtrioribus Hibernia hoc anno vidit.

Proditorum infælix exitus.

Deſmoniæ Comes trucidatur.

Famoſus enim ille rebellis & patriæ Proditor, Giraldus *Fitz-Girald*, ſiue *Giraldides*, vndecimus ex hac familia Deſmoniæ Comes, cum ſuis ferro & fame abſumptis [qui barbare vouerant, ſe prius Deum eiuraturos, quam illum deſerturos] cum incertis latibulis victores Anglos toto fere biennio fruſtratus eſſet, nunc à gregario milite in caſulã deprehenſus & ignotus, donec abſciſſo fere brachio ſe prodidiſſet, multis vulneribus confoſſus trucidatur. Caput in Angliam tranſmiſſum, & palo ad pontem Londinenſem affixum.

Hunc vitæ finem habuit vir in Hibernia præpotēs, qui genus à Mauritio filio *Giraldi à Windeſora* Anglo, inter primos Hiberniæ expugnatores, anno M. D. LXX. celeberrimo deduxit, Latifundia, imo prouincias integras; cū *Kerria* Comitatu Palatino, & plurima Caſtella, Clientelas

magnas,

Digitized by Google

magnas, & ex ſua ipſius ſtirpe & cognomine quingentos plus minus nobiles ad nutum habuit. Quibus omnibus, & vita intra triennium ſpoliatus, paucis è familia relictis, poſtquam fidem in Principem, ſuaſu Sacerdotum quorundam, violaſſet. Inter quos facile primus erat Nicholaus Sanderus Anglus, qui fame eodem fere momento miſerrime periit, cum derelictus, & ex aduerſo rebellionis ſucceſſu mente motus, per ſyluas, ſaltus, & montes errabundus nullũ reperiret ſolatiũ. In eius pera deprehenſæ erant orationes quædã & Epiſtolæ, ad rebelles confirmandos conſcriptæ, amplis à Pontifice Rom. & Hiſpano promiſſis refertæ. Ita diuina iuſtitia (ſi fas iudicare) os illud ad rebelliones concitandas, & calumnias cum mendaciis eructandas ſemper apertũ, fame obſtruxit. Ille enim primus omnium horrendum illud (vt alia taceam) contra matris Elizabethæ natales mendacium conflauit, quod nemo temporibus illis, recenti in eam Pontificiorum odio, nouit, Anglia totis quadraginta poſtea annis non audiuit, temporum ratio falſitatis & vanitatis liquidiſſime conuincit, & ipſe ſui immemor, quod mendacem non oportuit, plane coarguit. Sunt tamen maleſani, qui hoc tam impudenti mendacio chartas fœdare nondum erubeſcunt. *M. D. LXXXIII.* *Nich. Sanderus fame perit.*

Infœlici horum fato Iacobus *Fitz-Euſtace*, id eſt, *Filius Euſtachij*, Vicecomes Baltinglaſius magnæ inter Hiberniæ Proceres exiſtimationis, perterritus, in Hiſpaniam fugit, vbi miſer mœrore contabuit. Qui zelo religionis Romanæ arma in Principem paulo ante cum rebellibus induerat, & obſcura breuitate ad Comitem Ormondium vicinum (qui genus à S. Thoma Cantuarienſis ſorore trahit) vt idem pro religione Rom. faceret, inter alia his verbis falſe hortatus. *Niſi B. Thomas Cantuarienſis pro Eccleſia Romana mortem oppetiiſſet, ne tu quidem Comes Ormondiæ vnquam extitiſſes.* Ad expiandam enim Thomæ cædem ampla in Ormondia prædia eius anteceſſoribus Henricus Secundus olim donauerat. *Baltinglaſius ex Hibernia fugit.*

Digitized by Google

D. M. LXXXIII. *Perottus Hiberniæ Prorex.* Ioannes Perottus ex ordine Equeſtri, qui Momoniæ cum laude præfuerat, Hiberniæ Prorex ſiue *Deputatus* hoc anno conſtitutus, ſimul ac gladium accepiſſet, Ordines Regni ad Parlamentum euocauit, in quo leges nonnullæ ſancitæ, & Deſmonius iampridem cæſus, læſæ Maieſtatis damnatus, & latifundia omnia, tam eius, quam aliorum rebellium in Momonia fiſco addicta. Quæ cum Regina ſatis vili pretio locare conſtituiſſet, vt colonos eo inuitaret, ne agri feraciſſimi inculti iacerent (rebellio enim iſta miſeram vaſtitatẽ intulerat) nõnulli eorum, qui in rebellium poſſeſſiones inquirere iuſſi, & alii qui agros conduxerunt, fideles ſubditos poſſeſſionibus tanta violentia exturbare cœperunt, vt neceſſarium fuerit Reginæ iſtos edicto coercere, ne violenta priuatorum auaritia nouam rebellionis flammam excitaret. *Coloni in Momoniam miſſi.* Qua in re Prorex operam laudabilem nauauit, licet ſubinde ab Anglis inſimulatus, tanquam Hibernicis indulgentior, & Anglis durior. *Perotti res geſta.* Verum ille ius æquabiliter diſtribuendo & Hibernicos æque ac Anglos fouendo, pacem optatiſſimam prouinciæ infudit, & incolarum immaniſſimos, tranquilla poteſtate, legibus ſubiecit, Scotos Hebridianos, qui in Hiberniam ex inſulis irruperant, grauiter exercuit. Donellum *Gormi*, id eſt, *Cæruleum*, & fratrem eius Agnum *Mac-Conell*, qui *Glinnes* regiunculam occuparant & Surleium *Boy*, id eſt, *Flauum*, eorum patruum, qui *Rout* tractum vicinum iuxta inſulam RICNEAM, nunc *Racchlin* inuaſerat, eo adegit: plurimis ex ea familia, fortitudine Merimani Centurionis, occiſis, vt in Reginæ fidem iurarent, & precario quaſdam terras in eo angulo ab ea acciperent, ſub conditionibus, ſolis Regibus Angliæ militandi, nec aliis ſine eorum licentia; aliquot Equites & pedites in expeditiones mittendi, & certum numerum boum & accipitrum in ſingulos annos dependendi. Hæc in Hibernia.

M. D.

Digitized by Google

M. D. LXXXIIII.

M. D. LXXXIIII.

EX Hibernia autem primo vere Scoti quidam domum latenter redierunt, ex pacto cum Gourio, qui de Rege rurſus intercipiendo noua conſilia cum nonnullis ſuſceperat. Hi palam profeſſi ſunt, ſe nihil ſibi propoſuiſſe, quam Dei gloriam, religionis veritatem, Regis, Regni, & amicitiæ cum Anglis ſecuritatem, contra illos, qui Regem ætate nondum firmata malis artibus tranſuerſum egerunt. Rex his auditis, protinus Chiliarchæ Stuarto mandat, vt ante omnia Gourium coniurationis architectum interciperet, qui ſimulanter ad Dundeium portum, quaſi Regno abiturus, ſe iam receperat. Ille male ſibi conſcius, ſpreta Regis authoritate, obſtinate reſtitit, ædeſque pugnando defendit, ſed poſt vnam & alteram horam captus, in carcerem abducitur. *Turba in Scotia.* *Comes Gouria capitur.*

Coniurati interim Sterlinium ex improuiſo, irruptione, caſtrumque deditione capiunt, & mox relinquunt, cum Rex præſens in procinctu ſigna extuliſſet, pauciores, quam Gourius promiſerat, conueniſſent, fruſtraque opem ex Anglia expectaſſent. Et dum quiſque trepide ſibi cõſulit, Marrius, Glamius, Anguſius, qui ſe coniunxerãt, & alii in Angliam per auia profugerunt, Reginæ ſupplices, vt fortunam afflictam ſubleuaret, & pro illis apud Regem intercederet, quandoquidem ſuis fortunis, & Regis gratia non alia de cauſa exciderint, quam quod ipſi, Angliæque bono ſtuduerint. Contra, Rex eos de atrocibus apud Reginam accuſauit, & ex fœdere ſibi in manus tradi poſtulauit. Sed erant in Aula, qui Reginæ perſuaſerũt, homines eſſe Regi obſequẽtiſſimos, eiuſq; ſalutis perquam ſtudioſos, quandoquidem in Regem dum in poteſtate haberent, nihil tentarint. Legem autem illam, de rebellibus reddẽdis, in fœderibus expreſſam, iampridem inter Principes exoleuiſſe. Hi etiam *Coniurati diſſipantur.* *Elizabetha aliquos ſubleuat.* *Rex ex fœdere repetit.* *Sed fruſtra.*

Digitized by Google

M. D. LXXXIV. Regi Scotorum perſuadere conantur, vt cum tot tantiſque viris mitius ageret, ne deſperatione in peiora deturbarentur. Terrorem & violentiam infirma & infœlicia eſſe poteſtatis vincula, triſtibus ex hiſtoria Scotica exemplis repetitis, ipſiuſque matre & Franciſco marito laudatis, quod ciuili bello Gallico exoriente, iniurias & offenſiones potentum conniuenter præterierint.

VValſinghamus fauet. Cum Walſinghamus, qui profugis impenſe fauit, literis datis iuſſerit, vt in * Lindisfarnenſem ſiue *Sacram Inſulam* in ſecuritatem admitterentur, Hunſdonius, quo non alter Regi Scotorum amicior, ſe oppoſuit. Nec locum munitum Scotis, qui hoſtes eſſe poſſent aperiendum, nec Secretario in hoc faciendum, niſi Regina ſuis literis expreſſe imperauerit, cenſuit; cum loci iuriſdictio ad ipſum Orientalis limitis Præfectum iure ſpectaret. Hinc altercatio, an Secretarius ex ſua authoritate non poſſet Principis negotia in ſingulis locis, ſine ſpeciali Principis mandato, & locorum Præfectis inconſultis, dirigere & exequi. Quid determinatum non comperi, certe illi in inſulam non admiſſi. Viſum tamen aliquo fauore proſequi, vt aduerſæ in Scotia factioni opponerentur, cum Verbi miniſtri paſſim rumores ſpargerent, Regem iamiam à religione defecturum, nec alio probabili argumento, (etiamſi plura finxerint) quam quod filiali amore in matrem totus propenderet, & eos quos matri addictiſſimos nouit, in intimam amicitiam admitteret.

* *Holy Iland*

Hunſdonius aduerſatur.

De Secretarii authoritate diſceptatur.

Gourius reus ſiſtitur. Gourius interea *Parium* iudicio Sterlinii ſiſtitur. Accuſationis hæc erant capita. Quod cum Rex eum ad ſummos honores, opes, & munia extuliſſet, & in loco cognati habuiſſet, nouam in Regem, quem antea in ſuis ædibus captiuum detinuerat, coniurationem iniiſſet. Quod nocturna conſilia cũ famulis Anguſii, de Pertho & Sterlinio occupãdo, contuliſſet, Regiæ authoritati apud Dundeium vi & armis reſtitiſſet, coniurationem in Regis matriſq; perniciem reticuiſſet, poſtremo *Maclenam* ſagam conſuluiſſet. Ille innocen-

Digitized by Google

innocentiam & ſincerum in Regem animum profeſſus, beneficia agnouit, Arranium Comitem, vt aduerſarium & virum ſanguinarium, aſperius perſtrinxit, conqueſtus eius artibus, cum iam diſceſſurus, apprehenſum eſſe; & vitæ veniæq; ſpe propoſita, in fraudem illectum, vt obiecta confiteretur, quæ ex æquitate obijci non debeant, cũ dolo malo fuiſſent extorta. Se ideo reſtitiſſe dixit, quod codicillos de apprehenſione, Arranij manu conſcriptos, minoris momenti putarit, quam literas quas habuit *protectionis*, ſub magno Regis Sigillo. Coniurationem in regem matremq; tãtiſper reticuiſſe, non tam crimini vertendum, quam laudi, eandem aperuiſſe. Poſtremo Magos & Sagas ex animo odiſſe proteſtatus, palam dixit, ſi qui ſint, ſe credere eos in Principum Aulis plerumq; verſari. *Pares* vero poſtquam rite iuraſſent, ſe non fuiſſe authores Regio Aduocato vt accuſaret, reum læſæ Maieſtatis pronunciarunt, veſperiq; capite obtruncatur, quod à ſuis corpori mox adſutum ſepulturæ traditur. M. D. LXXXIV. *Obtrũcatur.*

Quo tempore Scoti hæc contra ſuum Regem pro Elizabetha (vt præ ſe ferebant) tam aduerſo fato ſuſceperunt, eodem Angli nonnulli non minora, nec meliori quidem ſucceſſu, contra ſuam Reginam pro Scotorum Regina moliti ſunt. E quibus primus erat Franciſcus Throcmortonus, filius natu maximus Ioannis Throcmortoni *Iuſtitiarii Ceſtriæ*, qui non ita pridem Leiceſtrij artibus de gradu deiectus, & mulctatus, eo quod (ſi in his Iuriſperitorum non me fallo) *Finem*, ſiue tranſactionem iudicialem, ex Authentico ſiue *Originali* carie corrupto deſcriptam, in quibuſdam ſuppleſſet, & non cum omnibus in eodem lacunis exhibuiſſet. Franciſcus ille in ſuſpicioné inciderat, ex literis ad Scotorum Reginam interceptis. Simul ac ille in cuſtodiam datus, quædam fateri cœperat, Th. Baro Pagettus, & Carolus Arundellus aulicus ſolum clam verterunt, & in Galliam ſe ſubduxerunt, qui cum alijs Romanæ religioni deuotis grauiter ingemiſcentes, inter ſe conquerebã- *Fr. Throcmortoni proditio.* *Baro Pagettus in Galliã ſe ſubducit.*

Digitized by Google

M. D. LXXXII.

Catholicorũ querela. tur, Reginam malis Leiceſtrij & Walſinghamij artibus ab ipſis immerito abalienari, ſe contumelijs & ignominijs indignis affici, ſingularia fraudis genera excogitari, tendiculas occultas poni, vt laqueis læſæ Maieſtatis, velint nolint, improuidi irretirentur, nec domi ſpem ſalutis ſupereſſe vl-*Emiſſarij ſubornati.* lam. Et certe ad explorandos hominum animos ſubdolæ artes fuere adhibitæ, literæ ementitæ ſub Reginæ Scotorum & profugorum nominibus clam ſubmiſſæ, & in Pontificiorum ædibus relictæ, emiſſarij vbiq; ad colligẽdos rumores & verba captanda diſperſi, vana deferentes admiſſi, plures in ſuſpitionem vocati, & inter eos Henricus Comes *Multi ſuſpecti.* Northũbriæ, & filius eius, Philippus Comes Arundelliæ domi ſe continere iuſſus, eius vxor, Th. Shirleio in cuſtodiam data, Guilielmus Hovvardus Comitis frater, & Henricus Hovvardus eorum patruus, Ducis Norfolciæ frater, de literis à Regina Scotorum, à Carolo Pagetto, & de *Mopo* quodam, tunc ignoto, ſæpiſſime examinatus, cui vix præſidio erat innocentia prudens. Nec huiuſmodi quidẽ artes, *Pontificiorum in Reginam malitia.* & prona credulitas vana cenſenda, cum de Principis ſalute timeatur. Nefanda ſane Pontificiorum in Reginam iã proruperat malitia, libris enim editis exhortati ſunt Reginæ famulas, idem in Reginam committere, quod Iuditha in Holofernem cum laude fecerat. Author nõ deprehenſus, ſuſpicio incidit in Gregorium Martinum Oxonienſem, virum Græce, Latineq; perquam eruditum, de Cartero librariolo, qui imprimendos curauit, ſupplicium ſumptum.

Reginæ in eos clemẽtia. Cumq; iſti Reginam vt crudelem paſſim traducerẽt, illa, quæ proſperam ſui memoriam relinquere inprimis ſtuduit, cognitoribus in Pontificiorum cauſis, vt efferate immanibus, & honori ſuo iniurioſis, indignanter ſuccenſuit, Vſq; adeo, vt illis viſum fuerit neceſſarium, ſe ſcripto diuulgato excuſare. Quo proteſtati ſunt, *mitius cũ Sacerdotibus, quam pro meritis, actum fuiſſe, nullam de religione quæſtionem factam, ſed tantummodo de pernicioſis in patriam & Principem machinationibus, ex vehementi ſuſpicione, argumentiſque & indiciis*

Digitized by Google

diciis probabilibus. Campianum nunquam ita tortum fuiſſe, quin protinus ambulare, & confeſſionibus ſubſcribere valuerit; Brianto vero peruicaciter detrectanti dicere aut ſcribere, quiſnam arcana apud eum deprehenſa ſcripſerit, cibum negatum fuiſſe donec ſcripto peteret. At hæc Reginæ minime ſatisfecerunt, quæ cognitores tormentis & Iudices ſupplicijs abſtinere iuſſit; & non ita poſt ſeptuaginta Sacerdotes, quorum aliqui capite damnati, & ſinguli legum periculis illaqueati, ex Anglia deportari mandauit. Inter quos præcipui nominis erāt Gaſpar Heyvvoodus, inſignis illius Epigrammatarij filius, qui primus Ieſuitarum Angliam ingreſſus, Iacobus Boſgrauius etiam è Societate Ieſu, Ioannes Hartus præ cæteris doctiſſimus, & Edvvardus Rishtonus ille, qui impie ingratus in Principem, cui vitam debuit, publicatis ſcriptis malitiæ virus illico euomuit.

M. D. LXXXIV.

Sacerdotes relegati.

Baronem Pagettum, & Arundellum in Gallia appulſos ſedulo obſeruauit Edvv. Staffordus, Reginæ apud Gallum Legatus, quæ tamen moliebantur rimari non poterat. Egit ille nihilominus cum Gallo, vt illi, Morganus, & alij Angli, in Principem & patriam machinantes è Gallia ſubmouerentur. Reſponſum autem tulit, *Si quid in Gallia machinarentur, Regem ex iure in illos animaduerſurum, ſin in Anglia quid machinati fuerint, Regem non poſſe de iiſdē cognoſcere, & ex iure agere. Omnia regna profugis eſſe libera, Regum intereſſe, vt ſui quiſq; regni libertates tueatur, imo Elizabethā non ita pridem in ſuum regnum Montgomerium, Principem Cōdæum & alios è gente Gallica admiſiſſe, & hoc ipſo tempore Segurium, Nauarri Legatū, nouis rebus in Gallū ſtudentem, in Anglia hærere.*

Profugi à Gallo repetiti.

Gallus profugos ſubmouere recuſat.

Dum hæc aguntur, Bernardinus Mendoza, Hiſpani in Anglia Legatus, latenter in Galliam traiecit, fremens furensq;, quaſi violato Legati iure ex Anglia exturbatus fuerit, cum ipſe homo violento & turbido ingenio, ſacroſancto legationis iure ad proditionem abuſus, antiqua ſeueritate igni & ferro (vt multis viſum) perſequendus, è regno excedere iuberetur. Intermiſcuit enim ſe ſceleratis machi-

Legatus Hiſpanicus ex Anglia dimiſſus.

Digitized by Google

M. D. LXXXIV. nationibus cum Throcmortono, & aliis ad exteros in Angliam inducendos, & Reginam deturbandam. Illiſq; de rebus leniter reprehenſus, tantũ abfuit vt modeſta reſponſione obiecta elueret, vt Reginam & Conſiliarios recriminationibus, de pecunia Genuenſium detenta, ſuppetijs Belgij Ordinibus, Andino, & Antonio Luſitano latis, & Draci deprædationibus, onerauerit. Veruntamẽ ne Hiſpanus non ſcelera Mendozæ vindicari, ſed Legati iura violari exiſtimaret, Guil. Waadus Regio Conſilio ab Epiſtolis miſſus eſt in Hiſpaniam, qui liquido edoceret, quam male legationis munus ille obierit, Simulq; ſignificaret, ne Regina hunc relegando, antiquæ inter regna amicitiæ renuntiare videretur, omnia humanitatis officia eſſe præſtanda, ſi quẽ alium amicitiæ conſeruandæ ſtudioſum legaret, modo eadem ſuo in Hiſpania Legato itidem exhibeantur. Cum autem Hiſpanus Waadum alloquio non dignaretur, ſed ad Conſiliarios reijceret, Ille indigne ferens intrepidus declarauit, more receptiſſimum eſſe, etiam bello flagrante, vt Legati vel ab hoſtibus coram admitterentur. Carolumque v. Auguſtum Hiſpani patrem, coram admiſiſſe fœcialem, qui bellum à Gallo denuntiauit; & Legationis ſuæ mandata Conſiliarijs communicare plane abnuit, Cumq; nulla verſutia Idiacius Hiſpani Secretarius quænam eſſent expiſcari poſſet, à Mendoza in Gallia latitante rem totam tandem accepit. Tunc ille publica perſona depoſita, familiariter Waado ſignificat, ſe indolere, quoſdam eſſe qui vafre amicitiam inter Principes diſſociare, & inimicitias fouere ſatagunt, iniuriam ipſi Regi Catholico, non eius Legatis, Diſpeſio iam antea, & nunc Mendozæ eſſe illatam; nec eſſe cur Mendozam amplius apud Regem accuſet, qui culpam, ſi quam admiſerit, ignominioſa ex Anglia relegatione iam ſatis luit; aut conqueratur ſe non admitti. Regem vero Catholicum nihil niſi par pari retuliſſe, cum Mẽdoza inauditus à Regina fuerit dimiſſus; vtq; illa Mendozam ad Conſiliarios reiecerat, Regem itidem eum ad

VVaadus in Hiſpaniam miſſus & non admiſſus.

Cardina-

Cardinalem Granuellanum reijcere. Cum VVaadus reſponderet plurimum intereſſe inter ipſum, qui Regem Catholicum nunquam offenderat, & Mendozam, qui in Reginam grauiſſime peccauerat, longo tempore accedere inſolenter dedignatus, & Legato indigna patrauerat; admitti tamen non poterat, inauditusque domum rediit. Crimina pleraq; quæ in Mendozam obiecturus erat, è Throcmortoni confeſſione deprompta fuerunt. M. D. LXXXIV.

Etenim cum ille apprehendendus, arculam arcanorum ad Mendozam ſubmiſerat. Reliquis arcũlis excuſſis, inuẽti erant duo Catalogi, in quorum altero nomina portuum Angliæ, qui ad copias exponendas opportuni, altero nomina nobilium, qui paſſim per Angliam Romanam amplexabantur religionem, erant deſcripta. Hos ille vt prolatos vidit, ſuppoſititios eſſe, nec ſibi prius viſos, & in eius perniciẽ ingeſtos clamitauit, etiam cum facta in eculeo quæſtio. Iterum autem eculeo admotus, nõ abnuit ad interrogata quæ ſciret reſpondere. Interrogatus de catalogis illis, & quo cõſilio conſcripti, huiuſmodi hiſtoricam contexuit narrationem. *Se ante paucos annos ad Spadanas aquas profectum, cum Ieneio, & Fr. Engleſeldio conſilia inſtituiſſe, quomodo Anglia per exteros oppugnaretur, & Imperij forma immutaretur; eo cõſilio portuum, & nobilium nomina deſcripſiſſe. Morganum per literas ex Gallia ſibi ſignificaſſe, deliberatum iam eſſe Catholicis Principibus, vt Anglia inuaderetur, Scotorumq; Regina in libertatem vindicaretur auſpiciis Guiſii, cui nihil deerat niſi pecunia, & auxiliaris in Anglia manus. Ad hæc procuranda, Carolum Pagettum ſub ementito Mopi nomine, in Suſſexiam, vbi Guiſius terram conſcendere ſtatuit, ſubmiſſum eſſe. Se rem Mendozæ communicaſſe, portuumq; & nobilium nomina indicaſſe, qui à coniuratis hæc plene iam intellexerat; nec diffitetur, ſe ſuã operã promiſiſſe, ſimulq; monuiſſe Mendozam, quib. cum nobilibus de hac re ille publica perſona tractaret, quod ipſe priuatus ſine periculo non poterat: rationemque cum illo iniiſſe, quomodo primarii aliquot viri Catholici, ſimul ac externæ copiæ appellerent, milites Reginæ nomine conſcriberent,* Trocmortoni confeſſio.

Digitized by Google

M. D. LXXXIV. *qui exteris ſe coniungerent.* Hæc ſponte faſſus eſt. Pro tribunali tamen in Prętorio Londinenſi de his accuſatus, ſingula pręciſe negauit aſſeruitque vana eſſe ipſius commenta, ne eculeo denuo ſubijceretur, Reginamque crudelitatis, quęſitores falſitatis palam accuſauit, effugium ſibi comminiſcens ex temporis interuallo, quod inter crimen admiſſum & iudicium interceſſit. Quandoquidem anno ELIZABETHÆ XIII. quædam crimina læſæ Maieſtatis criminibus accenſebantur; de quibus nemo in iudicium vocaretur, niſi delinquens intra ſex menſes à Crimine admiſſo poſtularetur, & crimen teſtimonio atque iureiurando duorum aut ſpontanea cõfeſſione ſine violentia probaretur. Hoc autem tempus iampridem elapſum, ideoque in iudicium ſe non vocãdum. Iudices autem docuerunt crimina illi obiecta non id genus eſſe, ſed illum antiqua lege læſæ Maieſtatis regnante Edwardo tertio lata teneri; quæ nullam temporis aut probationis circumſcriptionem admittit; & ex ea funeſta in eum pronunciata erat ſententia. Perſuaſus poſtea ad Reginæ miſericordiam confugit, ſcriptoque plenius omnia quodãmodo quæ prius, denuo confeſſus eſt, quæ ſibi parum conſtans ad patibulum iterum inficiari fruſtra cœpit.

Ab ea recedit. *Effugium quærit.* *Damnat⁹ plenius confitetur.* *Moriturus inficiatur.*

Nouus cũ Scota tractatus. Guilielmus Waadus ex Hiſpania reuerſus, ad Scotorum Reginam ſub hoc tempus mittitur, de tractatu inter eam & Gualterum Mildmaium habendo, qui ante biennium propoſitus & interruptus, vt iam dictum. Cui illa quam ſincere de iſto tractatu egerit multis proteſtatur aſſeuerationib. ſimulque ſe, & omnem ſuam operam Reginæ deuouet, & ex ipſa totam dependere ſpondet, ſi modo tanto amore & honore dignaretur: Ad hæc ſancte promittit, modo ille tractatus procedat, ſe interceſſuram, imo effecturam, vt filius Anguſium & cæteros nobiles Scotos in gratiam reciperet, tum vt Roſſenſis & Glaſcuenſis Epiſcopi ſui in Gallia adminiſtri, nihil contra Reginam, aut Regnum Angliæ machinarentur, nec quicquam ipſis iam inde futurum cum Anglis rebellibus, & patria profugis.

Hæc

Digitized by Google

Hæc Elizabetha lætanter audiuit, cumque eodem fere momento Anguſius, Marrius, I. Hamiltonius, & Glamius in Angliam fugiſſent, illa oblata vſa opportunitate, Bealum ad Scotorum Reginam miſit, qui vna cum Salopiæ Comite ſignificaret, ſi in eadem perſiſteret ſententia quam Wado impertierat, Mildmaium mox aduenturum, & de eius libertate tractaturum: deinde cum illa ageret, vt interim apud filium Regem intercederet, de Scotis profugis reſtituendis, eoſque nihil contra Regem cogitaſſe doceret, ſed contra violentos quoſdam Conſiliarios, qui eum prauis conſiliis corrumpunt, denique vt Guiſij conatus quantum poſſet, ex illa inueſtigaret. Illa prudens fœmina reſpondet, *Se percupere vt tractatus ille procederet, idque ab Elizabetha, tanquam à ſorore natu maiore, cui omnem defert honorem, efflagitare. Nihil VVaado niſi conditionibus circumſcriptum propoſuiſſe; nec illum aliter dicturum, quem virum ingenue probum credit. Ad Scotos vero reſtituendos, operam ſuam per quam neceſſariam fore, nec defuturã, ſi quid boni ſibi & filio inde prouenturum certo ſciret; atq; illi ſemet ſupplices Regi ſubmitterent, & obſequerentur; ſin minus, Regina non illis, ſed filio opẽ ferret, vt in ordinem redigerentur.* Præterea non diſſimulat, *Cum valetudinaria eſſet ſeſemet, filiumq; in Guiſii chariſſimi cognati fidẽ commiſiſſe, de eius conatib. nihil omnino intelligere, nec ſi intelligeret, velle aperire, niſi de libertate certa ſecuritas præſtaretur, quandoquidẽ parum prudentis eſſet, amicos certos ſpe incerta deſerere.* Rogauit *vt non inhumanius in ipſam Principẽ liberã ageretur, quam Maria quondã in Elizabetham, tum ſubditam & incarceratam, & Gallus in Nauarrum etiam ſubditum armatum nuper egerint.* Petiit etiam, *vt tractatus ad finem perduceretur, priuſquam aliquis in Scotia ea de re legaretur. Cum, a. Rex Chriſtianiſſimus agnouiſſet, ordinariũ eius Legatum, & Setonum à filio in Galliam tranſmiſſum, tãquam Legatos à Principibus eiuſdem authoritatis, & aſſociatis, eum Reginæ detulit honorem, vt illa hanc ipſius & filii* Aſſociationem *in Scotia publicaret, & ne eidem præiudicaret,* obſecrauit. Hæc audita, ſed illico obiectis terroribus eluſa, eorum opera

M. D. LXXX.V

Propoſitiones ad eam facta

Reſponſa.

Aſſociationem in regno cum filio petit.

qui

Digitized by Google

M. D. LXXXIV. *Terrores tractatum rumpunt.*

qui odia inter infenſas mulieres alere norunt, maxime ex indicio chartarum, quas Chreictonus Scotus è ſocietate Ieſu in Scotiam nauigans, à piratis Belgis interceptus lacerauit. Laceræ autem ſchedulę è naue proiectæ, refl nte vento in nauem forte fortuna reiectæ non ſine miraculo, (vt ipſe Chreictonus dixit) & à VVaado multo labore & ſingulari artificio conglutinatæ, noua Papæ, Hiſpani, & Guiſiorum conſilia de Anglia oppugnanda detexerunt.

Aſſociatio in Anglia inita.

Hinc, & ingruentib. vndiq; periculorum rumoribus, vt prauis ſeditioſorum conſiliis inſidijsq; occurreretur, & Reginæ ſaluti, à qua & regnum & religio dependet, conſuleretur: plurimi, Leiceſtrio authore, ex omni hominum ordine per Angliam, ex communi charitate, dum non illam, ſed de illa timuerunt, ſe *Aſſociatione* quadam mutuis votis, ſubſcriptionibus, & ſigillis obſtrinxerunt, ad eos omnibus viribus ad mortem vſque perſequendos, qui in Reginam aliquid attentauerint.

Scotorum Regina quæ facile intellexit perniciem ſibi hac *Aſſociatione* præſtrui, diuturnæ miſeriæ pertæſa, & grauiora formidans, hæc per Nauum Secretarium Reginæ & Conſiliariis proponit. *Si libertas concederetur, & de ſincero Elizabethæ animo & amore certo conſtaret, ſe velle arctiſſimam cum Regina amicitiam contrahere, eā præ cæteris orbis Chriſtiani Principib. officioſiſſime colere & obſeruare, offenſas omnes obliterare, veram & iuſtiſſimam Angliæ Reginam agnoſcere, nullum ius ad Angliæ coronam, ea ſuperſtite ſibi aſſumere, nihil contra eam directe vel oblique moliri, titulo & Inſignib. Angliæ, quæ iuſſu Franciſci mariti arrogauerat, plane renunciare, nec non Bullæ Pontificiæ de illius abdicatione; imo &* Aſſociationem *illam, ad* REGINÆ *ſecuritatem, & fœdus defenſiuum [ſaluo antiquo illo inter Galliam & Scotiam fœdere]* inire. *Ita tamen, vt nihil fiat Regina viuente, aut mortua, quod fraudi ſit ſibi, filio, & hæredibus in ſucceſſione, priuſquam in conuentu Ordinum Angliæ audiantur. Ad hæc confirmanda, ſe in Anglia ad tempus tanquam obſidem permanſuram, ſin Anglia exire licuerit, obſides daturam. Porro in*

Hinc Propoſitiones à Scota factæ.

Scotia

Digitized by Google

Scotia nihil immutaturam, modo ſibi & familia ſuæ ſuus religionis cultus permittatur, iniurias etiam omnes ſibi in Scotia illatas obliuione deleturam, [*ea tamen lege, vt quæ in eius infamiam ſancita, refigantur*] *Regi Conſiliarios pacis cum Anglia ſtudioſos commendaturam, eidem nobiles profugos, quantum poſſet, reconciliaturam, ſi culpam demiſſe agnouerint, & Regina fidem interpoſuerit, Regi contra illos opem ferre, ſi quando ab obſequio reſilierint. De filij coniugio clam Regina nihil acturam, vtq; filio inconſulto nihil erat factura, ita poſtulat, vt filius in hoc tractatu coniungatur, quo ſolidius confirmetur. Regem Galliæ velle intercedere non dubitat, & fidem vna cum Lotharingicæ familiæ Principibus de pactis præſtandis obligare.* Vt his mature reſpondeatur obſecrat, ne qua interim interueniant incommoda. Poſtremo obteſtatur vt laxiori habeatur cuſtodia, quo Reginæ erga eam amor paulo clarius eluceſcat. *M. D. LXXXIV.*

Ex his, vt multi & officij & honoris, Elizabetha voluptatem magnam capere videbatur; nec aliena tunc putabatur à conſilio illam liberandi, quamuis non defuerint in Anglia, qui nouis terroribus propoſitis deterruerint. Verum rem propemodum explicatam, maxime perturbarunt & impedierunt Scoti aduerſæ factionis, qui clamitarunt, actum eſſe de Elizabethæ ſalute, ſi illa liberaretur, actum de vtroque Regno, ſi illa in conſortium regni cum filio admitteretur, actum de vera religione in Britannia, ſi Romanæ religionis cultus vel intra Aulæ parietes ipſi permitteretur. *Anglo-Scoti aduerſantur.*

Nec hoc contenti, Miniſtri nonnulli in Scotia, è Pulpitis, & per circulos Reginam indigniſſimis calumniis inſectati, ipſi Regi & Conſiliarijs aſperrime obtrectarunt, & coram comparere iuſſi, faſtidioſo quodam contemptu abnuerunt, quaſi Pulpita à Regum authoritate eſſent exempta, & Eccleſiaſtici non Principis imperio, ſed Presbyterio ſubeſſent; plane contra leges hoc anno in Ordinum conuentu latas, quibus Regia authoritas in omnes ſubditos, tam Eccleſiaſticos quam Laicos in perpetuum confirmata. *Miniſtrorum Scoticorum inſolentia.* *Contra Leges.*

Regem

M. D. LXXXIV.

Regem ſcilicet, & Conſiliarios idoneos eſſe Iudices in omnibus cauſis; qui autem iudicium declinarent, læſæ Maieſtatis teneri. Presbyterorum conſeſſus (vt etiam Laicorum conuẽtus) tam generales quam ſpeciales prohibiti, qui infinitam authoritatem, & pro arbitrio, Rege inconſulto, conueniendi, & leges ipſi Regi & regno præſcribendi, ſibi arrogauerant. Popularis etiam Miniſtrorum æqualitas ſublata, Epiſcopis ſua dignitas & iuriſdictio reſtituta, quorum vocationem vt Antichriſtianam Presbyteria condemnauerant. Et probroſa in Regem, eius Matrem, & Conſiliarios ſcripta, nominatim vero Georgij Buchanani Hiſtoria, & *De iure regni apud Scotos Dialogus, interdicta, vt quæ multa culpanda & delenda contineant.*

Leges Eccleſiaſticæ in Scotia.

Buchanani ſcripta improbata.

Hæc quidam è Miniſtris tã impatienter tulerunt, vt ſolũ ſponte verterint, & in Anglia omnia querimonijs compleuerint, quaſi vera Chriſti religio è Scotia iam eſſet profligata. Sed Elizabetha hos, vt nouatores, ſurda aure neglexit, nec in Anglia concionari permiſit; eorum tamẽ opera ſubinde vſa, ne religio in Scotia quid detrimenti caperet. Quinimo cum Arranius, qui ſummo loco & gratia apud Regem, operam ſuam cum omni obſeruantia, ad amicitiam cum Anglis conſeruãdam, officioſiſſime detuliſſet; illa opportune vti cogitauit, vt nec Scoti profugi in Comitijs quæ inſtabãt, proſcriberẽtur, neq; Rex ab Anglorum amicitia auerteretur. Vnde colloquium inter Arranium & Hunſdonium Berwici Præfectum in collimitio regnorũ indicitur. At priuſquam haberetur, profugi, & quotquot expeditioni Sterlinenſi interfuerãt, Comitijs feſtinatis, proſcribuntur; eoſq; in colloquio, quod ſtatim ſubſequutum eſt, Arranius grauiſſimis criminibus onerauit, & inter alia, perniciem Regi nuperrime ſtruxiſſe. Cæterũ ſanctiſſime in ſe recepit nihil omiſſurum, quo Reginæ ſatisfaciat; nec quicquã facturum quod ſit præiudicio, dum ille fuerit in fide & gratia apud Regẽ. Nihilominus intra menſem Scoti limitanei, occultis Hiſpani artibus, qui Elizabetham à bello Belgico auertere ſategit,

Colloquium ſimulatum.

Incurſiones inter Scotos & Anglos.

Digitized by Google

ſategit, in *Rhedeſdaliam* immiſſi, hoſtilem in modũ ſæuiunt, iniuriamq; acceptam limitanei Angli haud multo poſt per *Liddeſdaliam* cædibus & incendiis atrociter vlciſcuntur. *M. D. LXXXIV.*

Iam venit Legatus è Scotia Patricius Graius, hæres familiæ, iuuenis comptus, & qui par maximis negotijs, ſi non ſupra, ſibi videbatur. Capita legationis erant, de incurſionibus vtrinq; cohibendis, bonis piratice ablatis reſtituendis, & de profugis Scotis, vel ex fœdere remittendis, vel longius à Scotiæ collimitio ſubmouendis, quãdoquidem noua in Regem conſilia cum alijs in Scotia indies commiſcerent. Ad hæc facilius conſequenda, & Reginæ animum Regi plenius conciliandum, ſpem fecit occultas in Reginam molitiones manifeſtandi. Quæ voluit, ad primum & ſecundum caput retulit reſponſa. De Scotis remittendis, reſpondit Regina, *ſibi eſſe perſuaſiſsimum, nobiles illos nihil mali vel cogitando concepiſſe. Quæ in Scotia nuper acciderunt, non ex aliqua in Regem maleuolentia, ſed ex mutuis inter nobiles diſſidijs, tenella Regum ætate ſemper emergentibus, profluxiſſe, quæ Regis intereſt quamprimum conſopire, & ſubditos vno obſequij vinculo, factionibus ſupreſsis, ſibi deuincire,* Vt tamen iuſtæ Regis petitioni aliqua ex parte ſatisfaceret, & occultas illas, quas dixit, molitiones intelligeret, iuſſit, vt Scoti profugi ſe longius à collimitio ſubmouerent. Quæcunq; ille manifeſtauit, Regina præ ſe tulit ſingula prius reſciſſe; & plures Graium inſimularunt, quaſi pretio delinitus, nonnihil in Regis, matriſq; fraudem effutiiſſet, & impediuſſet, quo minus conditiones illæ æquiſſimæ à Regis matre per Nauum propoſitæ admitterentur. *Patritii Graii Legatio.* *Ille mala fide agit.*

Vnde illa, patientia ſæpius iam læſa, in dolorem & indignationem exardere cœpit, & præ libertatis ſtudio, tam inſidioſis aduerſariorum, quam pernicioſis amicorum conſilijs animum aureſq; aperuit. Eoq, magis, quod, vt *Aſſociationem* in ſuum caput initam fuiſſe ſibi perſuaſerat, ita iam inaudierat, ſe quorundam artibus è cuſtodia Saloprienſis Comitis (qui homo rectus eorũ cœptis minime faut) abducendam, *Scotæ patientia læſa.*

Digitized by Google

M. D. LXXXVI. cendam, nouiſq; cuſtodibus committendam. Quod vt ſpecioſius fieret, & Salopienſis fides, quæ ſpectatiſſima erat, minime ſuſpecta videretur; (nec enim viſum eſt tanti viri exiſtimationem palam lædere, quam tamen occultis calumniis, ex importunæ vxoris criminationibus minuerāt) ſuſpiciones, quaſi conſilium eam liberandi iam initū eſſet, arreptæ ſunt, ex quibuſdam Emblematibus ad eam tranſmiſſis. Hæc erāt: Argus multoculus, omnibus oculis conſopitus, Mercurio tibias modulate inflante, cum hac ſententiola ELOQVIVM TOT LVMINA CLAVSIT: Mercurius Argo Iô cuſtodienti caput obtruncans. Surculus trunco inſitus ligaminibuſq; conſtrictus, tamen effloreſcens, & circumſcriptus, PER VINCVLA CRESCO. Palma oppreſſa, ſed reſurgens, cum PONDERIBVS VIRTVS INNATA RESISTIT. Anagramma etiam VERITAS ARMATA, ex eius nomine MARIA STEVARTA, literis tranſpoſitis, in peiorem partem acceptum. Præterea prolatæ ſunt literæ, quaſi interceptæ, quibus amici captiuæ Reginæ conquerebantur, omnem ſpem illam liberandi penitus præciſam eſſe, ſi modo illa in Puritanorum cuſtodiam traderetur. Hoc quæſito colore, illa à Salopienſi, qui hoc ſæpius efflagitarat, abducta, Amicio Powletto, Drugoniq; Drurio cuſtodienda committitur: & compoſito, (vt aliqui opinabantur) vt in deſperationem adacta, abruptis conſiliis, & inſidiis eſſet opportunior. Salopienſis etenim totis quindecim annis tam cauta prouidentia cuſtodierat, vt nullus locus fuerit inſidiis ab illa, vel in illam. Iam autem & illa importunius egit cum Pontifice Rom. & Hiſpano per Fr. Inglefeldum, vt *inceptum* primo quoq; tempore maturarent, quicquid de ipſa fieret, & Leiceſtrius (qui credebatur de præuertenda legitima ſucceſſione cogitare) ſicarios ſubmiſit (vt perhibent nonnulli) qui illam è medio tollerent. Drurius autem recti honeſtiq; cultor, ſcelus ex animo peroſus, omni acceſſu prohibuit. Subrepſerunt tamen emiſſarij, & ſubmiſſæ ſunt, tam fictæ, quam veræ literæ, quibus

Suſpiciones in illam arreptæ.

Illa nouis cuſtodibus cōmittitur.

Libertatem acrius quærit.

Inſidiæ petitur.

Digitized by Google

quibus muliebris impotentia in perniciem impelleretur, vt poſtea dicemus. *M. D. LXXXIV.*

Vt Elizabetham totam ab ea auerterent, in aures ſuſurratur, Alanum pro Catholicis Angliæ Eccleſiaſticis, Inglefeldum pro Laicis, & Epiſcopum Roſſenſem pro Scotorum Regina, communibus ſuffragiis cum Pontificis Rom. & Hiſpani conſenſu, decreuiſſe Elizabetham regno ſpoliandam, Scotorum Regem regno Angliæ exhæredandum, vt hæreticæ prauitatis manifeſtos, Scotorum Reginam Catholico nobili Anglo enubendam: huncab Anglis Catholicis in Angliæ Regem eligendum, electionem à Pontifice Rom. confirmandam; huius ex Scotorum Regina liberos legitimos in regno ſucceſſores declarandos; & hæc ſingula ex fide Harti Sacerdotis. Quis vero fuerit hic Anglus, ſagaciſſime indagauit Walſinghamus, ſed non inuenit. Suſpicio vero incidit in Henricum Howardum, Ducis Norfolciæ fratrem, qui imprimis nobilis, cælebs, ſumme Pontificius, & gratia apud Pontificios florentiſſimus. *Conſultatio inter Catholicos.*

Huius anni curriculo vitam in miſero exilio obſcure clauſit Carolus Neuillus, perfidus ille in Principem & patriam rebellis, poſtremus ex hac familia Weſtmorlandiæ Comes. E qua nobilitatis fœcunda, præter ſex Weſtmorlandiæ Comites, effloruerunt duo eiuſdem cognominis Comites Sariſburiæ & Warwici, Comes Cantii, Marchio Montiſacuti, Dux bedfordiæ, Baro *Ferrers* de *Ousley*, Barones Latimeri, Barones Abergeuennæ, vna Regina, quinque Duciſſæ; vt Comitiſſas & Baroniſſas, Archiepiſcopum Eboracenſem, & numeroſam nobilium propaginem omittam. *VVeſtmorlandiæ Comes obit.*

In Anglia nemo è viuis exceſſit memoria dignior, quam Edmundus Plowdenus, qui vt in iuris Anglici ſcientia, de qua ſcriptis bene meruit, facile primus: ita vitæ integritate inter homines ſuæ profeſſionis nulli ſecundus. *Plovvdeni mors.*

Cæterum in Gallia extinctus eſt, Franciſcus Dux Andinus, morbo ex animi angore contracto. Et in Hollandia

Bb Guil.

Digitized by Google

M. D. LXXXV. *Andinus moritur.* *Auraſionẽſis occiditur.* *Hiſpani potentia formidata.*

Guil. Princeps Auraſioneuſis, tribus è ſclopeto glandibus à Balthaſare Gerardo Burgundo inſidioſe transfixus.

Ex graui horum fato magnum dolorem percepit Elizabetha, miſitque in Galliam B. qui Regi ſignificaret, quam acerbe Ducis Andini mortem tulerit, quem fidiſſimum & chariſſimum experta fuerat amicum; ſimulque moneret, quam afflicta ſit Belgarum conditio, Auraſionenſe ſublato, & quam formidabilis Hiſpani potentia nimio plus inualeſcens, cum in Italia Principes ſinguli eius nutum obſeruẽt, Pontifex Romanus ſit addictiſſimus, Cardinales quaſi clientes, præſtantiſſimi quique & belli, & pacis ſtudiis, eius ſtipendiarii; in Germania, familia Auſtriaca longe lateque diffuſa, aliæque eidem connubiis coniunctæ, quaſi famulentur; opes etiam & vires, ex recenti Luſitaniæ & Orientalis Indiæ acceſſione terra marique adeo augeantur, vt patre Carolo Quinto ſit longe potentior & formidoloſior, nihilque abſit, ſi Belgium in poteſtatem redegerit, quin cæteri orbis Chriſtiani Principes eius magnitudini neceſſario cedant, niſi tempeſtiue occurratur.

M. D. LXXXV.

Gallus in ordinem Garterii adſcitus.

Elizabetha, vt firmiori amicitiæ vinculo ſibi Gallum aſtringeret, quem ſuperiori anno in Georgianæ periſcelidis ordinem cooptauerat, Henricum Comitem Derbiæ cum inſignibus in Galliam miſit, qui eum rite inueſtiret. Ille cum ſummo honore accepit, ad preces veſpertinas inueſtitus, (cum Angli Miſſæ intereſſe recuſarint) ſanctéque promiſit leges eiuſdem Ordinis obſeruare, quæ legibus *Ordinis S. Spiritus* & *S. Michaelis*, in quas prius verbis conceptis iurarat, non aduerſantur.

Parrius pro Ieſuitis intercedit.

Hoc tempore habebantur Comitia Parlamentaria, & Guilielmus Parrius natione Wallus, loco obſcuro, tenuique ortus fortuna, titulo Iuris Doctor, licet ſemidoctus, homo elate tumidus, comptus, & calamiſtratus, cum in inferiori conſeſſu lex contra Ieſuitas rogaretur, ſolus interceſsit;

ceſsit; declamando, legem illam eſſe *ſæuam, ſanguinariam, deſperatione plenam & Anglorum genti pernicioſam.* Rogatus vt rationes redderet, obſirmate recuſauit, niſi coram Regiis Conſiliariis: vnde in cuſtodiam datus, ſed rationibus auditis, & ſubmiſsione facta, in conſeſſum iterum admiſſus. Mox idem delatus eſt ab Edmundo Neuillo, (qui hæreditatem Neuillorum Comitum Weſtmorlandiæ, titulumq; Baronis *Latimeri*, vt proximus hæres maſculus, vendicauit) arcana conſilia de Regina è medio tollenda agitaſſe. *M. D. LXXXV.* *Proditionis accuſatur.*

Parrius iſte, vt rem altius repetam, ante biennium ex Italia reuerſus, ad gratiam apud Reginam aucupandam, fidemque præſtruendam, clam indicauerat, quæ Morganus, & alii profugi, de ipſa nefarie tollenda, tractarant, præ ſe ferens, non alio conſilio cum illis egiſſe, quam vt occultos eorum conatus rimaretur, & Reginæ ſaluti conſuleret. Hinc illa Neuillo delatori haud facile credidit, iuſsit tamen, vt Walſinghamus Parrium interrogaret, an tentandi gratia cum *aliquo infenſo & ſuſpecto* illa de re egerit. Ille plane negauit, nec vir alioquin perſpicax, effugium vidit, quod Reginæ lenitas aperuit. Si enim vel innuiſſet, ſe tentandi gratia cum Neuillo egiſſe, quem *ſuſpectum & infenſum* fuiſſe virum iam antea Reginæ denunciarat, periculum proculdubio declinaſſet. Sed ſcelus ſemel cõceptum, etiam perſpicaciſſimis, animi aciem perſtringit. Cum autem Neuilſus nullo teſte niteretur, Parrius cum eo componitur, qui poſt aculeata vltro citroque verba, paulo ſuccubuit, & in Arcem Londinenſem coniectus, ſponte hæc confeſſus eſt, quæ paucis complectar. *Effugium non videt.*

Anno (inquit) M. D. LXX. *inter Reginæ famulos, iureiurando præſtito, admiſſus. Maieſtati eius deuotus permanſi ad annum M. D. LXXX. quo tempore in vitæ diſcrimen, cum ſumma ignominia incidi.* (Irruerat enim in cubiculum Hugonius Hari, cuius in ære erat, illumque vulnerauerat, vnde ex lege damnatus, ſed vitæ gratiam Regina fecerat.) *Iam inde animo diſcruciatus vixi, licentia impetrata, in Galliam me recepi; nec* *Eius confeſſio.*

Digitized by Google

M. D. LXXXV. *animo quidem reuertēdi, quia Catholicæ religioni me addixeram. Lutetiæ Pariſiorum Romanæ Eccleſiæ reconciliatus, Venetiis cum Benedicto Palmio Ieſuita, de afflictis in Anglia Catholicis, ſermones contuli, & ſubinnui, me rationem illis ſubueniendi excogitaſſe, ſi Papa, vel aliqui eruditi Theologi licitam eſſe edocerent. Ille hoc vt pium laudauit, Campegio Pontificis apud Venetos Nuncio me commendauit. Campegius Pontifici. Per literas, vt Romam fide publica venirem, petij. Literæ fidei publicæ ad me à Cardinale Comenſi miſſæ, ſed minus amplæ, & poſtea aliæ ampliores: Verum iam tum ego Lutetiam redieram. Ibi in Morganum incidi, qui mihi ſignificauit, expectari à nonnullis, vt egregiam aliquam operam Deo & Eccleſiæ Catholicæ nauarem. Reſpondi, me paratiſſimum eſſe, vel maximum Angliæ ſubditum trucidare. At, inquit ille, Cur non ipſam Reginam? Et hoc, inquam, facile fiat, modo licere conſtaret. Wattus enim Sacerdos (quocum de hoc perſonas reticens, egi) minime licere aſſeruit.* (Et Chreictonus etiam Scotus, Ieſuita, docendo mala non perpetranda, vt inde bonum proueniret Deum magis *Aduerbiis*, quam *Nominibus* delectari, magiſq; quod bene & legitime factum, quam bonum ei placere; nec vnius exitio multas animas redimendas ſine expreſſo Dei mandato.) *Nihilominus mihi, qui fidem meam literis & promiſſis in Italia obſtrinxeram; ab incepto deſiſtere piaculum viſum, ſi modo Pontifex literis approbaret, & plenariam indulgentiam mihi concederet, quam per Ragazonium, Pontificis in Gallia Nuncium, literis ad Pontificem efflagitaui, ille inceptum laudauit literaſque Romam miſit. In Angliam reuerſus, acceſſum ad Reginam mihi paraui, cui, remotis arbitris, coniurationem totam explicaui, arte tamē quam potui maxima obuelatam. Audiuit illa imperterrita; ego territus diſceſſi; nec obliuiſci poſſum quod tum dixit,* Catholics nullos de religione vel Pontificis Primatu in quæſtionem vocandos, dummodo ſe bonos ciues præſtent. *Interea dum Præfecturam S. Catharinæ aſſiduus in Aula ambirem, literas à Cardinali Comenſi accepi, in quibus inceptum laudatum, & ego Pontificis nomine abſolutus. Has Reginæ impertij. Quid apud illam effece-*

Et Papæ Nuncium.

Et Morganum.

Et Sacerdotes.

Atq; ipſum Papam.

Rem Reginæ aperit.

effecerint neſcio, mihi ſane animum addiderunt, & ſcrupulum omnem exemerunt. Nec tamen in animo erat vim vllam afferre, ſi qua ratione perſuaderetur, mitius cum Catholicis agere: Ego autem, ne cædem perpetrarem, pugionem depoſui, quotieſcumque ad illã acceſſerim. Cum in ipſam & virtutes vere regias intuerer, ancipiti cura diſtrahebar; vota enim erant in cœlis, literæ & promiſſa apud homines. Hæc tacitus apud me animo irriquieto voluebam: De me nunquam bene merita eſt, vitam ſane indulſit; at in illa cauſa vita ſpoliaſſe tyrannicum fuiſſet. Hinc ſorte mea minime contentus, ab Aula diſceſſi. Incidi in librum D. Alani contra Iuſtitiam Britannicam, qui docuit, Principes propter hæreſim excõmunicatos, regno vitaque priuandos, meque ad inceptum perſequendum vehementer excitauit. Hunc Neuillo, quem menſæ meæ adhibui, prælegi, ſex integros menſes priuſquam me detulit. Poſtea acceſſit, & audeamus, inquit ille, aliquid, cum nihil à Regina conſequamur; & quædam de Scotorum Regina liberanda in mediũ propoſuit. Ego vero interpoſui, Atqui maius quiddam in animo ego voluo, & Eccleſiæ Catholicæ ſalutarius. Poſtridie acceſſit, & tactis Bibliis iurauit, ſe velle reticere, & conſtanter perſequi quicquid Catholicæ religioni vſui foret, ego itidem iuraui. Conſtituimus ſane cum denis equitibus Reginam per campos obequitantem aggredi, & perimere. Quæ Neuillus ad hoc vſque tempus reticuit. Nuntio autem accepto, VVeſtmorlandiæ Comitem, cuius hæreditatem ſpe deuorauerat, obiiſſe, protinus iureiurando violato, in medium contra me protulit. Hæc confeſſus eſt coram Barone Hunſdonio, Chriſtophoro Hattono, & Fr. Walſinghamo à ſacris Conſiliis, & etiam ſuis ad Reginam, Burghleium ſummum Theſaurarium, & Leiceſtrium literis, culpam agnoſcendo deprecatus eſt.

M. D. LXXXV.

Animo fluctuat.

Alani liber animum addit.

Neuillus operam offert.

Et rem prodit.

Paucis diebus interiectis, in Prætorio Weſtmonaſterienſi iudicio ſiſtitur, capitibus accuſationis perlectis, ſe reũ agnouit. Cum ex hac confeſſione in acta relata, iudicium contra reum fatentem poſtularetur, Hattonus operæ-pretium exiſtimauit, quo circumfuſæ multitudini ſatisfieret, vt crimen ſignate ex ipſius confeſſione explicaretur, quam

Parrius in iudicium vocatur.

Digitized by Google

M. D. LXXXV. ipſe Parrius ſpontaneam agnouit, vtq; ipſe prælegeret, Iudices rogauit. Prælegit autem Actuarius in iudicijs Coronæ, necnon literas Cardinalis Comenſis, & ipſius Parrij ad Reginam, Burghleium, & Leiceſtrium, quas ipſiſſimas eſſe fatetur. Negauit tamen vnquam ſibi deliberatum fuiſſe Reginam tollere. Iuſſus, vt iã diceret, ſi quid haberet, cur iudicium in eũ non feratur, pertu bare, quaſi ſuſcepti ſceleris conſcientia exagitatus, reſpondit, *Mihi moriendum video quia mihi ipſi parum conſtiterim.* Rogatus, vt explicatius diceret, quid vellet: *Sanguis*, inquit, *meus ſit inter vos.* Sentẽtia mortis pronuntiata, Reginam furenter ad Dei Tribunal citauit. Quinto poſt die crati impoſitus, per mediã vrbem Weſtmonaſterium trahitur. Ad patibulum cum iactantius oſtentaſſet, quam fidus fuerit Reginæ cuſtos, dixit ſe nunquam animum induxiſſe vt Reginam vita priuaret. Ita glorioſulus, ne verbo Deo ſe commendans, proditorũ ſupplicio ex lege affectus erat in area maioris Palatij Weſtmonaſterij, vbi tunc frequentes Regni Ordines ad Parlamentum conuenerant.

Morte afficitur.

In Parlamento contra Epiſcopos rogatur.

In hoc Parlamento quidam vel ex nouandi vel reformãdi ſtudio, ordinem Eccleſiaſticum, etſi Regina vetuerit; vehementer exagitarunt, leges rogando, ad Epiſcopalem iuriſdictionem in *Facultatibus* concedendis, in ſacris Ordinibus conferendis, in Cenſuris Eccleſiaſticis, in *iureiurando ex officio* coercendam: & nouum iuramentum Epiſcopis, quod in Cancellaria & *Banco Regio* ſuſciperent, proponendo, ſc. ne Ciuili Angliæ iuri contrauenirent. *Reſidentiam* etiam Paſtorum exigendo, vt ſinguli Paſtores in ſingulis Eccleſijs reſiderent, & declamando, quaſi Anglicana Eccleſia eruditis Paſtoribus deſtituta iaceret, quæ iam proculdubio plures numerauit eruditos quam alia quæuis ætas, vel alia reformata Eccleſia. Sed Regina, quæ Eccleſiaſticis moderatis inprimis fauit, nouatores, vt in deterius ſemper mutantes, improbauit; & hæc, vt ad ſuam *Prærogatiuam*, & ſummam in Eccleſiaſticis authoritatem ſibi delatam,

Et non Reſidentes.

tam,

Digitized by Google

ſam, ſubruendam, excogitata, prorſus reiecit. Verum omnibus omnium ſuffragijs *Aſſociatio* illa, quam dixi, confirmatur. Et ſancitur, *vt viginti quatuor, aut plures, ſanctiori Cōſilio & Proceribus regni, Regio Diplomate ſelecti, in eos inquirerent, qui regnum inuadent, rebellionem concitabunt, aut Regiā perſonam lædere aut perdere attentabunt, pro quocunq;, vel per quemcunq;, qui ius ad Angliæ* Coronam *vendicet. Ille autem, pro quo, vel per quem attentabunt,* Coronæ *Angliæ omnino erit incapax, omni omnino iure priuabitur, & ad mortem vſq; ab omnibus ſubditis exagitabitur; ſi eiuſmodi inuaſionis, rebellionis, aut læſionis cōſcius ab illis* XXIIII. *viris iudicabitur, & publice declarabitur.* M. D. LXXXIV. *Aſſociatio ſancitur.*

Leges etiam feruntur in Reginæ præſidium contra Ieſuitas & Sacerdotes Pontificios, qui nefaria quædam ex Bulla Pij Quinti architectabantur; ſcilicet, *Vt intra* XL. *dies regno abſcederent. Qui in regnum deinceps aduenerint, & manſerint, læſæ Maieſtatis teneantur. Qui eos ſciens prudenſque receperit, aluerit, & fouerit,* Feloniæ *teneatur* (ita omnia crimina capitalia infra læſam Maieſtatem vocant.) *Qui in Seminariis aluntur, ſi intra ſex menſes poſt denunciationem factam, non redierint, & coram Epiſcopo, vel duobus Iuſtitiariis ſe Reginæ non ſubmiſerint, læſæ Maieſtatis rei habeantur. Qui autem ſe ſubmiſerint, ſi intra decenniū Aulam Regiam acceſſerint, vel propius quā* X. *mille paſſus, ſubmiſſio ſit irrita. Qui ſtudioſis in Seminariis pecuniam quocunq; modo ſubmiſerint, pœna* Præmunire, *i.* perpetuo exilio. & omnium bonorum amiſſione, *plectantur. Si quis ex regni* Paribus, *i. Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus. Baronibus Parlamentariis in has Leges deliquerit,* Pariū *iudicio ſubiiciatur. Qui eiuſmodi Ieſuitas & cæteros in regno latere nouerint, & intra* XII. *dies non detexerint, pro Reginæ arbitrio mulctentur, & in carcerem coniiciantur. Si quis ſuſpectus fuerit, è Ieſuitarum vel* Sacerdotū *illorum numero eſſe, & examinationi ſe non ſubmiſerit, pro contemptu, carcere concludatur, donec ſe ſubmiſerit. Qui liberos vel quoſcunq; alios, ad* Seminaria *&* Collegia *Pōtificiæ profeſſionis miſerit,* C. *libris monetæ Anglicæ mulctetur. Qui autē miſſi in hæreditate nō ſuccedāt, nec bonis fruātur* *Leges contra Ieſuitas & Sacerdotes.* *Felonia.* *Præmunire.*

Digitized by Google

M. D. LXXXV. *quacunque ratione illis obtingant; vt etiam qui intra annum à Seminarijs illis domum non reuertentur, niſi Eccleſiæ Anglicanæ ſe confirmauerint. Si portuũ cuſtodes permittant, alios præter nautas & negotiatores mare traücere ſine licentia Reginæ, vel ſex Conſiliariorum, locis amoueantur, nauarchi qui euehent, nauigii & bonorum amiſſione, & carcere annum integrum luant.*

Arundeliæ Comes fugam cogitat. Harum Legum ſeueritate, quæ tamen tempori neceſſaria videbatur, admodum perterriti erant Pontificij in Anglia, & inter eos Philippus Hovvardus, Arundeliæ Comes, Ducis Norfolciæ filius primogenitus, adeo vt ne in eas cõmitteret, ſolum vertere cogitauerit. Hic ante trienniũ Reginæ benignitate natalibus reſtitutus, & paulo poſt eius gratia, occultis præpotentium quorundam inſimulationibus, deiectus, religioni Pontificiæ ſe clam deuouerat, vitã ſane auſteram amplexus. Hinc ſemel atq; iterũ in Regium conſiſtorium vocatus, obiecta diluit; iuſſus tamen, vt intra ſuos parietes ſe contineret. Poſt ſex plus minus menſes iuris ſui factus, Comitia Parlamentaria acceſſit; primo tamen die, dum concio haberetur, è cœtu ſe ſubduxit. Comitijs finitis, quaſi certus abeundi, literis ad Reginam ſcriptis, quas tamen poſt abitum tradi iuſſit, longam & luctuoſam inſtitit querelam, *de potentiũ aduerſariorum inuidia, cui neceſſario cederet, cum de eius innocentia triumphos agerent, infelicia maiorum fata memorat, proaui ſcilicet, qui indicta cauſa condemnatus, aui, qui de rebus leuibus ſecuri percuſſus, & patris, quem ab aduerſariis circumuentum, nunquam hoſtilem animum in Principem vel patriam induiſſe aſſerit. Se vero ne paternæ infœlicitatis hæres ſuccederet, vt Deo vacaret, animæque ſaluti conſuleret, patriam, at non fidem in Principem deſeruiſſe.* Priuſquam hæ litteræ traditæ, ille in Suſſexiam profectus, iamque nauigium in obſcuro ſinu conſcenſurus, ſuorum perfidia, & naucleri indicio comprehenſus erat, atque in Arcem Londinenſem conditus.

Ad Reginã ſcribit. *Capitur.*

In eadem Arce tunc tẽporis attinebatur, Henricus Perciuſ, Northumbriæ Comes, vir viuido ingenio & animo, (frater

Digitized by Google

(frater Thomæ, qui Eboraci capite plexus) ſuſpectus clandeſtini conſilij cum Throcmortono, Barone Pagetto, & Guiſiis, de Anglia inuadenda, & Scotorum Regina liberanda, cui ſemper impenſe ſtuduerat, Ille menſe Iunio mortuus in lecto repertus, tribus iuxta papillam ſiniſtram glandibus traiectus, peſſulo foribus intus obducto.* Quæſitores è vicinia ex more à *Coronatore* iurati, cadauere ſpectato, loco conſiderato, ſclopeto cum nitrato puluere in cubiculo inuento, famulo qui ſclopetum emerat, & venditore examinatis, Comitem ſibi mortem conſciuiſſe pronũciarunt. Tertio poſt die Proceres Regni frequentes in *Camera Stellata* conuenerunt, vbi Thomas Bromleius Angliæ Cancellarius ſuccincte declarauit, Comitem proditoria in Principem & patriam conſilia iniiſſe, quę cum iam dilucere comperiſſet, conſcientia ſceleris exterritum ſibi vim intuliſſe. Vt vero multitudini in peius ſemper credulæ ſatisfieret, iuſſit vt Regius Procurator ſiue *Attornatus*, & Regii in iure Conſiliarii, cauſas cur Comes in cuſtodia detētus fuerit, & mortis rationem dilucide explicarent. Hinc Pophamus, Procurator Primarius, exordio à rebellione in Septentrionali parte ante annos XVI. ducto, ex Actis publicis edocet, *illum de rebellione iſta, & conſilio liberandi Scotam, in iudicium vocatum fuiſſe, culpam agnouiſſe, Reginæ miſericordiæ ſe ſubmiſiſſe, mulctamque illi quinq; millium Marcarum inflictam fuiſſe. Reginam tamen, qua fuit clementia, ne aſſem quidem exegiſſe; & poſt ſupplicium de fratre, eodem de crimine, ſumptum, in Comitis Northumbriæ honore confirmaſſe. Illum nihilominus noua conſilia de Scota liberanda, Anglia expugnanda, religione & Regina extinguenda ſuſcepiſſe. Mendozam Hiſpanum Throcmortono ſignificaſſe, Carolum Pagettum, ſub* Mopi *nomine, latenter de his cum illo in Suſſexia egiſse, Baronem Pagettum Throcmortono fere eadem innuiſse, ex Chreictoni Scoti Ieſuitæ chartis eadem etiam conſtare, Carolumque Pagettum Guilielmo Shelleio, cum rediiſset è Gallia, hæc indicaſse.* Deinde Egertonus Procurator ſecundus (*Sollicitator* vulgo dicitur) Comitem horum reum fuiſſe, ex circumſtan-

M. D. LXXXV.

Northumbriæ Comes mortuus repertus.

* *Coroners Enqueſt.*

Cauſa incarcerationis expoſita.

M. D. LXXXV.

cumſtantiis & anxia celandi cura acute arguit, ſcilicet, *Quod Comes, cum nemo in Anglia illum horũ inſimulare potuiſſet, præter Baronem Pagettum [quo Throcmortonus vſus erat familiariter] Pagetto, pauculis diebus poſt Throcmortonum interceptum, per Shelleium nauigium apparauit, quo ille in Galliam tranſmiſit. Cum Throcmortonus quædam confiteri cœpiſſet, Comes Londino Petvvorthiam ſeceſſit, Shelleioq; accerſito ſignificauit, ſe in medium vitæ & fortunarũ diſcrimen deueniſſe, rogauit vt rem reticeret, & conſcios diſceſſus Baronis Pagetti, & aduentus Caroli Pagetti amandaret, quod mox factum; ipſeque famulum, quo apud Carolũ Pagettum vſus erat, procul amandauit. Addit Sollicitator. illum iã in cuſtodia, cum Shelleio per corruptos cuſtodes, ſæpius egiſſe, vt quæ & qualia confeſſus erat, intelligeret. Poſtquam per mulierculam, occultam inter ipſos internuntiam, Shelleius ſignificaſſet, ſe diutius reticere non poſſe, diſparem eſſe eorum conditionem, ſe tormentis ſubiiciendum, Comitem pro loci & ordinis ratione, nequaquã; & perſcripſiſſet quæ confeſſus fuerat, Comes ingemuit, ſubindeque dixit, quod Pantinus à cubiculo famulus faſſus eſt, ex Shelleii confeſſione iam actum de ſe eſſe.*

Poſt hæc ratio mortis ex teſtimonio iuratorum, Præfecti Arcis, quorundam præſidiariorum, & Pantini enarratur, indeq; conficitur, ipſum ex metu, ne familia funditus ſubuerteretur, & labes aſpergeretur, in ſe ſua manu ſæuiiſſe. Certe boni quamplurimi, tum quod natura nobilitati faueant, tum quod præclaram fortitudinis laudem retuliſſet, tantum virum, tã miſera & miſeranda morte, periiſſe, indoluerunt. Quæ ſuſpicaces profugi de Balliuo quodam ex Hattoni famulis, qui paulo ante Comiti cuſtos adhibitus, muſsitarunt, vt parum compertum, omitto, nec ex vanis auditionibus aliquid intexere viſum eſt.

Fœdus cũ Germaniæ Principib. expetitum

Vnde hæc malorum ſemina in Anglia ſparſa fuerint, non latuit ELIZABETHAM, quæ Guiſios, exitioſam in Proteſtantium religionem, GALLORVM Regem, & ipſam, coniurationem aperte iam feciſſe viderat. Illa contra, vt fœdus à Proteſtantibus, ad religionem tuendam, iniretur, Tho. Bodleium ad Danorum Regem, Electorem Pala-

Digitized by Google

tinum, Duces Saxoniæ, Wirtenbergæ, Brunſwici, Luneburghæ, Marchionem Brandenburgi, & Landgrauium Heſſiæ mittit, iubetque inter alia, vt Danorum Regem obiter moneret, ipſius inprimis intereſſe, Guiſiorum conatibus occurrere, cum cognato Lotharingiæ Duci, Daniæ Regnum aſſerere non dubitauerint, vtique Chriſtierni Secundi Regis Danorum è filia nepoti, Nec ipſum Lotharingum hoc diſſimulaſſe, cum Elizabethæ nuptias haud ita pridem ambiret. *M. D. LXXXV.*

In Scotiam autem, ne quid periculi inde, quaſi per poſticum, in Angliam irrumperet, Edwardum Wottonum miſit, qui Regi ſignificaret, quam gratùm fuerit ei⁹ erga ipſam ſtudium, quod per Patricium Greium & iuſtitiarium Clericum iampridem declarauerat. Præterea, vt eius animum ad mutuæ offenſionis & defenſionis fœdus, propoſitis periculis Euangelicæ profeſſioni iam imminentibus, alliceret, annuamque penſionem, ad Regiam dignitatem honorificentius tuendam, offerret (res enim regni, Proregum negligentia erant admodum acciſæ) & nuptias cum Regis Daniæ filia commendaret. Item vt pro Scotis Nobilibus, in Anglia exulantibus, Reginæ nomine vehemētius intercederet, quos illa, ſi vel minimi erga Regem criminis affines comperierit illico remittēdos pollicetur. Wottonus propenſum Regis ad huiuſmodi fœdus animum perſpicit (quā tumuis Arranius & Gallicæ factionis nonnulli obniterentur) Ordineſq; Scotiæ, vt religio ſarta tecta conſeruaretur, fœderi tractando ſub ſuis Chirographis aſſenſum præbuerunt, dummodo Regina certam fidem faceret, Regis iuri in Angliç ſucceſſione non præiudicaturam, quam diu ille in amicitia colenda firmus permanſerit. Moram tamen & impedimentum huic negotio intulit cædes FRANCISCI Ruſſelli filij Fr. Comitis Bedfordiæ, qui poſtridie latis conceſſit. *Fœdus cum Scotis.* *Ruſſelli cædes remoratur.*

Etenim cum I. Forſterus & Th. Carrus Fernihurſtius, mediorum limitum inter regna ANGLIÆ & Scotiæ Præfe-

M. D. LXXXV. ɛ̃ti, XXVII Iunij diem, ad conuentum, de rebus repetundis dixiſſent; & *Securitas* vtrinque de more, iureiurando firmata eſſet, promulgatumque ne quis alterum *verbo*, *facto*, *aut vultu læderet* (ita limitanei loquuntur) Scoti armati, acie inſtructa, vexillo explicato, tympano pulſato, contra morem & præter expectationem, ad locum acceſſerunt, numero plus minus III M. Angli haud plures quam trecenti aderãt. Præfecti vix conſederant, querelas audituri, cum derepente, Anglo in furto deprehenſo, exortus eſt tumultus, Scotique glandium nymbo emiſſo Ruſſellum cum alijs occiderunt, Anglos in fugam diſpulerunt. & IIII. milliaria in Anglia acerrime perſequuti nonnullos captiuos abduxerunt. Quis cædis author incertum. Angli in Arranium, iam Regni Cancellarium, & Fernihurſtium, crimen coniiciunt. Regina, vt homicidæ ſibi in manus traderentur, per litteras & Delegatos vrget, quandoquidem Henricus Septimus, Rex Angliæ, Guilielmum Heronum, & ſeptem Anglos, ob cædem Roberti Carri, Ceſfordii, die conuentus commiſſam, Iacobo Quarto Regi Scotorum in manus olim tradiderit; & Mortonius, nuper, Prorex, Carmichelum Scotum, ob cædem Georgij Heroni in Angliam miſerit. Rex innocentiam ſuam proteſtatus, promiſit in Angliam protinus tranſmittere Fernihurſtium, imo & Cancellarium, ſi præcogitate *Securitatem* violaſſe, vel cædem conſciſſe, liquidis & legitimis probationib conuincerentur. Fenwicus Anglus, Fernihurſtium coram facti accuſat, ille pernegando confutat, cum nullum Scotum teſtem citare poſſet. In Limitaneis enim his iudicijs, ex conſuetudine, quæ in legem abiit, & inueterato odio, nullus niſi Scotus in Scotum, & nullus niſi Anglus in Anglum teſtis admittitur. Adeo, vt ſi ſinguli, qui aderant, Angli homicidium factum ſuis oculis vidiſſent, eorum teſtimonium caſſum caderet, niſi aliquis Scot⁹ idem etiam teſtaretur. Arranius tamen, ſe ſuis in ædibus contineri iubetur, & Fernihurſtius cuſtodiæ apud Dundeium com mittitur, vbi poſtea diem obiit, vir bellicoſus, magnis auſis promptus,

Quòmodo patrata.

Qui ſuſpectit.

Probationes Limitanea.

Fernihurſtius obijt.

Digitized by Google

promptus, & qui ob immotam in Scotorum Reginam, Regemq; filium fidem, ſemel atq; iterum omnibus bonis, patriæ complexu, & liberorum conſpectu eiectus, patienter exilium tulit, totq; aduerſis confluentibus, infractus, & ſui ſimilis ſemper perſtitit. M. D. LXXXV.

Dum cædis quæſtio comperendinatur, & leniter diſceptatur, an XII M. aurei in penſionem Regi oblati, ad rationem Anglicam vel Gallicam numerandi: Regina, quæ Ruſſelli cædem, & *Securitatem* violatam indigne tulit, perſuaſa à Scotis, Arranij æmulis, eum Ieſuitas fouere, & in Gallia & Scotia ſummopere elaborare, ne fœdus cum Anglis contraheretur, conniuenter permiſit, vt profugi illi Scoti, Angaſius, & qui illi ex communi exilio reconciliati, Ioannes, & Claudius Hamiltonij, Marrius, Glamius, & cæteri in Anglia exulantes in Scotiam redirent, pecunia ad Arranium opprimendum ſuffulti. *Scoti profugi domum remiſſi.*

Iam antea Comes Bothwellius, Baro Humius, Humius Coldingknollius, & alij in Scotia, auxilia illis polliciti erāt; ſed inprimis Maxwellius, nuper factus Comes Mortonij, ex certa ſpe declinandi pœnam rebellionis, quam in Anandia concitarat, ſi Arranius ſemel opprimeretur. In ipſa etiam Aula Regia, Patricius Graius acerrimus Arranij æmulus, Belendenus, *Iuſtitiarius Clericus*, & Maitlandus Secretarius, in partes contra Arranium attracti ſunt.

Illi Scotiam ingreſſi, verboſo Programmate omnibus Regis nomine mandant, vt ad Euangelicam veritatem defendendam, Regem à prauis Conſiliarijs liberandum & amicitiam cum Anglis conſeruandam, opem conferrent; *Favvkirkum* locum ad conueniendum edicunt, vbi VIII M. hominum recenſebantur.

Arranius [qui apud *Keneil* ex Regis iuſſu, ob ſuſpicionem cædis Ruſſelli, ſe continuerat] his auditis, ad Regem aduolat, & Greium, vt huius machinationis architectum, accuſat, qui ſe coram Rege ingenioſe excuſat. Dum Arranius omnia ad oppidi defenſionem apparat, ecce, hoſtes aderāt

ſcalat

Digitized by Google

M. D. XXXV.

ſcalas mœnibus admoturi. Ille gnarus ſuum ſolius caput peti, & ſuorum fidem ſuſpectam habens (plurimis enim exoſus erat) cum vnico famulo per pontē ſe latenter ſubduxit. Reliqui mox, oppido relicto, in Caſtrum ad Regem ſe receperunt. Profugi forum occupāt & aduerſus Caſtrum ſigna erigunt. Rex per Graium internuncium aduentus cauſam ſciſcitatur. Reſpondent, *Vt ſe ſubmitterent, & Regis manus demiſſiſsime exoſcularentur*. Ille bonorum omnium reſtitutionem, ſi abſcederent, offert. Illi bona ne tantilli præ Regis gratia ſe æſtimare renuntiant. Obſecrant vt coram admittantur. Annuit Rex his legibus, *Vt nihil in ipſius perſonam, aut eorum vitam quos nominabit, attentarent; & nihil in rerum adminiſtratione innouarent*. Illi vitam pro Regis ſalute deuouent, de innouatione ne cogitare quidem proteſtantur. Orant autem vt aduerſarij, & munimenta regni ipſis in ſecuritatem tradantur. Hac de re toto die deliberatur, vrgente tamen neceſſitate, cum in Caſtro multitudo eſſet confertiſſima, & annona nulla, demum ad Regem admittuntur. Protinus Montroſius, Cravvfordius, & Rotheſius Comites, Stuartus Chiliarcha, Dovvnius, Arranij frater & alij illis in manus traduntur, Arranius perduellis publicè denuntiatur; illis, vt bonis ciuibus & bene de Rege meritis venia indulgetur, Dunbritonio Hamiltonius Arbrothius, Caſtro Edenburgenſi Coldingknollius, Tomtallano Anguſius, Sterlinio Martius, & Regio ſatellitio Glamius præficitur.

Sterlinium occupant.

Regi reconciliantur.

Deinde, cum fideli obſequio omnia criminoſe, & ſuſpicioſe ab aduerſarijs obiecta, ex animo Regis exemiſſent, in Ordinum conuentu omnes omnium proſcriptiones, quibuſcunq; de cauſis, à Regis inauguratione vſque ad illum diem, *Amneſtia* oblitterantur, [præter illas de cæde patris Regis, necnon contra Archiepiſcopum Glaſcuenſem, Epiſcopum Roſſenſem, & Dumblanenſem] ſummaq; animorum conſenſione, authoritas, fœdus cum Regina Angliæ ineundi, & delegatos aſſignandi, Regi confirmatur. Solus

Amneſtia.

Max-

Digitized by Google

Maxwellius hac ſingulari Regis clementia abuſus eſt, qui *Amneſtiæ* beneficio, impunitatem cruentæ cædis & direptionis contra Ihonſtonios aſſequutus, eo vſque audaciæ prorupit, vt ſpreta legũ authoritate, Miſſæ ſacrificium iam 19. annos in Scotia non permiſſum, Dunfriſiæ celebrari iuſſerit. Quod per tres menſes poſtea carcere luit. *M. D. LXXXV.* *Maxvvollius Miſſam erigit.*

Nec Hibernia vicina turbulento hoc tempore à rebellionis tempeſtate libera fuit. Cum enim reliquæ huius inſulæ Prouinciæ altam pacem agerent, magna rebellio in Connacthia, occidua Hiberniæ parte, erupit, ex inquieta gentis indole, & odio in Richardum Binghamum Præfectum, quem imperio acerbitatem adiungere querebantur. Ille, cum videret, Dynaſtas Hibernicos adeo grauem in miſellum populum exercere tyrannidem, vt non alium Principem quam ipſos agnoſcerent: vt hanc coerceret, & Regiam authoritatem confirmaret, nihil nõ omiſit, quamuis odioſe apud Reginam & Proregem crudelitatis ſubinde accuſatus. Thomas *Roe-Burke*, ex nobiliſſima Anglica familia *De Burgo*, primus ſe oppoſuit, accerſitus ad iuridicum conuentum in Comitatu *Maio*, venire noluit. Præfectus rem aliquantiſper ſimulauit, poſtea illum, vnumq; & alterum turbulentum ex illa familia, intercipi iubet, ne in rebellionem prorumperent, Thomas priuſquam interciperetur, inter pugnandum occubuit. Meilerius & Theobaldus à *Burgo* capti ſunt, & ſuſpenſi, ipſaque rebellio iam primum erumpens, compreſſa fuiſſet, niſi Angli quidam Præfecto infeſti, ſubmonuiſſent reliquos ex illa familia, vt à Præfecto prouide cauerent, nec illum quouis modo accederent. Illi ita animati, *Ionius*, & *Clandonellis*, qui eo tractu clientelis præpotentes, perſuaſerunt, Præfectum non mitius cum illis acturum, ſed paulatim eorum potentiam labefacturum. Effeceruntq; per amicos, vt Prorex Præfecto imperauerit, ne quid aſperius iam inde in familiam nobilem, etſi degenerem, ſe inconſulto, ageret. *Bourkorum in Hibernia rebellio.*

Interea Præfecto in Twmundia abſente, vbi Mahonum

num

Digitized by Google

M. D. LXXXV. num *O-Brean* tumultuantem, Caſtro capto, occidit, filij Edmundi à *Burgo, de Caſtro Barrio*, & Richardus filius Richardi, qui ob ſcelera *Hamus Diaboli* ab Hibernicis cognominatus, contracta perditorum multitudine, duo Caſtra in Lacu *Maſcio* occuparunt & communierunt, è quibus Præfectus eos facile in ſyluas, & montes expulit, Richardum à *Burgo* Thomæ fratrem, qui ſupplex acceſſerat, quaſi inſidiatorem ſuſpendi iuſſit. Cumque cæteros per ſyluas palantes ita perſequutus eſſet, vt vix comparerent, iuſſit Prorex ne vlterius perſequeretur, ſed obſidibus acceptis, in tutelam reciperet. Breui tempore interiecto, dum Præfectus Dubliniæ ageret, & delectus per Hiberniam in bellum Belgicum haberetur, denuo rebellionis ſigna ſuſtulerunt, & plures qui Belgicam militiam detrectarunt, *Clan-Gibboni Clandonelli*, & *Ioii* magno numero ſe conſociarunt. Iam numero & robore auctiores palam profitentur, ſe velle auito more ſuum habere *Mac-VVilliam*, id eſt, Dynaſtam, populari electione, è ſtirpe illa de *Burgo*, qui Regioni præſit, vel alium quempiam ex Hiſpania euocaturos; ſe nolle Vicecomitem admittere, aut iuri in côuentibus ſe ſiſtere. Nec in Ordinem redire voluerunt, etſi Archiepiſcopus Tuamenſis, Birminghamus, Baro Athenriæ, & Dillonus à Præfecto delegati, æquiſſimas propoſuerint conditiones: ſed ex improuiſo in viculos ruſticanos in campeſtri planitie, igne & rapinis ſæuire, atq; munimenta ſubtuere cœperunt. Ad Scotos Hebridianos, I. *Itoleauum*, & Walterum *Kittagh à Burgo* ſubmiſerunt, vt Connachtiam cum auxiliaribus copiis ingrederentur, dum pauci iam eſſent per prouinciam præſidiarij; latefundiis promiſſis, ſi Anglos eiicerent, & rebelles defenderent.

Mach-VVilliam.

Scoti Hebridiani in Hiberniam vocati.

Prorex his auditis, tandem Præfectum rebelles perſequi iuſſit, qui copiis contractis, miſit Comitem *Clan-Richard*, principem familiæ, de *Burgo*, & Birminghamum, qui de pace tractarent, quam cum omnino abnuerēt, obſides morte afficit. Et nullâ morâ interpoſita, cum lento bello nihil

nihil Anglis damnoſius, nihil Hibernicis commodius norit, ipſe & Comes *Clan-Rubard* cum equitatu campeſtria ab iniuriis rebellium defendit. Ioannes Binghamus frater Præfecti cum peditibus ſyluas ingreſſus, eos veſtigiis inſecutus, ita exagitauit, pecorum plus minus quinque millibus abactis (quorum pars maxima militibus viritim ex more regionis diſtributa) vt poſt XL. plus minus dies, fame grauiſſima quodammodo confecti, è latibulis, vix de facie inter ſe noti, prodierint, & demiſſiſſime, obſidibus datis, ſe ſubmiſerint. Soli filii Edmundi à *Burgo de Caſtro Barrio* (quem *Mac William* creare deſtinarant) rebelles perſtiterunt, donec pater captus, & ex lege reus peractus, quod liberos ad rebellionem excitaſſet, ſupplicio eſſet affectus, latifundiis fiſco adiudicatis. Quo quidem tempore Præfectus certis nunciis accepit II M. Scotorum Hebridianorum, Kittagho, & Itcleauo à *Burgo* ductantibus, iamiam in Connaghtiam irrupturos. Hos ille, tumultuario conſcripto milite, & præſidiariis conuocatis, ſedulo per auia, & inuia nocte, dieque indefeſſo labore indagat, dum illi in nemoroſis ſaltubus iuxta lacum *Earnum*, modo ſe occultant, modo hac illac anfractuoſis itineribus accedendo, & recedendo tempus terunt & ille à tergo à fronte, à lateribus ſedulo obſeruat, opportunam pugnandi occaſionem captãs. Tandem ſimulate, quaſi impar numero, recedit. Iſti ſtatim alacrius verſus Ardanariam ad *Morn* fl. progreſſi, ſe Dominos Prouinciæ proclamarunt. Ille mox ab exploratoribus iter eorum edoctus, prope Ardanariam inuenit, vbi acie diſpoſita, tibiis vtricularis inflatis, ſigna efferunt. Ille velitationibus pauliſper exercet, donec ex vliginoſo ſolo in firmius retrocedendo attraxerit, & vniuerſæ copiæ magno ſilentio cõuenerint. Tum acriter inuectus, pluribus cæſis, repellit, mox bombardarii à fronte impetunt, & à latere ipſe cum Equitibus aſſultat adeo animoſe, vt ipſorũ aciem profligarit & ad flumen compulerit, vbi cæſi & ſubmerſi vniuerſi, præter LXXX. qui in *Tiraulium* tranarunt, & qui pri-

M. D. LXXXV.

Rebelles profligati.

M. D. LXXXV.

die alio prædabundi ſeceſſerant, poſteaque à I. Binghamo, & incolis Comitatus *Slego* fere omnes perempti. Perierunt plus minus III. millia hominum, & inter eos præcipui ductores, Donellus *Gormi*, & Alexander *Carrogh*, filii Iacobi *Mac-Conelli*, qui hanc partem diu infeſtarant, atque illi à *Burgo*, qui ad hanc infœlicem expeditionem eos excitarũt. Ex Anglis pauculi deſiderati, plures autem ſauciati. Clara hæc ſane victoria, in præſens & poſterum vſui, extincto titulo *Mac-William* in Connachtia. & Scotorum inſularium inſolentia in Hibernia compreſſa, quæ olim tanta fuit, vt eos in Hibernia hoſpitio ſuſcipere inter læſæ Maieſtatis crimina accenſeretur: & Perottus, ad eorum rapinas coercendas, certum numerum militum bellicis tyrociniis exercendum, Dynaſtis in Vltonia iampridem impoſuerit.

Titulus Mac-VVilliam extinctus.

Ordines Belgici de Protectore deliberans.

Interea Ordines in Belgio, rebus admodum afflictis, conſultabant, an ad Galli vel Reginæ Angliæ opem confugerent, vterque enim Hiſpano infenſi, ſed ſibi inuicem ſuſpecti. Nec Galli Anglos, nec Angli Gallos, veteres hoſtes, acceſſione Belgii potentiores fieri æquo animo ferre poterant. Prunæus Gallicus apud Ordines Legatus, quo minus Anglos ſpectarent, diſſerebat, *eos mari interfluente, ſitu eſſe diſiunctiores, quam vt omni occaſioni adeſſe poſſent, eorum dominationem eſſe intolerandam, ideoque Gallia olim eiectos, & nunc in Hibernia periclitari; ſucceſſionem in incerto, atque ſiue Maria Scotorum Regina, ſiue Iacobus filius ſuccedat, & hunc & illam Belgium Hiſpano ad res ſuas firmandas redditurum. Apud Galles autem eſſe vicinitatem oportunam, mitem dominationem, & certam in Nauarro eiuſdem cum illis profeſſionis ſucceſſionem.*

Rationes pro Gallis.

Pro Anglis.

Qui Anglis fauebant, contra diſputarunt, *Anglos non ita eſſe diſſitos, quin commode nemine prohibente, ſubuenire poſſent. Qualis fuerit Gallorum olim in Belgio dominatio ex hiſtoriis conſtet, & qualis nuper, Dixmunda, Dunkirca, Teneramunda inſidioſe intercepta, Brugæ, Aloſtum, Neoportus & Antwerpia furenter & perfide impetita: qualiſque eorum fides, quæ edictis toties obſtri-*

Digitized by Google

obſtricta & ſemper violata, & immanes per vrbes laniena loquantur. Succeſsionem in Anglia certam eſſe in Iacobo vera religionis perquam ſtudioſo. Præterea Anglos eiuſdem eſſe religionis, antiqui fœderis Burgundici obſeruantiſsimos, eorum negotiationes immenſas opes in Belgium intuliſſe, & portus Belgis longe commodiſsimos eſſe. Nihilominus Ordines ſplendida Legatione Galli opem implorant, à quo pauido quodam ſilentio excepti, & tam ex æmulatione in Anglos quàm odio in Hiſpanos, procraſtinationibus diu deluſi, domum tandem redierunt, & ſpe ex priſtina Reginæ Angliæ beneuolentia concepta ad eius patrocinium confugere ſtatuerunt. D. M. LXXXV. *A Gallo reiecti.*

Hinc in Anglia etiam conſultatur, an illi in patrocinium recipiendi; Erant qui protinus recipiendos, & ſuppetias ferendas, ne Hiſpanus, illis ſubiugatis, Angliam inde infeſtaret: erant qui rebellium loco habēdos, & auxilio indignos, quaſi fidem in Principem exuerant, cenſuerunt. *Imo Hiſpanum nullos* Læti introitus *articulos violaſſe, quod rebellioni & Principis abdicationi quaſi color quæſitur. Sin violaſſet, non inde Principatum amittendi pœna teneri. Etſi vero aliqui putant obedientiam ei tantiſper denegandam, donec quod peccauerat, correxerit, alios tamen ex iure diuino, cui humanum cedat, exiſtimare; Principibus, vt* Poteſtatibus à Deo ordinatis, *ſimpliciter* propter conſcientiam *obſequendum. Deum illis ſummam imperij dediſſe, ſubditis obſequij gloriam reliquiſſe. Principes optimos exoptandos, qualeſcunque ferendos. Prouincias illas Hiſpano, non populi electione ſed iure hereditario, à maioribus, & Imperatorum donatione, obueniſſe. Adhæc ipſos Belgas priuilegia quæ habent, à Principibus accepiſſe, eademque læſæ Maieſtatis crimine amiſiſſe, arma in ipſum iam antea ſumendo; Qui iam patrocinium petunt, non eſſe Belgij Ordines, ſed pleroſque homines eſſe plebeios, qui Ordinum laruam induerant.* Hi conſultiſſimum iudicarunt, *Si Regina ſe Belgicis rebus non amplius intermiſceret, ſuum autem regnum firmiſsime muniret, bonos innata benignitate indies arctius aſtringeret, malos coerceret, pecuniam coaceruaret, claſſem ab omni apparatu inſtrueret, limites Scotiæ* *Angli, an protegendi, deliberant.*

D. M. LXXXV. *verſus præſidiis firmaret, & veterem militarem Anglorum diſciplinam (quaſi ea iam Belgico bello corrupta) conſeruaret. Ita Angliam futuram inexpugnabilem, illamq; omni parte ſecuriſſimam & hoſtibus formidandam. Hanc commodiſſimam eſſe belli auertendi rationem iis, qui vicinos habent præpotentes. Neminem enim eos prouocaturum, quos à pecunia, & viribus inſtructos, ſubditorum beneuolentia munitos, promptosq; & paratos ad vindicandum viderit. Præpoſteræ igitur eſſe prudentiæ, pecuniam & viros militares, vitales belli ſpiritus, in aliena cauſa pro Principibus, aut populis egenis, iiſdemq; aliorum ſubditis prodigere, qui ſemper ſunt ſubleuandi, aut præ inopia, aut ingratitudine tandem in rem ſuam ſibi conſulent, & adiutores negligent; Quod Angli in Gallia olim, in cauſa Burgundi, & non ita pridem in Proteſtantium defenſione ſuo damno experti fuerunt.* Sed qui in hac ſententia, vt in Hiſpani partes propenſiores, degeneres, & ignaui grauem offenſionem apud viros militares incurrerunt.

Belgæ Reginæ ſe offerũt. Ordinum delegati vbi primum Reginam acceſſerant, pluribus obteſtantur, vt Confœderatarum Belgii Prouinciarum dominium, populumque Belgicum indigniſſime oppreſſum in protectionem & perpetuam clientelam ſuſciperet. Illa benigne audit, dominium, & protectionem recuſat. Ad obſidionem tamen Antwerpiæ ſoluendam, quæ arctiſſime tum à Parmenſi Principe preſſa, paciſcitur, vt Scluſa cum machinis bellicis ſibi in manus pignori tradita, IIIIM. militum illico ſubmitterentur. Verum dum hoc agitur, Antwerpia (Scaldi flumine admirandis operibus intercluſo) deditionem fecit.

Illa deliberat. Poſtquam Reginæ curæ & cogitationes in hoc aliquandiu excubaſſent, ipſaque graué Hiſpanorum in Belgas vicinos ſæuitiam, & odium in Angliam, & religionem quam colit, perſpexiſſet (Hiſpano enim perſuaſiſsimum erat, Belgium in ordinem redigi non poſſe, niſi Anglia prius expugnata.) Ne bellum domum attraheretur (Scotia adhuc nutante,) Hiſpani potentia plus nimio diffunderetur in regionibus fere contiguis, quæ ſitu ſunt percommodo

ad bel

ad bellum in Angliam transferendum, ad mercatorum negotiationes, tam per mare, quam per Rhenum exercendas, & ad omnem nauticum apparatum, ne ad hoſtes de uehatur, prohibendum, præterea quæ à claſſe validiſſima & fortiſſimis claſſiarijs adeo inſtructæ, vt ſi Anglicæ claſſi coniungerentur, facile foret maris imperio potiri; adeoq; opulentæ, & potentes, vt inſultantes hoſtes iã diu ſine ope externa cohibuerint; necnon ne Gallorum fidei ſe permitterent; ſtatuit, & Chriſtianæ pietatis eſſe, afflictis Belgis, eiuſdem religionis cultoribus ſubuenire, & prudentię, exitioſas hoſtium machinationes præuertendo, populi ſibi commiſſi incolumitati conſulere; idq; non ex gloriæ cupiditate, ſed quadam tuendæ ſalutis neceſſitate. Hinc Belgarum patrocinium palam ſuſcipit, Orbis Chriſtiani Principibus maſculam in muliere fortitudinem demirantibus, quæ potentiſſimo Monarchæ quaſi bellum denunciare auſi. Adeo vt Suecorum Rex dixerit, Elizabetham capiti Diadema iam detraxiſſe, & dubiæ Martis aleæ expoſuiſſe. *M. D. LXXXV.* *In patrocinium ſuſcipit.*

In huiuſmodi Leges intereã, & Ordines confœderatos conuentum eſt: *Regina mittet fœderatis Prouinciis auxiliares copias* V M. *Peditũ*, X M. *Equitum, ſub Gubernatore Generali, viro clarioris notæ, & durante bello ſtipendia ſoluet, quæ Ordines, pace reſtituta, rependent; nempe primo pacis anno, expenſa in primo belli anno, reliqua quatuor annis ſubſequentibus in cautionem interim Fluſſinga, & arx Ramekana in VValachria, & inſula Briela cum vrbe & duobus propugnaculis, in Reginæ manus tradãtur, Earum Præfecti nullam in incolas, ſed tantum in præſidiarios exerceant authoritatem, qui canones & impoſitiones perinde ac incolæ ſoluent. Loca illa, poſtquam pecuniæ fuerint repenſæ, Ordinibus, non Hiſpano, aut cuicunq; hoſti, reddantur. Gubernator, & duo Angli, quos Regina nominauerit, in Ordinum conſilium admittantur. Ordines nullũ fœdus, Regina inconſulta, ineant, nec ipſa Ordinibus inconſultis. Naues ad communem defenſionem pari numero, ſumptu communi, ſub imperio Admiralli Angliæ inſtruantur. Portus vtrinq; pateant, &c. quæ typis excuſa proſtãt.* *Quibus Legibus.*

Digitized by Google

M. D. LXXXV.

In huius memoriam Zelandi gaudio triumphantes, nũmos cuderunt cum Inſignibus Zelandiæ, Leone ſcilicet è fluctibus emergente, & inſcriptione, LVCTOR ET EMERGO, in altera parte cum Inſignibus vrbium Zelandiæ, & AVTHORE DEO, FAVENTE REGINA. Illa edito libello docet, fœdera & ſocietatem olim inter Reges Angliæ, Belgij Principes & vrbes ſeorſim fuiſſe contracta, de mutua fide & defenſione præſtanda. Efferatam Hiſpanorum in miſellos Belgas crudelitatem, nefarias ipſorum in ſe molitiones exponit, quæ tantopere pacem componere ſtuduerat, & ne Belgæ omnino deficerent, effecerat. Nec aliud ſibi propoſitum eſſe auxiliares copias mittendo, quam vt Belgæ priſtina libertate, ipſa ſubditiq; ſecuritate, & vtraq; natio commercijs pacate gauderet.

Cauſas publicat.

Claſſem, vt Hiſpanum diuerteret, emittit.

Simulq; ne bellum domi expectaret, ſed Hiſpano negotium foras faceſſeret, Franciſcum Dracum rei nauali, & Chriſtophorum Carlilum terreſtribus copijs Præfectum, cum claſſe XXI. nauium, in qua IIMCCC. milites volones, & nautæ, ad Indiam Occidentalem miſit, qui in Inſula *S. Iacobi* probe *Viride Promontorium*, oppidum *S. Iacobi*, q; inſulæ nomen fecit, in depreſſa valle ſitum ex improuiſo occuparunt, anniuerſariumq; inaugurationis Elizabethæ diem, ſc. XVII Nouembris tormentorum diſploſione celebrarunt, Oppido direpto, ne tantillum auri repererunt, farinæ, vini, & olei vim magnam, Decimoq; quarto poſt die oram ſoluerunt, multiq;, qui ſub dio excubarunt, morbo acuto correpti (*Calentura* vocitant) qui cœlo iſto inſalubri familiaris eſt aduenis ſub dio veſperi agentibus, perierunt. Kalendis Ianuarij Hiſpaniolam appulerunt, ad decimum ab vrbe *S. Dominici* milliare, milites loco tuto, Hiſpani intercepti indicio, expoſiti inſtructis ordinibus vrbem verſus progreſſi, CL. Hiſpanis Equitibus, qui ſe obiecerunt, repulſis, & ſclopetarijs, qui in inſidijs diſpoſiti, fugatis, permixtim vna cum illis, duabus, quæ ad Occaſum patent, portis, in vrbē irruerunt, ſimulq; incolæ omnes ex vrbe

Angli S. Iacobi capiunt.

Calentura morbo laborant.

Digitized by Google

be per portã Aquilonarem trepidi proruerunt. Angli ad forũ iuxta Tẽplum maximum agminatim incedunt, cumq; ad vrbem amplam tuendã iuſto numero non eſſent, aggeribus cõmunierunt, poſtea loca alia opportuna occuparunt, iamq; vrbe potiti, integrum menſem ibi hæſerunt. Cũ vero ciues pro vrbe redimenda, tantillã pecuniam offerrẽt, primus ædes ſuburbanas, deinde ſplendidiſſimas quaſq; in ipſa vrbe incẽdere & demoliri cœperũt, donec ciues XXV millibus aureorum, quæ ęgre confecerant, ædificia redemerint. Præda, niſi ex bellicis machinis, farina, & ſaccharo, non magna. Æreienim nummi, & vaſcula vitrea atque argillacea, ex India Orientali, ſolummodo ibi in vſu. In Prætorio ſpectabantur inter alia, Inſignia Regis Hiſpaniæ, Orbiſq; terrarũ ſubiectus, è quo equus, pedibus anterioribus extra proiectis, exilit, cũ hac Epigraphe, NON SVFFICIT ORBIS: Quod irriſum, & arreptum in argumentũ infinitæ auaritiæ & ambitionis Hiſpanorũ, quaſi nihil ſufficeret.

M. D. LXXXVI.

S. Dominici capiunt.

Hinc in Continentem Americæ delati, ad quintũ à *Cartagena* milliare terram conſcendunt, compoſitumq; agmẽ nocte ſilente per littus ducit Carlilus, dum Dracus portum vrbis, propugnaculo, & catena protenſa communitum, fruſtra cum armatis actuarijs aggreditur. Carlilo turma Equitum ſe oſtendit, & mox recedit. Ille inſequitur, peruenitque ad iſthmum, inter ſtationem portus interiorem & Oceanum, lapideo muro munitam, vno tantum aditu, qui vix plauſtro peruius, dolijs terra oppletis, & quinq; tormentis maioribus firmatus, quæ directe in agminis frontẽ ſæpius in-caſſum diſploſa, dum Carlilus periculi declinãdi gnarus, beneficio tenebrarum, & captata opportunitate refluxus Oceani, ſuos inferius per ſabulum duxerit, ad ipſum aditum, quem Angli animoſe perruperunt, licet ex interiori illa portus ſtatione binæ triremes vndecim tormentis maioribus, & trecẽtis ſclopetarijs in latus intonuerint. Deinde ſepimenta, ad ſingularum platearum introitum prouide præſtructa, fugatis Hiſpanis, & Indis, qui venenata te-

Cartagenam expugnant.

Digitized by Google

M. D. LXXXV.

la ſparſerunt, facile ſuperarunt, vrbeq; potiti ſex ſeptimanas ibi egerunt, pacti pro vrbis redemptione CXM. aureorũ, quæ in præſentiarum ſoluta, & nautis & militibus maxime indigis viritim diſtributa. Cæterũ præda exilis obtigit. Ciues enim ex Hiſpaniola præmoniti pretioſa quæque in remotiora loca iam antea trãſtulerant. *Calentura* illa adhuc graſſante, & numeros imminuente, conſilium expugnandi *Mombre de Dios* abiectum, domumque verſus vela verterunt per Cubæ inſulæ promontorium S. Anthonio ſacrum, vbi è puteis aqua pluuiali aquarunt.

S. Antonii & S. Helenæ incendunt.

Floridæ littora deinde legentes, duo opidula *S. Anthonii* & *S. Helenæ* à præſidiarijs Hiſpanis derelicta occuparunt, & incenderunt, demumque per lancinatum litus prouecti, inuenerunt Anglos, qui VIRGINIAM, ita in honorem Elizabethæ virginis denominatam, inſederunt, quos Walterus Raleghus, magna apud Elizabetham gratia florens, nunquam ſatis laudato ſtudio remotas Regiones detegendi, & naualem Angliæ gloriam promouendi eo in coloniã iam pridem miſerat. Horũ Præfecto Radulpho Lano Dracus omnia humanitatis officia detulit, vnamq; & alteram nauem, cum re annonaria viroſq; nonnullos, ſi viſum ibi manere & inceptum perſequi; ſin minus in Angliam reuehere. Dum autem commeatus in illas naues transfertur, tẽpeſtas inſolita abripuit, & vniuerſam claſſem ita diſſipauit; vt non colligeretur priuſquam in Angliam appellerent.

Virginiam inuadit.

Colonos inde deducunt.

Hinc Lanus & deductitij illi penuria conflictati, & omni ſpe commeatus ex Anglia deiecti, numeroq; valde accisi, vna voce à Draco efflagitarunt, vt in patriam reueheret, quod lubens fecit.

Tabacca primum in Angliam inducta.

Et hi reduces Indicam illam plantam quam *Tabaccam* vocant & *Nicotiam*, qua contra cruditates, ab Indis edocti, vſi erant, in Angliam primi, quod ſciam, intulerunt. Ex illo ſane tempore vſu cœpit eſſe creberrime, & magno pretio, dum quamplurimi graue-olentem illius fumum, alij laſciuientes, alij valetudini cõſulentes, per tubulum

tubulum teſtaceum inexp'ebili auiditate paſſim hauriunt, & mox è naribus efflant; adeo vt tabernæ Tabaccanæ non minus quam ceruiſiariæ & vinariæ paſſim per oppida habe antur. Vt Anglorum corpora, (quod ſalſe ille dixit) qui hac planta tantopere delectantur, in Barbarorum naturam degeneraſſe videantur; cum iiſdem quib. Barbari delectentur, & ſanari ſe poſſe credant. Hac expeditione deſiderati erant ſeptingenti, omnes fere ex *Calentura*, Præda ad LXM. librarum monetæ Anglicæ æſtimata, tormenta bellica ænea & ferrea CCXL. ab hoſte relata. *M. D. LXXXV.* *Præda relata.*

Dum hæc ſub *Zona Torrida* in America geruntur, Ioannes Daniſius cum duabus nauibus, impenſis Guilielmi Sanderſoni, de Geographicis ſtudijs edendo Globos bene meriti. & aliorum Londinenſium, viam ſub *Zona Frigida* per ſuperiorem Americæ partem ad Orientalem Indiam indagauit. Ille ſeptentrionem verſus curſum tenuit, & ad quingenteſimam à Notio Hiberniæ Promontorio, Leucam, primum aſpexit *Groenlandiæ* littora, montibus niue candeſcentibus edita, & glaciali quaſi antemurali per duas à terra leucas ita obſeptam, vt adiri non poſſet. Huius igitur tractum primum in Occaſum, deinde in Septentrionem vergentem ad LXIIII. Latitudinis Gradum ſequutus, glaciem præteruectus inter virentes inſulas incidit, incolaſque reperit mediocri ſtatura, oculis exiguis, imberbes & mitiori, quam plerique Septentrionales, ingenio. Hinc in Caurum, mari à glacie libero, nauiganti ad LXVI. Gra. Latitudinem littus ſe obiecit, quod ſenſim in Occaſum patuit, freto æquali latitudine: in quod quadraginta plus minus leucas ingreſſus, exeunte Auguſto, ſpe plenus domum vela vertit. Inſequenti anno in idem fretum ad LXXX. leucas penetrauit, mare illud inſulis hinc inde inſterſtinctum deprehendit, & in reditu piſcoſiſſimum vidit. Hinc tertium repetita hæc nauigatio cum duab. nauib. ad piſcandum, & altero ad tranſitum inueniendum, quo ille ad LXXXIII. Gradum in eodem freto q; XL. leucas patere obſeruauit, delatus, redijt. *Via in Indiam quæſita.*

Digitized by Google

M D. LXXXV.

De glaſto Edictum.

Priuatorum interim auaritiæ in Anglia edicto cauetur, qui arua & feraciſſima paſcua ad ſerendam Iſatidem herbam (*VVoad* vulgo vocāt) in vſum tinctorū conuerterant, nō ſine pannariorum & colonorum damno, qui lacticinijs veſcuntur. Vnde vetitum, ne herbam illam ſererent intra octaua milliaria ab ædibus Regijs, & quatuor milliaria ab vrbibus, oppidis Mercatorijs, & alijs vbicunque pannificium exercetur.

Barbarica Mercatorum ſocietas.

Ad pannos autem Anglicos quæſtuoſius diſtrahendos, licentia negotiandi in Mauritania Cæſarienſi conceſſa Ambroſio Comiti Warwici, fratriq; eius Leiceſtrio, Thomæ Starkio, Gerardo Goro, & alijs quibuſdam Mercatoribus Londinenſibus in duodecennium, ad reſarcienda quę in Africa pertulerant, cæterique omnes prohibiti ne in illa ora negotiarentur. Et hos *Mulleius Hamet Xeriſius* in ſuum patrocinium recepit.

Obitus Comitis Lincolniæ.

Ineunte hoc anno diem obiit Edwardus Clintonus, maris Præfectus ſiue *Admirallus*, qui Comes Lincolniæ anno M D L X X I I ab Elizabetha creatus, Windeſoræ ſepultus, & *Fines* ſepulchrali inſcriptione falſo cognominatus, (quod adnoto, non vt arguam, ſed ne ipſe arguar) Succeſſit in dignitate Henricus filius, in maris Præfectura Carolus *Effinghamius* Reginæ Camerarius. Illi autem eo in munere ſucceſſit Baro Hunſdonius, Berwici Præfectus, ante aliquot annos Franciſco Ruſſello Comiti Bedfordiæ ſuffectus. Qui

Et Comitis Bedfordiæ.

ſecundus ex hac ſtirpe Bedfordiæ Comes, religionis virtutiſque verus cultor, cum tribus filijs, Edwardo, Ioanni, & Franciſco ſuperuixiſſet, vnicuſque ſupereſſet filius Guilielmus, Baro Ruſſellus de *Thornhaugh*, & tres filiæ tribus Comitibus, Warwici, Bathoniæ, & Cumbriæ elocatę; è gangrena obijt (poſtridie quam filius Fran. in limite Scotię fuerit occiſus, vt dixi) & Cheneiæ in agro Buckinghamienſi cū patre Ioanne contumulatur. Succeſsit Edwardus è Franciſco tertio filio nepos ætate pupillari.

Et Dom. Caldwelli.

Nec inter hos, licet minoris notæ, ſilendus hoc etiam

anno,

anno, fato functus Richardus Caldvvellus, è Collegio Ænei Naſi Oxoniæ, Medicinæ Doctor, qui vt de Repub. bene mereretur [adſcito in partem honoris Barone Lumleio] Lectionem Chirurgicam honeſto ſalario in Medicorũ Collegio, Londini à Thoma Linacro fundato, inſtituit. Iuxtaque ad Sancti Benedicti inhumatur, monumento laqueis plintheis, & charchefiis, ſcamno Hippocratis, gloſſocomiis & alijs Chirurgicis, ex Oribaſio & Galeno machinamentis exornato. *M. D. LXXXV.*

Extremo iam anno, Comes Leiceſtrius, ex titillante imperij & gloriæ cupiditate, facile ab ijs perſuaſus, qui ſuæ ſecuritati, & in aula potentiæ, magis quam illius honori conſuluerunt, titulo *Generalis Auxiliarium Reginæ* Angliæ, in Holandiam, cum quodam quaſi imperio in Angliæ Admirallum, & vniuerſam claſſem Regiam, magno apparatu & ſplendore traiecit, Eſſexiæ Comite, Audleio & Northo Baronibus, Guilielmo Ruſſello, Thomæ Shirleio, Arthuro Baſetto, VValtero VVallero, Geruaſio Cliftono, aliiſque ex Ordine Equeſtri; & delecto quingentorum nobilium agmine comitatus. Diſcedenti Regina inter mandata dedit vt nihil niſi quod ipſa, & eius loco digniſſimum, ne cogitaret quidem, vt ediſceret diligentia quanta poſſet maxima, quæ, & qua ratione Ordines præſidia alunt, qua arte rem nummariam intendunt, & remittunt [hoc enim illi præ cæteris callent] ne milites alio valore acciperent, alio expenderent. Monuit vt hoſti commeatum omnem intercluderet, vt Dunkirkanos piratas, qui mare admodum infeſtarunt, cohiberet, nobileſque illarum partium, potiſſimum Auraſionenſis liberos maiorem in modum illius fidei intime commendauit.

Comes Leiceſtria in Hollandiam miſſus.

Eius documenta.

M.D.LXXXVI.

Digitized by Google

M. D. LXXXVI.

ILLE Fluſſingam appulſus à nepote Philippo Sidneio loci Præfecto, & deinde à Zelandiæ & Hollandiæ vrbib. nullo non honoris genere, fauſtis acclamationibus, arcubus triumphalibus, tabulis votiuis, conuiuijs, & id genus cæteris excipitur. Vbi *Hagam* Hollandiæ menſe Ianuario peruenerat, ſummum imperium & abſoluta authoritas in fœderatas Prouincias ab *Ordinibus Generalibus* (vt vocant) Diplomate illi committitur: cum titulo *Gubernatoris, & Capitanei Generalis Hollandiæ, Zelandiæ. Prouinciarum vnitarum, & cōfœderatarum.* Iam ſplendido ſatellitio ſtipatus, *Excellentiæ* titulo ab omnibus ſalutatus, & aſſentationib. delinitus, quaſi in altiſſimo ampliſſimoq; honoris gradu poſitus, Regios ſpiritus ſumere cœpit. Ecce a. Regina, quæ Ordines tantum honorem detuliſſe, & illum admiſiſſe, indigniſſime tulit, hominem extumeſcẽtem, vna quidem literula in hanc ſententiam ex improuiſo compreſſit.

Abſoluta authoritas illi delata.

Hoc Regina ægerrime tulit.

Quam contemptum erga nos te geſſeris, ex hoc nuntio, quem eo nomine ad te miſimus, accipies. Ne cogitauimus quidem hominẽ, quem è puluere excitauimus, & præ cæteris fauore ſingulari complexa ſumus, tanto cum contemptu mandata noſtra violaturum in re tanta, & quæ noſtra, noſtriq; honoris tanti interſit. Cuius quamuis tu ne tantillam habes rationem, contra quam ex fide debes; ne tamen exiſtimes, eius reſarciendi nos adeo ſupine negligentes eſſe, vt tantam iniuriam ſilentio aut obliuione inuoluamus. Itaq; mandamus, vt omni excuſatione ſepoſita, protinus prouide qua nobis ob ſtrictus teneris, præſtes quæcunque Heneagius Procamerarius noſter noſtro nomine declarauerit, niſi maius periculum tibi attrahere malueris.

Cum eo expoſtulat.

In alijs ad Ordines Generales literis expoſtulauit, *quod in ſuam contumeliam, abſolutum* Fœderatarum Prouinciarum *imperium*

Item cum Ordinib.

imperium, Leiceſtrio ſibi ſubdito, ipſa inconſulta, detulerint, cum ipſa penitus recuſauerit, & vniuerſo orbi terrarum edito ſcripto declarauerit, ſe tantum ſuppetias afflictis vicinorum rebus laturam, imperium nullo modo aſſumpturam. Monuit igitur, *vt authoritate illa abſoluta, Leiceſtrium, cui ipſa terminos circumſcripſerat, exuant, non quod eorum cauſam non fouendam cenſeat, ſed vt honori ſuo, quem vita potiorem habet, conſulat.* Reſcribunt Ordines *ſibi dolori eſſe maximo, quod abſolutam authoritatem Leiceſtrio, ipſa inconſulta, deferendo offenſionem ſubierint. Vt rei neceſſitas leniat, orant; cum ad turbas vitandas eiuſmodi authoritas alicui neceſſario fuerit deferenda; nec illa ſane tãta ſit, quanta verbum* abſoluta *præ ſe ferre videatur, cum ipſe principatus, & dominatio ſuprema, & dominij dignitas penes populum integra maneat. Authoritatem autẽ delegatam reuocare, nihil aliud eſſe, quam in extrema pericula rem Belgicam præcipitare.* His Ordinum, & flebilibus Leiceſtrij literis, qui lachrimis & ſimulato dolore, mitiſſimæ Principis gratiam reconciliare nouerat, offenſio paulatim obliterata euanuit. M. D. LXXXVI

Illi excuſant.

Ille interim omnes Prouinciarum contributiones accipit, leges militares ſancit, dumq; negotiationibus, noua imponere vectigalia molitur, magnam apud populum ſibi concitat inuidiam. Iam *Grauiam* Brabantiæ oppidum ad Moſam fl. Parmenſis, Belgij ſub Hiſpano Gubernator, per Carolum Comitem Mansfeldiæ, circumpoſitis propugnaculis, menſes aliquot incinxerat. Ad hanc ſubleuandum, Leiceſtrius Comitem Hohenloum Germanum, & Ioannem Norriſium Anglum, peditibus Anglicis Præfectum, mittit, qui vbi primum munimentum proxime oppidum erigere cœperant, vnde commeatum, & ſubſidium inferrent, Hiſpani aggreſſi repulerunt: & mox Anglorum numeris ſuperuenientibus illi magna clade repulſi, ſeptem è ductoribus deſideratis, Norriſio leuiter ſauciato. Hohenlous paulo poſt perrupto aggere, & vndis late immiſſis, commeatum & ſubſidiariam manum cymbis inuexit. Simul ac Parmenſis ipſe aduenisſet, & in oppidum tormentis

Ille ad Grauiam liberandam mittit.

maioribus

Digitized by Google

M. D. LXXXVI. maioribus effulminaſſet, Hemartus loci Præfectus, iuuenis rei militaris ignarus, ne impreſſione quidem expectata, ſibi & ciuibus incolumitatem pactus, locum dedidit; dum interea Leiceſtrius Batauiam proprie dictam (hodie *Betovv*) inſulam amnicam, inter Rhenum & Vahalim interſitam, Hiſpanis expulſis, liberat, & iuxta *Telonium* propugnaculum firmat, Grauiam deditam Hemartus ille in exemplar capite luit.

Quæ tamen deditur.

Betouia Hiſpanos expellit.

Parmenſis in Geldriam profectus, ad *Venlorem* Caſtra ponit, quæ Schenkius Friſius, & Rogerus *VVilliams*, Cambrobritannus, viri animoſi, magno auſu perrumpere intempeſta nocte, & in vrbem ingredi conati, cæſis hoſtium nonnullis, ad ipſius Parmenſis tentorium penetrarunt; Sed reiecti, ſpe ſua, non ſine aliqua præcipitis audaciæ inter viros militares laude, exciderunt, & *Venlo* breui dedita. Interim Baro Willoughbeius *Bergæ ad Zomam* Præfectus, rem frumentariam hoſtium intercipit, ex alia parte Philippus Sidneius, & Mauritius, Principis Auraſionenſis filius, *Axelam* Flandriæ oppidum, ex improuiſo capiunt. Sidneius ex hoc ſucceſſu animo plenus, *Grauelingam*, à præſidiarijs nonnullis ſpe ineſcatus, noctu tentat, ſed eluſus, pauciſq; ſuorum à *La-Motto* Præfecto, qui fraudem compoſuerat, cæſis, cum reliquis incolumis euadit. Guilielmus Pelhamus Angliæ Equitibus Præfectus, Brabantiam perſultat, Parmenſis à Venlone *Bercam* iter dirigit, in qua M CC. Angli, ſub Morgano Chiliarcha, eamq; obſidione incingit, ad quam ſoluendam Leiceſtrius properat, ſed cum ſe numero imparem, à commeatu minus inſtructum, nullum in proximo eſſe receptum, & hoſtium Caſtra munitiſſima videret: vt hoſtem ab obſidione diuerteret, ipſe Duisburgam obſidet, & poſtquam mœnium parte tormentis diſiecta, oppugnationem inſtituerat, ad deditionis conditiones peruentum, & vrbs in poteſtatem recepta, priuſquam Parmenſis à Berca retractus ſubueniſſet.

Audax inceptum.

Venlo amittitur.

Axela capitur.

Grauelinga tentatur.

Duisburga obſidetur.

Ille

Digitized by Google

Ille autem Zutphaniæ vrbi propinquæ metuens, commeatum ſubuehi iubet, qui dum iterum cœlo nebuloſo ſubuehitur, incidunt Angli per nebulam in Hiſpanos, qui commeatum immiſerant. Hinc prælium tumultuarium conſertum, Angli è loco munito glandium tempeſtate vna atq; altera impetiti, firmi conſiſtunt; Equitum turmã, ſub Georgio Creſſiaco Albano emiſſam, profligãt, ipſum equo à Willoughbeio diiectum, capiunt, Hannibale Gonzaga cum multis alijs interfecto. Ex Anglis pauci deſiderati, ſed qui inſtar plurimorum, *Sidneius* equo perfoſſo dum alterum aſcendit, glãde femur traiectus, viceſimo quinto poſt die, magno ſui deſiderio bonis relicto, in flore ætatis expirauit, vix quatuor menſes patri ſuperſtes. Cui Leiceſtrius auunculus in Angliam reuerſus, exequias magno apparatu, & militari ritu in Templo S. Pauli Londini ſoluit, Iacobus Rex Scotorum Epitaphio parentauit, vtraq; Academia *Lachrymas* conſecrauit, & Nouum Oxoniæ Collegium elegantiſſimum *Peplum* contexuit. Hæc & ampliora, viri virtus, ingenium ſplendidiſſimum, eruditio politiſſima, moreſq; ſuauiſſimi meruerunt.

M. D. LXXXVI.

Ph. Sidneius occiditur.

Leiceſtrius mœſtus merenſque licet, propugnacula iuxta Zutphaniam acriter oppugnat, atq; vt fœlicius expugnaret, inſulam amnicam, & in ea munimentum primum intercipit, inde propugnaculum minus adortus, virtute Edwardi Stanlei cepit, qui arreptam Hiſpani lanceam, qua impetitus erat, adeo firmiter tenuit, vt per eam in ipſum propugnaculum attractus fuerit; vnde Hiſpani territi trepide ſe ſubduxerũt. Stanleium, ob fortitudinem, Equeſtri dignitate ornauit Leiceſtrius, quadraginta libris monetæ Anglicæ in præſentarium, annuaq; penſione c. Marcarum ad vitam munerauit. Nocte inſequẽte Hiſpani maius propugnaculum cum omni apparatu reliquerunt, & in Zutphaniam ſe receperunt. Nec Leiceſtrio viſum eſt obſidere, quæ, ſumma iã hyeme, præſidijs in circumpoſitis oppidis ſatis obſeſſa videbatur, Dauentriæ enim intra VI. milliare

Edw. Stanlei ex illuſtri Elford fortitudo.

Angli-

Digitized by Google

M. D. LXXXVI.

Anglicum ad Aquilonem, egit Guilielmus Stanleius cum M C C peditibus Anglis, & Hibernicis, in Zutphaniæ propugnaculis iuxta Dauentriam, Rolandus Yorcus cum V I I I C peditibus, & C equitibus, Duisburgi intra VI milliare ad Auſtrum Ioannes Boroughus cum V I I I C peditibus, & C C equitibus, & ad Ortum præſidiarij in Lockhamia, Sheirenberga, & Doetico erant diſpoſiti.

Ordines Leiceſtrium querelis impetunt.

Leiceſtrius, cum reliquos milites in oppida deduxiſſet, & Parmenſis longius abſceſſiſſet, *Hagam* reuertitur, vbi querulis expoſtulationibus ab Ordinibus excipitur, *rem nummariam male fuiſſe adminiſtratam, aures eius prauis patere conſiliis, auxiliarium Anglorum numeros non eſſe completos, extraneos milites nullo Ordinum conſenſu fuiſſe conſcriptos, diſciplinam militarem negligi, currus & cunicularios vi cogi, Prouinciarum priuilegia contemni, nouas contributionum formulas excogitari.* Vt his ſalutare remedium tempeſtiue adhibeat, orãt.

Ille in Angliam redit.

Ille iam Angliam cogitans, ſpem blande fecit. Quo autem die iam deceſſurus, Prouinciarum adminiſtrationem Ordinum conſilio committit, eodem die alio *Reſtrictionis* Diplomate ſecreto confecto, authoritatem omnem, in Gubernatores Prouinciarum, Vrbium, & Arcium ſibi reſeruat, quinimo ſolitas iuriſdictiones, Ordinum Conſilio & Prouinciarum præſidibus adimit, & in Angliam tertio Decembris die traiicit. Ita toto hoc anno res Angliæ in Belgio ſe habuerunt.

Arundelius mulctatur.

In Anglia vero Philippus, Comes Arundeliæ, qui toto iam anno in carcere abditus iacuerat, in *Camera Stellata* accuſatus erat, *quod Sacerdotes contra Leges fouiſſet, literarum commercium, cum Alano & Perſonio Ieſuita, Reginæ hoſtibus, habuiſſet, ſcripto publicato regni iuſtitiæ derogaſſet, & regno ſine licentia exire cogitaſſet.* Ille obſequium in Reginam, & charitatem in patriam profeſſus, ſe ex religionis Catholicæ ſtudio, & legum ignorantia modeſtiſſime excuſauit, iudicioq; confeſſus ſe ſubmiſit, qui cum X millibus Librarum mulctarunt, & carceri, quamdiu Reginæ viſum, adiudica-

Digitized by Google

dicarunt. Sed de his anno M. D. LXXXIX. plenius dicendum. *M. D. LXXXVI.*

Danus pro pace intercedit. Venerat hoc tempore in Angliam à Frederico II. Danorum Rege, Henricus Ramelius, in rebus Germanicis Cancellarius militari apparatu, & ſclopetariorum ſatellitio ſtipatus, qui propenſam Regis Danorum voluntatem erga Elizabetham, & Orbis Chriſtiani pacem, fuſe declarauit, ad quam cum Hiſpano conciliandã omnem operam ſpopondit, *ne*, vt inquit ille, *humani generis hoſtis ſementem bellorum, quam in Belgio fecerat, diutius ſanguine humano irrigaret.* Illa benignisſime audiuit, crebros cũ eo ſermones habuit, ſingulari cum humanitate hominem complexa, piumq; Dani animum inprimis laudauit. Reſpondit autem per Baronem Burghleium Theſaurarium, Carolum Howardum Admirallum, Henr. Baronem Hunſdonium Camerarium, & Fr. Walſinghamum à Secretis, *nihil ſibi magis in votis eſſe, quam pacem, in qua nihil ſit inſidiarum, cum vicinis Principibus colere; perſpectis autem Hiſpani in ipſam molitionibus, non poſſe ſuæ saluti non proſpicere, veram Chriſti religionem tueri, & priuilegia confœderatorum vicinorum ſarta tecta conſeruare.* In eandem fere ſententiam, reſpōdit etiam Bodellano, quem Parmenſis in Angliam de pace tentanda, ſubmiſerat. *Elizabetha reſpondet.*

Nauarro pecuniam ſuppeditat. Nauarro interim, per cuius latus Guiſiani reformatam in Gallia religionem oppugnarunt, pecuniam per Horatium Pallauicinum, large ſuppeditauit. In nihil tamen magis intenta, quam vt firmiſſimam inter Angliam & Scotiam conſolidaret amicitiam, vnoque *mutuæ defenſionis & offenſionis fœdere* coniungeret, quo ſpem auxilii è Scotia, non ſolum hoſtibus externis, ſed etiam ipſi Scotorum Reginæ præcluderet. Illam enim animo exulceratam, periculoſa conſilia amplecti ſuſpicabatur, ex quo conditiones oblatæ reiectæ, *Aſſociatio* inita, atq; ipſa in cuſtodiam Amici Powletti, & Drugonis Drurii, vt iam dixi, tradita. Et abrupta ſane conſilia hinc Ieſuitas, inde nobiles profugos diuiſis ſtudiis ſuggeſſiſſe, ex aduerſariis ipſorum ſcriptis ſatis ſuperq; *Paci cum Scoto ſtudet. Quo conſilio.* *Profugi & Ieſuitæ Scota diuerſa ſuggerunt.*

D. M. LXXXVI. conſtat. Ieſuitæ enim cum nullam ſpem Romanam religionem reſtaurandi, vel per illam, aut filium ſupereſſe videret, ad nouas artes conuerſi, nouum & commentitium ius in regni Angliæ ſucceſſione Hiſpano (cuius vnius magnitudini amplificandæ incumbunt) procudere cœperunt. Miſeruntque in Angliam, vt Paſquierus prodit, Samierum (ſi non ſit nomen ementitum) ex eorum ſocietate qui nobiles in Hiſpani partes pelliceret, illamque ad periculoſa impelleret, denunciando, quod *ſi moleſta fuerit, nec illa, nec filius regnaret*, & Guiſios cognatos, ne opem ferrent, ad nouos motus contra Nauarrum & Condæum concitando.

Galli fœdus impedire conantur. Ad fœdus vero conficiendum, quod à Wottono inchoatum Ruſſelli cædes interruperat, & iam Deſneualus è Gallia Legatus, Corcelliuſq; homo irriquieti ingenii, nuper ex Anglia ignominioſe eiectus, impedire cœperant, miſſus eſt Thomas Randolphus, cuius dexteritas in rebus Scoticis prudens & fœlix habebatur, licet Regi ob turbas, quas in Scotia iã antea dederat, minime gratus. Propoſuit ille Regi eaſdẽ fœderis conditiones, quas antea Wottonus. Rex articulos de pecunia annua aſſignata, & de præiudicio in iure *Conditiones Scotorum Rex propoſuit.* ſuo ad Angliæ Coronam ipſi nõ faciendo adiici voluit, & in fœderis tabulas referri. Hæc ſeorſim codicillis cauenda Legatus, vt edoctus erat, promiſit, dummodo ille in amicitia colenda conſtans perſiſteret. Rex etiam ex charitate in ſuos propoſuit, vt Scoti iiſdẽ immunitatibus in Anglia, quibus Angli, gauderent. Quod cum Legatus docuiſſet fieri non poſſe, niſi authoritate Parlamentaria, nec Ordines Angliæ hoc facile conceſſuros; ille articulis propoſitis deliberate aſſenſum præbuit, iuſſitq; eoſdẽ Regni Proceribus imper- *Nec à Gallis deterretur.* tiri, vt eorum etiam chirographis firmarẽtur, licet Gallicus Legatus primum obmurmuraret, Reginam hoc fœdus expetere, non ex aliquo in Regem amore, ſed ex iuſto timore, ne à cõiuratis hoſtibus mox opprimeretur, poſtea terrores non ſine minis iniiceret amicitiam cum Gallis, quæ Scotis fructuoſiſſima, diſſoluendam, poſtremo obteſtaretur, ne Galliarum Rege inconſulto, aliquid fieret. Sed

Digitized by Google

Sed apud Regem, qui vana hæc nouerat, nec impedimẽtum, nec moram interponere poterat. Nouerat enim ille, Anglorum vires ex Belgica confœderatione plurimum adauctas, ſerioq; reſpondit, *Se fiduciam in diuina benignitate, & non in eorum amicitia qui Dei gloriæ aduerſantur, collocaſſe. Nec ſibi minus licere fœdus cum Regina paciſci, Gallo inconſulto, quam Gallo nuper cum illa, ipſo inconſulto.* Et quamuis Regina tenacior, minorem quam expectabat pecuniam, miſerit, ne fœdus emere videretur, & minus expreſſe de ſucceſſione cauerit: ille tamen, pro Zelo in religionẽ, & ſingulari in illam & publicam pacem ſtudio, tum fœdus confici, tum *Carros*, de Ruſſelli cæde ſuſpectos, vt ſatisfaceret, in Angliam mitti iuſſit. Sed illi pridie quam mittendi, aufugerunt. M. D. LXXXVI.

Paulo poſt, Iulio ineunte, Berwici conuenerunt Edwardus Comes Rutlandiæ, Guilielmus Baro Euerus, & Thomas Randolphus à Regina Angliæ; Franciſcus Comes Bothwelliæ, Robertus Baro Boidius, & Iacobus Humius Coldenknollius, à Scotorum Rege delegati. Fœduſq; (quod *Arctioris amicitiæ fœdus* appellatum, cum *offenſionis* nomen Scotis diſpliceret) in hæc verba confecerunt. *Fœdus Arctioris amicitiæ initur.*

„ Cum horum Principum regimẽ, & gubernatio in ea dubia & periculoſa tempora inciderint, quib. Principes vicini, qui *Catholici* dici volunt, Pontificiam authoritatem agnoſcentes, fœderibus mutuis ad verã, puram, & Euangelicam religionem non ſolum è ſuis territoriis & dominiis, verum etiã è regnis alienis exſtirpãdam ac eruendam, amicitias coeunt & fidem aſtringunt. Ne qui Euangelicam colunt religionem, pro eius defenſione & patrocinio minus eſſe ſoliciti videantur, quam qui Romanam, pro eiuſdem euerſione iam ſerio nituntur: dicti Principes, pro maiori ſuarum perſonarum ſecuritate, à quorũ ſalute totius populi ſalus pendet; & pro conſeruanda vera, antiqua & Chriſtiana (quam nunc profitentur) religione, mutui & ſocialis fœderis arctius vinculum, quam hactenus vnquam inter ſuarum Maieſtatum Progenitores coaluit, integre ineundũ cenſuerũt.

Dd 2 Primo

M. D. LXXXVI. Primo igitur, vt hoc tam pium & neceſſarium vtriuſque
» Principis propoſitum, in hoc turbulēto rerum ſtatu, ad vti-
» litatem publicam. & Euangelicæ veritatis propagationem,
» ſuum ſortiatur effectum: Conuentum, concordatum &
» concluſum eſt, quod iidem Principes, de vera, pura & Euan-
» gelica, quam nūc profitentur, religione, aduerſus quoſcun-
» que alios, qui eiuſdem religionis euertendæ cauſa, contra
» alterutrum eorum quicquam molientur, attentabunt, vel
» facient, tuenda ac conſeruanda, hoc ſociali & ſacroſanctō
» fœdere cauebunt, ac omni quo poterunt ſtudio ſedulo cō-
» nabuntur, & operam dabunt, vt reliqui Principes, qui ean-
» dem colunt veram religionem, vna cum illis, in hoc tam
» ſancto propoſito & fœdere conueniant, iunctiſq; viribus,
» verum Dei cultum in ſuis ditionibus conſeruent, ac ſub di-
» cta antiqua & Apoſtolica religione ſuum populum tuean-
» tur & regant.

» Item conuentum, concordatum & concluſum eſt, quod
» hoc ſociale fœdus, pro tuenda & retinenda Chriſtiana &
» Catholica religione, quæ hoc tempore ab vtroque Principe
» ſeruatur, ac in Regnis & ditionibus eorundem diuino fauo-
» re colitur, & fouetur, ſit & Defenſionis & Offenſionis fœ-
» dus, contra quoſcunque, qui liberum eiuſdem exercitium,
» in eorum Regnis & Dominiis impediēt ſeu quouis modo
» impedire conabuntur: non obſtantibus quibuſcunque tra-
» ctatibus, amicitiarum fœderibus, confœderationibus inter
» alterutrum eorū & eiuſdem religionis infeſtatores ſeu ad-
» uerſarios quoſcunq; prius initis. Quod ſi vllo vnquā tem-
» pore Principem aut Statum quemcunq;, cuiuſcunq; fuerit
» conditionis, horum Principum alterutrius Regna, Domi-
» nia, ſeu Territoria, vllamue eorūdem partem inuadere aut
» infeſtare, ſuarumue Maieſtatum perſonas aut ſubditos, ali-
» quo damno vel iniuria quauis afficere, eaue ſeu eorū aliqua
» attemptare contigerit: Conuentum, concordatum & con-
» cluſum eſt, quod horū Principum neuter, ab inuaſo aut in-
» iuriam damnumue paſſo certior factus, dictis inuaſoribus
ſeu

Digitized by Google

M. D. LXXXVI.

ſeu infeſtatoribus vllũ auxilium, conſilium, fauoremue vllo tẽpore palam aut occulte, directe aut indirecte dabit vel præſtabit, quouis cõſanguinitatis aut affinitatis vinculo, amicitiarum, vel fœderum neceſſitudine prius inita, vel in poſterũ ineunda nõ obſtãte: in quocũq; inuaſionis genere per quemcunq; in poſterum inferendæ, ſeu attentandæ.”

Conuentum, concordatũ, & cõcluſũ eſt, ꝙ Præfati Principes ſibi inuicẽ ſuppetias ferent, eo quo ſequitur modo, videlicet. Rex Scotiæ, ſi Angliæ Regnũ ab externo milite, in partib. à regno Scotiæ remotis, inuadatur infeſteturue, poſt reqſitionẽ à Regina Angliæ factã, bis mille equitũ & quinq; mill. peditũ, aut minorẽ aliquẽ militũ numerũ, ad arbitriũ & requiſitionẽ dictæ Reginæ, abſq; mora mittet, eoſdẽq; à limitibus Scotiæ, Angliæ ꝓxime adiacentibus, in aliã quamcunq; Angliæ partem, Reginæ ſumptibus deduci curabit.”

Item, ꝙ Regina Angliæ, ſi Scotiæ regnũ ab externo milite in partibus à regno Angliæ remotis inuadatur, infeſteturue; poſt reqſitionẽ dictę Reginæ à Rege Scotiæ factã, ter mille equitũ & ſex mil. peditũ, vel minorẽ aliquẽ militũ numerũ, ad arbitriũ & optionẽ dicti Regis, abſq; mora mittet, eoſdẽq; à limitibus Angliæ Scotiæ ꝓxime adiacentibus, in aliã q̃cũq; Scotiæ partẽ dicti Regis ſũptibus deduci curabit.”

Itẽ conuentum, concordatũ, & concluſum eſt, ſi Regnũ Angliæ in Septentrionali plaga, intra ſexaginta miliaria à limitibus Scotiæ diſſita, à quocũq; inuadatur; ꝙ illuſtriſſimus Scotorũ Rex, à Sereniſſima Angliæ Regina reqſitus & interpellatus, vniuerſas ſuas, quas poterit, vires & copias cogendas curabit, & cũ effectu abſq; vlla cũctatione coget, eaſdẽque cũ Anglicis copijs coniunget, regniq; Anglię inuaſores eorũq; auxiliatores & fautores quoſcũq; ꝑ triginta cõtinuos dies, illiſq; tranſactis, occaſione, vel rei neceſſitate ita exigẽte, diutius, per illud tẽporis ſpatiũ, quo Scotiæ ſubditi ꝓ defenſione Regni auxilia ferre antiquitus conſueuerunt, & hodie iure tenẽtur, hoſtiliter perſequętur & profligabit.”

Item, ꝙ cũ Scotiæ Rex per Angliæ Reginã certior fuerit

M. D. LXXXVI.

factus, de aliqua inuaſione, aut infeſtatione quacũq; in regno Hiberniæ, nõ ſolũ Comitatus Argatheliæ, Inſularũ, locorũq; eidẽ Comitatui adiacentiũ, aliarũq; regni Scotiæ partiũ quarũcunq; incolis interdicet, ne in Hiberniæ Regnũ ingrediãtur, eoſq; ab ingreſſu penitus arcebit: Verũ etiã in poſterũ, quocunq; tẽpore cõtigerit, incolas cuiuſcunq; partis Regni Scotiæ, cõtra ſententiã huius tractatus, cũ aliquo extraordinario, ſeu inuſitato militũ numero, more hoſtili in aliq̃ Hiberniæ regni partẽ intrare, idẽ Rex à Regina de huiuſmodi ingreſſu certioratus, Edicto publico infeſtatores hoſtiliter in eo regno graſſantes, tanq̃ rebelles, publicæ pacis perturbatores, & ꝑduellionis reos denũciabit & ꝓſequetur.

Item, ꝙ neuter Principũ futuris tẽporibus vlli perduelli, rebelli, ſeu ei q ab alterutro Principe publice defecerit, auxiliũ, fauorẽ, ſubſidiumq; ꝑſtabit, aut ab alijs quouis modo præſtari permittet, eoſdẽue in ſuis dominijs aperte vel clã morã facere patietur; Sed vterq; à tẽpore notitiæ ſeu primæ reqſitionis à Principe, à quo ijdẽ defecerint, factæ, dictos ꝑduelles ſeu rebelles ſine vlla mora, aut ꝓcraſtinatione, ſecundũ cõuentiones in prioribus noſtris Tractatibus inter nos, & Prædeceſſores noſtros expreſſas, tradet, ſeu tradi curabit, vel ſaltẽ à limitibus & terminis ſuorũ Dominiorũ eoſdẽ recedere coget. Et inſuper, q̃diu dicti rebelles ſeu perduelles moram in dictis dominijs traxerint, de omnibus iniurijs dãniſq; à dictis perduellibus illatis, idonee ſatisfaciet.

Itẽ, ꝙ pro omnibus & ſingulis iniurijs & cõtrouerſijs cõponẽdis, quæ à tẽpore, quo Sereniſſ. Rex Scotiæ Regni gubernaculũ in manus ſuas recepit, & ꝑ quadriennij ſpatiũ, illud tẽpus ꝓxime antegreſſũ, in limitibus, limitũ occaſione, aut inter limitaneos cõtigerunt, & interuenerũt, Principes vtrinq; intra menſes ſex, à cõcluſione huius fœderis numerandos, Cõmiſſarios aliquot idoneos, pacis ſtudioſos, mãdatis ad eã rẽ aptis & ſufficiẽtibus inſtructos atq; munitos, ad aliquẽ locum cõmodum, in vtriuſq; Regnorũ confinio ablegabunt, qui omnes huiuſmodi cauſas & controuerſias honorifica, & amica trãſactione componẽt, & terminabũt

M. D. LXXXVI.

Itē, ꝙ neuter dictorũ Principũ cũ alio quocunq; Principe, Repub. ſeu Cõmunitate, in huius p̃ſentis Fœderis & vnionis p̃iudiciũ, amicitiã paciſcetur, cõfœderationẽue inibit vllã, abſq; expreſſo alterius fœderati Principis conſenſu, per dicti Principis literas vel propria manu ſubſcriptas, vel priuato Sigillo firmatas, prius habito & obtento.

Item, ꝙ vterq; Princeps, cum ad hoc per Oratores ſeu Cõmiſſarios alterius Principis, alteruter debite requiſitus fuerit, & iureiurando & magno ſuo Sigillo hoc Sanctũ Societatis fœdus approbabit & confirmabit; & inſuper in maiorem eiuſdem ſtabilitatem, Diplomata Regia, ſeu Literas Patentes, certo quodam tempore, de quo mutuo vtriuſq; Principis conſenſu conſtituetur, tradet, ſeu tradi curabit.

Itē ꝙ priores omnes amicitiarũ tractatus & fœderũ pacta, inter p̃dictorũ Principũ Prædeceſſores, eorũq; Regna & Dominia, q̃uis in deſuetudinẽ abijſſe videãtur, in ſuo robore, firmitate & vigore permanebũt. Et itidẽ, ꝙ hic p̃ſens mutui fœderis & arctioris amicitiæ tractatus, prioribus tractatibus & cõfœderationibus à dictis Principibus cũ alijs fœderatis initis, nullatenus derogabit, aut eorũ põdus & authoritatem vlla ex parte diminuet (purioris Religionis, q̃in ſuis Regnis dicti Principes nũc tuẽtur & colũt, defẽſione dũtaxat excepta) quo caſu p̃ſens fœdus defẽſionis & offenſionis ratũ & incõcuſſũ in ſuo robore intelligimus permãſurũ.

Item, ꝙ Rex Scotiæ, quũ viceſimũ quintũ ætatis ſuæ annum impleuerit, q̃primum id cõmode facere poterit, per publicum Regni ſui conuentum, dictum Fœdus approbabit & confirmabit, approbari & confirmari faciet. Et item Reginalis ſua Maieſtas, per Proceres & alios Regnorum ſuorum Angliæ & Hiberniæ Status, in Parlamento idem faciet & præſtabit, fieri & præſtari procurabit.

Coniuratio in Elizabethæ vitam.

Eodem menſe, quo hoc Fœdus ſancitum, coniuratio pernicioſiſſima in Elizabetham deprehenſa eſt, cuius ortũ & progreſſum, ex ipſis coniuratorum ſpontaneis confeſſionibus, quam potero pauciſſimis, proponã. In Anglico Rhe-

Digitized by Google

M. D. LXXXVI.

mis Seminario quidam, dum omnipotentiam quandam in Pontifice Romano, quaſi attoniti, admirarentur; Pij v. Bullam in Elizabetham à Spiritu Sancto dictatam crediderunt: Principeſq; excommunicatos è medio tollere meritorium eſſe, imo & Martyrium, ea in cauſa vitam profundere, ſibi & alijs Martyrij gloriam aucupantibus perſuaſerunt. Hæc Giffardus Theologiæ Doctor, Gilbertus Giffardus, & Hodgeſonus, Sacerdotes, Ioanni Sauagio (nothum fuiſſe perhibent) homini manu prompto, adeo penitus inculcarant, vt ille Elizabetham perimere libens lubenſq; vouerit. Eodemq; tempore librum ſcripſerunt (nec alio quidem conſilio, quam vt ſecuritatem Reginæ & Conſiliarijs ſpecioſe præſtarent, viamq; ſuis ſceleribus occulte præſtruerent) quo Pontificios in Anglia monuerunt, ne quid in Principem molirentur; ſed Chriſtianorum armis, lachrimis, rationibus ſpiritualibus, aſſiduis Precationibus, Vigilijs, Ieiunijs, contra aduerſarios depugnarent. Simulque rumorem falſum per ſuſurrones diſſeminarunt, Georgium Giffardum è cohorte Nobilium Reginæ ſtipatorem, in cædem Reginæ iuraſſe, & hoc nomine Guiſium grandi pecunia emunxiſſe.

Qua arte obtecta.

Ballardus in Galliam redit.

Ad Paſcha, I. Ballardus, è Rhemenſi Seminario Sacerdos, qui plurimos Pontificios per Angliam & Scotiam inuiſerat, & animos tentauerat, in Galliam, comitatus Maudo Walſinghami emiſſario, ſimulatore vaferrimo, qui illi imprudenti fucum fecerat, redit; & cum Bernardino Mendoza, Hiſpani iam ordinario in Gallia Legato, & Carolo Pagetto, Scotorum Reginæ deuotiſſimo, de inuadenda Anglia agit; vtiq; iam tempus eſſe peropportunum, viris militaribus in Belgio abſentibus. Nec opportunius poſſe ſperari, quandoquidem Pontifici Rom. Hiſpano, Guiſio, & Parmenſi, Angliam aggredi, ad bellum ex Belgio diuertendum, deliberatum erat. Et quamuis Pagettus Angliam fruſtra inuadi, Regina ſuperſtite, dilucide doceret, Ballardus tamen in Angliam remittitur iuratus, vt auxilia in

In Angliam remittitur.

uaden-

uadentibus, & libertatem Scotorũ Reginæ quamprimum procuraret.

M. D. LXXX VI.

Ad Pentecoſtem in Anglia appulit ille ſericatus Sacerdos, militari habitu,& ementito nomine, *Capitaneus Foſcu* appellatus. Egit Londini hiſce de rebus cum Antonio Babingtono, à *Dethico*, in Comitatu Derbienſi, iuuene natalibus claro, opulento, ingenio ſplendido, & ſupra ætatem erudito, qui Romanæ religioni addictus, nulla impetrata venia, in Galliam ignotus paulo antea profectus, familiariter vſus eſt Th. Morgano, è Reginæ Scotorum clientela, & Epiſcopo Glaſcuenſi, eiuſdem Legato. qui cum heroicas tantæ Reginæ virtutes aſſidue prædicando, certam ſpem magnorum honorum per illam oſtentaſſent; quam ambitioſus iuuenis facile arripuit; eum etiã, ne cogitantem quidem, literis Scotorum Reginæ commendarunt. Etenim vbi in Angliam rediiſſet, illa eum benigne literis ſalutauit,& iam inde Morganus eius opera vſus erat, in tranſmittendis ad illam literis, donec illa in Amicij Povvletti cuſtodiam committeretur. Tunc enim iuuenis, perſpecto periculo deſtitit. Cum hoc, inquam, Babingtono, de rebus quas dixi, egit Ballardus. Ille inuaſionem Angliæ in nihilum abituram dum Elizabetha ſupereſſet, plane putauit. Cum autem Ballardus illam non diu ſuperfuturam innuiſſet, quippe Sauagium qui è medio tollere vouerat, in Angliam iam veniſſe: non placuit Babingtono, vt res tanta vni Sauagio committeretur, ne auſu excideret, ſed potius ſex viris nobilibus & ſtrenuis, in quorum numerum Sauagium accenſeri voluit, ne voti ſuſcepti damnaretur. Itaque Babingtonus nouam iniit rationem, de regno per exteros inuadendo, de portubus vbi appellerent, de auxilijs quæ adiungerentur, de Scotorum Regina liberanda, & de *tragica* (vt ille vocauit) *Reginæ cæde* patranda.

Babingtonum conuenit.

Inſidias docet.

Dum huic cogitationi totus incumbit, per puerum ignotum literas, familiari Scotorum Reginæ inter ipſos charactere, accipit, quæ illum diuturni ſilentij leniter inculat,

Babingtonꝰ literis Reginæ Scotorum & reſpondet.

Digitized by Google

M. D. LXXXVI.

& iubet, vt litterarum faſciculum à Morgano miſſum, & per Legati Gallici amanuenſem traditum quamprimum mitteret. Quod fecit, vnaque per eundem nuntium literas ad illam dedit, in quibus *ſilentium excuſat, quod opportunitate mittendi deſtitueretur, ex quo illa in cuſtodiam Amicii Povvletti Puritani, mere Leiceſtriani, & Catholicæ fidei hoſtis acerrimi* (ita enim vocauit) *data fuerit. Quæ cum Ballardo contulerat, explicat, docet ſex Nobiles ſelectos eſſe, qui* cædem tragicam *patrarent, ſe autem cum centum aliis eodem tempore ipſam liberaturum. Orat, vt heroicis in hac re actoribus* (ita enim appellauit) *præmia proponerentur, vel poſteris, ſi in eadem interciderint.* His

Reſpondetur.

Literis die XXVII Iulij reſpondetur, *propenſiſſimum Babingtoni in Catholicam religionem & ipſam ſtudium collaudatur: Monetur autem, vt conſiderate aggrederetur, vtque* Aſſociatio *inter ipſos, quaſi à Puritanis timerent, iniretur; nec quicquam moueretur priuſquam de externis auxilijs certo conſtiterit: vt aliquis etiam in Hibernia tumultus excitaretur, dum in hac parte plaga infligeretur, Arundelius, & fratres, Northumbriuſq; in partes pertraherentur, Weſtmorlandius, Pagettus, & alii domum clam reuocarentur.* Ratio etiam liberandi præſcribitur, *vel currum in porta ſubuertendo, vel ſtabula incendendo vel ipſam intercipiendo dum per campeſtria, inter Chartleiam & Staffordiam animi gratia obequitaret.* Poſtremo *Babingtonus iubetur ſex Nobilib. & cæteris, de præmiis fidem interponere.*

Coniurationis participes.

Ille iam ſibi aggregauerat quoſdam Nobiles Romanæ religionis ſtudio inflammatos, inter quos primarii erant, Edvvardus VVindeſorius, Baronis VVindeſorii frater, molli ingenio adoleſcens, Tho. Salisburius, ex equeſtri familia in agro Dēbighenſi, Carolus Tilneius antiqua generis claritate, vnica ſpes familiæ, è cohorte Nobilium ſtipatorum Reginæ, quem iam pridem Ballardus Romanæ Eccleſiæ reconciliauerat, ambo iuuenes ſpecioſiſſimi, Chidiocus Tichburnius, ex Comitatu Southamptonenſi, Edvvardus Abingtonus, cuius Pater Aulæ Regiæ fuerat Proquæſtor, ſiue vt vulgo vocant, *Cofferarius*, Robertus Gagæus è Surria, Ioannes

Trauerſus

Digitized by Google

Trauerſus, & Ioannes Charnocus ex Comitatu Lancaſtrē- *M. D. LXXXVI*
ſi, I. Ioneſius, cuius pater Veſtiarius erat Mariæ Reginæ, Sauagius quem dixi, Barnvvellus. ex nobili Hiberniæ familia, Henricus Dunus, inter rationales Primitiarum & Decimarum ſcriba. In Societatem etiam ſe inſinuauit Pollius, in Reginæ Scotorum negotijs apprime inſtructus, ſimulandi & diſſimulandi peritiſſimus, qui omnia eorum conſilia VValſinghamo indies aperuiſſe, & iuuenes in mala pronos peiora ſuggerendo pcipites impuliſſe creditur, licet Nauus Reginæ Scotorū Secretari⁹ ſubmonuiſſet, vt ab eo cauerēt.

His rem communicat Babingtonus, ſed non omnia ſingulis, literas ſuas & REGINÆ Scotorum. Ballardo, Tichburno, & Duno, oſtendit, agit cum Tilneio. & Tichburno, vt percuſſores ſint. Illi primum cæde Principis manus contaminare abnuunt, Ballardus, & Babingtonus cōantur docere, licitum eſſe Principes excommunicatos è medio tollere & ſi ius violandum, religionis Catholicæ cauſa violandum. Hinc ægre perſuaſi aſſenſum quodammodo adhibēt, Abingtonus Barnvvellus Charnocus & Sauagius prompti & alacres in cædem iurant. Salisburius vt eſſet Regicida, nullo modo induci poterat, ad liberandam autem Scotorū Reginam operam vltro promittit. Percuſſoribus ſupernumerarium Tichenorum deſignat Babingtonus, de cuius fide & fortitudine ſibi perſuaſerat, ſed ille iam peregre aberat. Iubet Babingtonus, ne cuiquam, niſi ſilentij iuramento prius præſtito, rem impertiant. Conferunt coniurati ſubinde de his rebus in Sancti Ægidij Campis in Templo Paulino, in tabernis vinarijs, per quas aſſiduè conuiuia agitarunt ſpe magnorum honorum inflati, ſubinde collaudantes fortitudinem nobilium Scotorum, qui non ita pridem Regem Sterlinij interceperant, & Girardi Burgundi, qui Auraſionenſem è medio ſuſtulerat. Eo etiam fatuæ vanitatis proceſſerant, vt percuſſores deſignatos ad viuum in tabulis depingi voluerint, & inter eos Babingtonum medium, cum hoc verſiculo. HI MIHI SVNT COMITES, QVOS IPSA PERI-

Sua partes vnicuiq; aſſignat.

Colloquia inter eos.

Eorum vanitas.

Digitized by Google

M. D. LXXXVI PERICVLA DVCVNT. Sed cum hic verſiculus, vt magis apertus, minus placeret, pro eo ſubſtituerunt QVORSVM HÆC, ALIO PROPERANTIBVS? Has tabulas interceptas ferunt, Reginæque clam oſtenſas, quæ nullos de vultu agnouit præter Barnwellum, qui ſæpius acceſſerat in cauſis Comitis Kildariæ, è cuius erat clientela; verum alijs indicijs edocta illa hominem nouit. Certe cũ prodeambulans Barnwellum cerneret imperterrita hominem aſpexit, & ad Hattonum Satellitum Præfectum, & alios cõuerſa dixit, Nonne ego pulchre ſtipata, quę non vnum in comitatu habeo gladio accinctum. Hoc, n. cæteris cõiuratis retulit ipſe Barnwellus, & quam facile illa è medio tunc tolli poterat, ſi cõiurati adfuiſſent, demonſtrat. Sauagius itidem hoc aſſeuerauit.

Babingtonus de externis auxilijs ſolicitus. Iam nihil magis anxium habuit Babingtonum, quam ne fides data de externis auxilijs falleretur. Ad eam igitur firmandam, ſtatuit ipſe in Galliam traiicere, & Ballardum eo nomine occulte præmittere, cui numerata pecunia, facultatem proficiſcendi ſub ficto nomine procurauerat. *Ballardũ ad id mittere cogitat.* Vtque omnem ſuſpicionem longe à ſe amoueret, per Pollium quẽ dixi, ſe Walſinghamo inſinuauit, maioremque in modum contendit, vt ſibi licentiam proficiſcendi in Galliam à Regina impetraret, pollicitus egregiam operam, in rimandis & aperiendis abſtruſioribus profugorum pro REGINA Scotorum molitionibus. *VValſinghamo ſimulate ſe inſinuat.* Ille iuuenis conſilium laudauit, nec ſolum licentiam proficiſcendi ſed multa & magna promiſit, ſi hoc pręſtaret. *Ille ſimulantem ſimulate fallit.* Procraſtinauit tamen rem totã, quam illi ne Solem quidem ſcire credebant, ſua & aliorum ſolertia, ſed præcipue Gilberti Giffardi Sacerdotis indicio, expiſcatus.

Giffardus coniurationem aperit. Hic è clara familia apud *Chellingtoniam* in agro Staffordienſi, haud procul à Chartleia, vbi Regina Scotorum aſſeruabatur, natus, à Profugis miſſus erat hiſce diebus in Angliam, ſub ementito *Luſoni* nomine, vt Sauagium voti ſuſcepti admoneret, & internũtius lateret, ad literas inter eos,

&

Digitized by Google

&Reginam Scotorum tranſmittendas: cum in negotium tam periculoſum, nec Comitiſſam Arundeliæ, nec Baronem Lumleium, nec Henricum Howardum, nec G. Shirleium pertrahere potuiſſent. M. D. LXXXVI

Profugi, vt periculum facerent, an per Giffardum tuta eſſet tranſmittendi ratio, primum paginas albas & vacuas [*Blancks* vocant] in faſciculos inſtar literarum compactas, ſæpius miſerunt, quas cum traditas ex reſponſis comperiſſent, iam confidentiores, etiam alias furtiuis notis de ſuis negotijs ſubinde miſerunt. Verū Giffardus, ſiue conſcientia diſcruciatus, ſiue pretio prius corruptus, ſiue terrore perterritus, iam antea Walſinghamum clam acceſſerat, qui ſit, & quo conſilio in Angliam miſſus edocuerat, omnem operam ex charitate in patriam & Principē detulerat, & omnes, vel à profugis, vel à Regina Scotorum literas acceptas, cōmunicare promiſerat. Walſinghamus occaſionem oblatam amplexus, hominem comiter excepit, in Comitatum Staffordiēſem miſit, ſcripſitq; ad Powlettum, vt aliquem è famulis à Giffardo corrumpi cōniuenter permitteret. Ille, quaſi nolens quemq; è famulis *per ſimulationem proditorem fieri*, vt dixit; renitens tamen permiſit, vt ceruiſiarium, vel auenarium, qui iuxta habitarūt, corrumperet. Giffardus ceruiſiarium pauculis aureis facilè corrupit, qui per foramen in muro, cui lapis demptilis impoſitus erat, literas ſubmiſit & recepit, quæ ſemper per compoſitos tabelliones ad Walſinghami manus deuenerunt. Ille reſignauit, deſcripſit, ſingulari arte Thomæ Phelipps furtiuas notas deprehendit, & Arthuri Gregorij artificio ita conſignauit, vt nemo reſignatas iudicarit, atq; ad eos, quibus ſuperſcriptæ erant, miſit. Ita interceptæ erant illæ priores Reginæ Scotorum ad Babingtonum, eiuſdem ad illam reſponſoriæ, & alteræ ad eum [quibus ſubdole additum eodem Charactere poſtſcriptū, vt nomina ſex nobilium ederet, ſi non & alia] necnon quæ eodem die ad Mendozam Hiſpani Legatum, Carolum Pagettum, Baronem Pagettum, *Literas acceptas ad VValſinghamum mittit.*

tum,

M. D. LXXXVI. tum, Archiepiſcopum Glaſcuenſem, & Franciſcum Ingleſeldum conſcriptæ, quæ ſingulæ deſcriptæ, atq; tranſmiſſæ.

Elizabetha, ſtatim atq; ex his literis tam horridam tempeſtatem, hinc à domeſticis, inde ab externis ſibi impendere intellexit, iuſſit, ad coniurationem mature opprimendam Ballardum intercipi. Ex improuiſo itaq; ille in Babingtoni ædibus capitur, in ipſo temporis articulo, cum iam ad Gallicum iter accinctus eſſet. Babingtonus hinc totus animo ſolicitus, & ſuſpenſus, inter mille incerti animi fluctuationes æſtuat, mentem huc illuc verſat, ad Tichburnum ſe confert, & quid agendum, conſulit. Ille, vt coniurati protinus ſe ſegregarent, & diffugerent, monuit. Viſum autem Babingtono, Sauagium & Charnocum, ad cædem patrandam illico ſubmittere; prius tamen, vt facilior pateret aditus, ſplendidiores & magis aulicas veſtes Sauagio apparare, & hac de re ſermones cum illis eodem die in Templo Paulino habet. Sententia mox mutata, intimos ſolicitudinis aculeos occultans, Walſinghamum in Aula abſentem, literis & importunis efflagitationibus vrget, vt licentia proficiſcendi in Galliam iam tandem cõcederetur, ſimulq; interpellat pro Ballardo liberando, qui ſibi in negotio ſuſcepto inprimis eſſet vſui. Walſinghamus blandis promiſſis hominem de die in diem lactat. Quod Ballardus captus, in Youngum, ſagacem illum Pontificiorum venatorem, & apparitores transfert, atq; Babingtonum, vt ab id genus hominib. ſibi caueret, quaſi amice ſubmonet; facileq; iuueni perſuadet, vt tantiſper, donec Regina licentiæ codicillum ſignaret, & ipſe Londinum rediret, in ipſius ædibus Londini pernoctaret, quo occultius de tantis rebus inter ſe agerent, & ne qua ſuſpicio ex crebris eo itationibus apud profugos, cum in Galliam veniret, oboriretur.

Ballardus abiturus intercipitur.

Babingtonus de eo liberando ſolicitat.

Et ipſe in naſſam incidit.

Interim imperatum eſt Scudamoro, Walſinghami famulo, vt eum diligentiſſime obſeruaret, & vbiq; comitaretur, ſcilicet, quo tutior eſſet ab apparitoribus. Hanc telam VValſinghamus, clã cæteris Reginæ Conſiliarijs, hactenus

texuerat,

Digitized by Google

texuerat, & longius protendere voluit. Noluit autem Regina, *Ne*, vt ipſa dixit, *non cauendo periculum cũ poſſet, Deum magis tentare, quam in Deo ſperare videretur.* Mittitur itaq; ex Aula ſchedula à VValſinghamo ad famulum, vt intentiori cura Babingtonum obſeruaret. Hæc non conſignata, ita tradita eſt, vt Babingtonus in menſa legenti iuxta adſidens vna legerit. Hinc male ſibi conſcius, & ſingula diluxiſſe ſuſpicatus, nocte inſequente, cum in taberna vinaria ille, Scudamorus, & vnus & alter è VValſinghami famulis largius cœnaſſent, quaſi ſymbolum daturus, pallio gladioque relictis, ſurrexit, & per tenebras VVeſtmonaſterium ſe proripuit, vbi Gagæus cum illo veſtimenta permutauit, qui eadem mox in Charnoci cubiculo exuit, & Charnoci induit, ſimulq; in *Syluam S. Ioannis* iuxta vrbem ſe ſubduxerunt, quo Barnwellus & Dunus etiam ſe receperunt. Publica interim præconis voce proditores per vniuerſam Angliam declarantur. Illi in ſyluis & auijs latitantes, cum pecuniam mutuam à Legato Gallico, & equos à Tichburno fruſtra petiiſſent: Babingtono capillitium tondent, natiuam faciei pulchritudinem virentibus iuglandium culeolis ſine corticibus deuenuſtant, fameq; adacti Bellamiorum ædes prope * *Collem Harroum* petunt, qui Romanæ religioni admodum addicti. Ibi in horreis occultantur, aluntur, & ruſtico habitu veſtiuntur. Decimo autem poſt die reperti, Londinum ducuntur, Vrbſq; publicam lætitiam campanarum pulſationibus, pyris per plateas accenſis, Pſalmiſq; cantandis teſtatur, vſq; adeo, vt ciues ingentes à Regina laudes, & gratias retulerint.

M. D. LXXXVI.

Ille tamen ſe explicat.

In ſyluis latet.

* *Harrovv-hill.*

Repertus.

Cæteri coniurati mox capti, plerique in vrbis vicinia, Salisburius in Comitatu Ceſtrienſi, equo à perſequentibus transfoſſo, & Trauerſus cum eo, poſtquam V*Veuer* flumen tranaſſent; & in VVallia Ioneſus, qui inuaſionis deſtinatæ haudquaquam ignarus, eos ædibus ſuis, poſtquam proditores declaratos cognouerat, occultauerat; & Saliſburium fugientem, equo, eiuſque famulum (qui lacrificus)

Cæteri etiam capti.

pallio

M. D. LXXXVI.

pallio permutato, inſtruxerat. Solus Windſorus non repertus. Plures dies in his examinandis inſumpti ſunt, qui ſe inuicem ſuis confeſſionibus iugularunt, nihil veri reticentes.

Singula detegunt.

Toto hoc tempore Scotorum Regina, famulique, tam vigili cuſtodia à Powletto obſepti tenebãtur, vt hæc ipſam omnino latuerint, etſi per vniuerſam Angliam notiſſima. Simul autem ac iſti capti, Thom: Gorgius miſſus erat, qui eam de his certiorem paucis faceret, quod ne opinanti quidem ex compoſito fecit, cum illa iam equum ad venandum conſcendiſſet; nec redire permiſſum, ſed ſpecie honoris per vicinas nobilium ædes circumducitur. Interea I. Manerius, Ed. Aſtonus, Rich. Bagotus, & Guil. Waadus, qui totius rei ignatus in has partes iampridem miſſus, ex poteſtate Regiis codicillis delata, Nauum & Curlum Secretarios, alioſque famulos ſeorſim ſeruandos cuſtodibus tradiderunt, ne inter ſe, aut cum Regina ſermones haberent. Et foribus conclauis effractis, omnes arculas in quibus chartæ repoſitæ, ſuis Sigillis munitas ad Aulam miſerunt. Deinde Povvlettus iuſſus, in pecuniam omnem inuaſit, ne quos illa pretio corrumperet, fidemque reſtituendi interpoſuit. Arculis coram Elizabetha excuſſis, deprehenduntur multorum exterorum literæ, literarum etiam ad multos exemplaria, breuiaria, & occultorum characterum indices plus minus ſexaginta; necnon quorundam Angliæ Procerum ad illam literæ, amoris & officii pleniſſimæ. Quod tamen Elizabetha ſilentio diſſimulauit, iuxta quod pro ſymbolo vſurpauit (*Video, taceo*) Verum illi rem ſubodorati, ne eidem fauiſſe viderentur, deinceps infenſe aduerſari cœperunt.

Scotorum Regina à ſuis abducitur.

Arculæ cum literis ad Reginam mittuntur.

Iam Giffordus, cum huic ſcenæ inſeruiiſſet, in Galliam tanquam exul amandatur, relicta prius apud Gallicum in Anglia Legatum chartula indentata, cum documento, vt literas à Regina Scotorum, vel à profugis acceptas, non alij cuipiam traderet, quam qui parilem chartulam exhiberet, quæ

Giffordus in Galliam remiſſus miſere periit.

quæ ab illo ad Walſinghamum clam ſubmiſſa. Iſte in Gal-*M. D.*
liam reuerſus, poſt aliquot menſes in carcerem, ob vitę tur-*LXXXVI.*
pitudinem coniectus, & de his ſuſpectus, miſere exſpira-
uit, pleraque iam dicta non grauate confeſſus, quæ etiam ex
ſcriniis comperta. Die XIII. Septemb. ſeptem è coniura-*Coniurati*
tis in iudicium vocati, ſe reos agnouerunt, & læſæ Maieſta-*iudicio*
tis damnati. Perendie alii ſeptem itidem vocati, ſe reos in-*ſiſtuntur.*
ficiati, *Deo & Patriæ* ex more ſe iudicandos ſubmiſerunt, qui
ex ſuis confeſſionibus rei peracti, & damnati. Pollius ſolus,
etiamſi omnium conſcius, cum affirmaſſet ſe Walſingha-
mo quædam indicaſſe, in iudicium non vocatus. Die men-
ſis XX. priores ſeptem in *Campis S. Aegidij*, vbi conuenire *Supplicio*
ſoliti, patibulo & tabulato ad id erecto, ſuſpenſi, demiſſi, ge-*afficiuntur.*
nitalibus abſciſſis, viui, videnteſque extenterati, & mem-
bratim diſſecti, nō ſine crudelitatis nota. Ballardus archite-
ctus ſceleris, à Deo veniam deprecatus, & à Regina, adiecta
conditione, ſi in illam peccaſſet. Babingtonus (qui Ballardi
ſupplicium intrepidus ſpectauit, dum cæteri auerſi in ge-
nua prouoluti precibus vacarent) peccata ingenue agnouit;
è patibulo demiſſus, iam diſſecādus, clare ſubinde exclama-
uit Latine, *Parce mihi Domine Ieſu.* Sauagius funiculo ru-
pto, è patibulo decidit, & ſtatim à carnifice arreptus, geni-
talibus abſciſſis, & viuus exenteratus. Barnwellus crimen,
religionis & conſcientiæ obtentu, extenuauit. Tichburnus
ſcelere demiſſiſſime agnito, magnam apud multitudinem
circumfuſam commouit miſericordiam; itidem Tilneius,
modeſto animo & ſpecioſo corpore. Abingtonus turbido
ingenio, minas iactans, & terrores intendens, de cruore
propediem in Anglia effundendo. Poſtridie reliqui ſeptem
ad eundem locum pertracti, eodem genere mortis ſupra af-
fecti, ſed mitius ex Reginæ iuſſu, quæ ſuperiorem ſæuitiam
exoſa. Singuli enim ex ſuſpendio penitus expirarant, priuſ-
quam demiſſi & exenterati. Saliſburius primus admodum
pœnitens, Catholicos monuit, ne vi & armis religionem
reſtituere molirentur. Similiter qui eum ſequutus [illegible],

M. D. LXXXVI.

Ioneſius proteſtatus, ſe Salisburium ab incepto diſſuaſiſſe: elatum, præcipitemque Babingtoni animum, & inuaſionis conſilium omnino damnaſſe. Charuocus & Trauerſius in precationes defixi, ſe Deo & Sanctis commendarunt. Gagæus munificam Reginæ in patrem benignitatem prædicans, & perfidam ſui ipſius in Principem optime meritam ingratitudinem deteſtatus. Hieronymus Bellamius, qui Babingtonum, poſtquam proditor publice declaratus, occultauerat, (cuius frater eiuſdem criminis cõſcius, ſe in carcere ſtrangulauit) confuſus & ſilens agmen clauſit.

Amanuenſes Socta examinantur.

Supplicio de his ſumpto, Nauus Gallus, & Curlus Scotus, qui Scotorum Reginæ ab Epiſtolis, examinati de literis, literarũ exemplaribus, notulis, & characteribus in Reginæ conclaui deprehenſis, ſponte ſuis ſubſcriptionibus agnouerunt, ſua ipſorum eſſe autographa ab ipſa Gallice dictata, à Nauo excepta, à Curlo Anglice cõuerſa, & occultis characterib. deſcripta. Nec inficiati ſunt, illam à Babingtono literas accepiſſe, & ſe illius iuſſu, in eam quam dixi ſententiam, reſcripſiſſe. An hi pretio hanc ad rem adducti fuerint, non dixero. Hoc tamen ex literis certum eſt, cum Currus promiſſa à Walſinghamo hoc tempore exigeret; Walſinghamum illum, vt immemorem *extraordinariæ gratiæ*, arguiſſe, vt qui nihil confeſſus fuit, niſi quod Nauo ſocio coram premente, diffiteri non poterat.

Gallus de his edocetur.

Mox Edwardus Wottonus in Galliam mittitur, qui Regi coniurationis ſeriem explicaret, & literarũ Reginæ Scotorum, & aliorum exemplaria, teſtimoniis nobilium Angliæ, ad veritatem aſſerendam, confirmata, exhiberet, vt Gallus videret, quanta pericula molitionibus Morgani, Caroli Pagetti, & aliorũ in Gallia contra Angliæ Reginam ſtruerẽtur.

Quid de illa fiat, variatur.

Quid de Scotorum Regina fieret, Conſiliarii non vnum idemque ſenſerunt. Alii nihil aſperius in eam ſtatuendum cenſuerunt, ſed arctiſſime cuſtodiendam, tum quod non criminis author, ſed tantum conſcia, tum quod valetudinaria, nec diu ſuperfutura. Alii vt religioni conſuleretur, protinus

tinus è medio tollendam, & ex lege. Leiceſtrius veneno malu t. & Theologum ſubmiſit, qui Walſinghamum hoc licere doceret. Proteſtabatur autẽ Walſinghamus, tantum abeſſe, vt vim afferri probaret, vt Mortonii conſilium iampridem fregerit, qui ſuaſerat, vt in Scotiam remitteretur, & in ipſo regnorum collimitio occideretur. Variatum iterum è qua lege in illam ageretur, an ex illa anni XXV. Edwardi Tertii (qua *Maieſtatis læſæ tenetur, qui Regi aut Reginæ perniciem ſtruxerit, bellum in eius regno mouerit, aut hoſtibus adhæſerit*) an ex illa anni XXVII. Elizabethæ, quam dixi. Vicit tandem eorum ſententia, qui ex hac poſtrema maluerunt, vtique ad hanc rem nata, ideoq; accommodanda. Ex lege igitur illa ſuperiori anno lata, vt inquireretur & ſententia pronunciaretur in illos, qui rebellionem cõcitauerint, regnum inuaſerint, aut Reginæ vim inferre tentauerint, plures è Sanctiori Conſilio & Angliæ Proceribus Diplomate delegati ſunt. Quorum nomina (cum ſeriem & attributa Procerum Angliæ, poſterorum interſit cognoſcere) ex ipſo autographo ſubiicere viſum. Quod formula forenſi ita ſe habet.

M. D. LXXXVI.

Et qua lege iudicetur.

Delegati ad cauſam audiendam.

" Elizabetha Dei gratia Angliæ, Franciæ, & Hiberniæ Re-
" gina, Fidei Defenſor, &c. Reuerendiſſimo in Chriſto Patri
" Ioanni Cantuarienſi Archiepiſcopo, totius Angliæ Primati
" & Metropolitano, & vni de priuato Conſilio noſtro, Ac
" prædilecto & fideli noſtro Thomæ Bromley Militi, Can-
" cellario Angliæ, alteri de priuato Conſilio noſtro, Ac etiam
" prædilecto & fideli noſtro Willielmo Domino Burghley,
" Do. Theſaurario Angliæ alteri de priuato Conſilio noſtro,
" Ac etiã chariſſimo conſanguineo noſtro, Willielmo Mar-
" chioni Wintoniæ, vni Dominorũ Parlamenti, Chariſſimo
" cõſanguineo noſtro Edw. Comiti Oxoniæ, magno Came-
" rario Angliæ, alteri Dominorũ Parlamenti, Necnon chariſ-
" ſimo cõſanguineo noſtro, Georgio Comiti Salopiæ, Comi-
" ti Mareſcallo Angliæ, alteri de priuato cõſilio noſtro, Cha-
" riſſimoq; cõſanguineo noſtro Henr. Comiti Cantiæ, alteri
" Dominorum Parlamenti, Ac etiã chariſſimo conſanguineo

Digitized by Google

D. M. LXXXVI.

noſtro Henrico Comiti Derbiæ, alteri de priuato Conſilio
„ noſtro, Chariſſimoq; cõſanguineo noſtro, Wilielmo Co-
„ miti Wigorniæ, alteri Dominorum Parlamenti Necnon
„ chariſſimo conſanguineo noſtro Edw. Comiti Rutlandię,
„ alteri Dominorũ Parlamenti, Ac chariſſimo conſanguineo
„ noſtro, Ambroſio Comiti Warwick, Magiſtro Ordinatio-
„ num noſtrarũ alteri de priuato cõſilio noſtro chariſſimoq;
„ cõſanguineo noſtro Henr. Comiti Penbrochiæ. alteri Do-
„ minorum Parlamenti, Necnon chariſſimo conſanguineo
„ noſtro Roberto Comiti Leiceſtriæ, Magiſtro Equorũ no-
„ ſtrorũ alteri de priuato conſilio noſtro, Ac chariſsimo con-
„ ſanguineo noſtro Henr. Comiti Lincolniæ, alteri Domino-
„ rũ Parlamenti, Ac etiã chariſsimo cõſanguineo noſtro An-
„ tonio Vicecomiti Montague, alteri Dominorũ Parlamenti,
„ Prædilectoq; & fideli noſtro Carolo Dn. Howard, magno
„ Admirallo noſtro Angliæ. alteri de priuato conſilio noſtro,
„ Ac prædilecto & fideli noſtro Henrico Dn. de Hunſdon,
„ Dom. Camerario noſtro, alteri de priuato conſilio noſtro,
„ Necnon prædilecto & fideli noſtro, Henirco Dn. Aberga-
„ uenniæ, alteri Dominorum Parlamẽti, Ac prædilecto & fi-
„ deli noſtro Edw. Dom. Zouche, alteri Dominorum Parla-
„ menti, ac etiam prædilecto & fideli noſtro Edw. Do. Mor-
„ ley, alteri Dominorum Parlamenti, Prædilectoque & fideli
„ noſtro: Willielmo Dom. Cobham, Dn. Guardiano, Quin-
„ que Portuum noſtrorum, alteri de priuato Conſilio noſtro,
„ Necnon prædilecto & fideli noſtro Edw. Dom. Stafford,
„ alteri Dominorum Parlamenti, Ac etiam prædilecto & fi-
„ deli noſtro, Arthuro Dom. Grey de Wilton, alteri Domi-
„ norum Parlamenti, Ac etiam prędilecto & fideli noſtro Io-
„ anni Dom. Lumley, alteri Dominorum Parlamenti, Ac et-
„ iam prædilecto & fideli noſtro, Ioanni Dom. Sturton, alteri
„ Dominornm Parlamenti, Ac prædilecto & fideli noſtro.
„ Willielmo Dom. Sandes, alteri Dominorum Parlamenti,
„ Necnon prædilecto & fideli noſtro, Henrico Dom. Went-
„ worth, alteri Dominorum Parlamenti, Prædilecto & fideli

noſtro

Digitized by Google

noſtro Ludouico Mordant, alteri Dominorũ Parlamenti,
Prædilectoq; & fideli noſtro Ioan. Dom. S. Iohn de Bletſo, M. D. LXXXVI.
alteri Dominorũ Parlamenti, Necnon prædilecto & fideli
noſtro Thomæ Dom. Buckhurſt, alteri de priuato Cõſilio
noſtro, Ac prædilecto & fideli noſtro Hen. Dom. Cõpton,
alteri Dominorũ Parlamenti, Ac etiã prædilecto & fideli no
Hen. Dom. Cheney, alteri Dominorũ Parlamenti, Dilecto
& fideli noſtro Franciſco Knolles Militi, Theſaurario Ho-
ſpitij noſtri, alteri de priuato Cõſilio noſtro, Necnõ dilecto
& fideli noſtro Iac. *Croft* Militi, Contrarotulatori dicti Ho-
ſpitij noſtri, alteri de priuato Conſilio noſtro, Ac dilecto &
fideli noſtro Chriſtoph. *Hattõ* Militi, Vicecamerario noſtro
alteri de priuato Cõſilio noſtro, Ac etiã dilecto & fideli no-
ſtro Franciſco Walſinghã Militi, vni primariorũ Secretario
rũ noſtrorũ, alteri de priuato Cõſilio noſtro, Ac etiã dilecto
& fideli noſtro Willielmo Dauiſon Armigero, alteri prima-
riorũ Secretariorũ noſtrorũ, de priuato Cõſilio noſtro, Ac
dilecto & fideli noſtro Radulpho Sadleir Militi, Cãcellario
Ducatus noſtri Lancaſtriæ, alteri de priuato Cõſilio noſtro,
Necnõ dilecto & fideli noſtro Waltero Myldmay Militi,
Cãcellario Scaccarij noſtri, alteri de priuato Cõſilio noſtro,
Ac dilecto & fideli noſtro Amicio Poulett Militi, Capita-
neo Inſulæ noſtræ de *Ierſey*, alteri de priuato Cõſilio noſtro,
Dilectoq; & fideli noſtro Ioan. Wolley Armigero. Secreta
rio noſtro ꝓ lingua Latina, alteri de priuato Cõſilio noſtro,
Ac etiã dilecto & fideli noſtro Criſt. Wraie Militi, Capitali
Iuſtitiario ad Placita corã nobis tenẽda aſſignato, Dilectiſq;
& fidelib. noſtris Edmũdo Anderſõ Militi, Capitali Iuſtitia
rio noſtro de Bãco, Rogero Mãvvood militi, Capitali Baro-
ni Scaccarij noſtri, Tho. Gavvdy Militi, vni Iuſtitiariorũ no
ſtrorũ ad Placita corã nobis tenenda aſſignato, & Williel-
mo Periã, vni Iuſtitiariorũ noſtrorũ de Bãco, Salutẽ, &c. *De-
inde ne verbatim deſcribã. Poſt recapitulationẽ Legis (ſiue* Actus
vt noſtri vocant) anno ſuperiori ſancita, hæc ſequũtur. Cũ poſt fi-
nẽ Seſſionis Parlamẽti, *ſcilicet*, poſt primũ diẽ Iunij, Anno

M. D. LXXXVI. *Regni noſtri viceſimo ſeptimo, diuerſæ res compaſſatæ & imaginatæ fuerunt, tendentes ad læſionem perſonæ noſtræ* Regiæ, *tam per Mariam, filiam & hæredem Iacobi Quinti, nuper* Scotorum *Regis, ac communiter vocatam* Reginam *Scotorum, & Dotariam Franciæ, prætendentem titulum ad* Coronam *huius regni Angliæ; quam per diuerſas alias perſonas, cum ſcientia, Anglice vvith the priuitie eiuſdem Mariæ, prout datum eſt nobis intelligi. Cũq; nos intẽdimus & determinamus, quod Actus prædictus in omnibus, & per omnia foret rite & effectualiter executus, ſecundũ tenorẽ eiuſdem Actus, quodq; omnes offenſiones ſupradictæ in Actu ſupradicto, vt præfertur, mentionatæ & circumſtantiæ earundem forent examinatæ, & ſententia ſiue Iudicium ſuperinde detur, ſecundũ tenorem & effectum Actus illius: Vobis & maiori veſtrum parti plenã & integrã poteſtatem, facultatem, & authoritatem ſecundũ tenorem Actus, damus, ad examinandũ omnes & ſingulas res cõpaſſatas & imaginatas, tendentes ad læſionem perſonæ noſtræ* Re*giæ, tam per prædicatam Mariam quam per quaſcunq; alias perſonas, vel quamcunq; aliã perſonam, cum ſcientia,* A*nglice vvith the priuitie eiuſdem Mariæ, & omnes circumſtantias eorundem, ac omnes alias offenſiones ſupradictas quaſcunq; in* A*ctu ſupradicto, vt præfertur, mentionatas, & omnes circũſtantias, earundem offenſas, & earũ cuiuslibet.* Ac *ſuperinde ſecundũ tenorem* A*ctus prædicti, ad dandum ſententiã ſiue iudicium, prout ſuper bonam probationẽ materia vobis apparebit. Et ideo vobis mãdamus, quod ad certos dies, & loca, quos vos, vel maior pars veſtrũ ad hoc prouideritis, diligẽter ſuper præmiſſa, in forma prædicta procedatis, &c.*

Horum plerique Fotheringhaiam Caſtrum in Comitatu Northamptoniæ ad *Neni* fl. ripam, XI. die Octobris acceſſerunt, vbi Scotorũ Regina tunc cuſtodita. Poſtridie delegati ad eam miſerunt, Walterum Mildmaium, Povvlettũ & Edvvardum Barkerũ, Notariũ publicũ, qui Elizabethæ literas illi in manum tradiderunt, quas cũ perlegiſſet, vultu ad Regiã dignitatem cõpoſito, & animo ſedato, *Male me habet*, inquit, *Reginam Sororẽ mihi chariſſimam, perperam de me edoctam eſſe, & tot annos iam arcte cuſtoditam, membriſq;*

Illa litteris extemplo reſpondet.

ca-

captã, poſtq̃ tot æquas conditiones ꝓ libertate obtulerim, M. D. LXXXVI.
neglectam iacuiſſe. Quanq̃ de pluribus periculis plene pr monuerim, fides tamen mihi nulla adhibita, ſed ſemper ego ſpreta, licet ſanguinis vinculo ei cõiunctiſſima. Cũ *Aſſociatio* iniretur, & lex Parlamẽtaria inde ſanciretur, præuidi quicqd periculi, vel ab exteris Principibus foras, vel à male ſanis domi, vel religionis cauſa acciderit, mihi fore præſtandũ, cũ in aula multos habeã infeſtos aduerſarios. Inique ſane, nec ſine cauſa ferrẽ, fœdus cũ filio meo, me incõſulta, initũ eſſe; ſed huiuſmodi ꝑtermitto. Quod ad has literas, nouũ mihi videtur, vt Regina mihi, tanq̃ ſubdito, imperet, vt me iudicio ſiſtã. Regina ego ſũ abſoluta, nec qcq̃ cõmittã, q Maieſtati Regiæ, mei loci, & ordinis Pricipibus, & filio ſit fraudi. Nondũ animus decidit, nec calamitati ſuccũbã. Refero me ad ea, quæ coram Brõleio nũc Cãcellario, & Barone Lavvaro ꝓteſtata ſum. Angliæ *Leges* & *Satuta* mihi ſunt ignotiſſima, Cõſiliarijs ſũ deſtituta, q mihi *Pares* plane neſcio; chartæ & notulæ ſunt ablatæ, nullus eſt q patronũ mihi ſe ꝓbere audeat. Ego omnis cõtra Reginã criminis exps, neminem in eam cõcitaui nec in crimen vocanda, niſi ex verbo meo aut ſcripto, quæ in me haudquaquam produci poterunt. Diffiteri tamen non poſſum, me memet, & cauſam meam exteris Principibus commendaſſe.

Poſtridie ad eã, nomine Delegatorũ, redierũt Povvlettus & Barkerus, q monſtrarunt hoc reſponſũ in ſcripta relatũ, & an in eodẽ perſiſteret, rogarũt. Cũ diſtincte perlectũ audiſſet vt probe & vere conceptum, laudauit, & in eo ſe perſtiturã dixit. At hoc, *inquit*, mihi animo excidit, q adijci velim. Quod Regina ſcripſerit, me ſubiectã eſſe Angliæ legibus, & ex illis iudicandã, quoniam ſub earũ tutela vixi. *Reſponſio addit.*
Reſpondeo, me in Angliã, ad opem implorandã, veniſſe, iam inde vero in carcere detentam, legum Angliæ tutela, vel beneficio frui nõ potuiſſe, imo nec à quopiam quales ſint Leges illæ, hactenus intelligere licuit. A meridie nonnulli ſelecti è Delegatis, cum Iuris Cæſarei, & Canonici peritis, eã acceſſerũt. Cãcellarius vero & Theſaurarius, authorita-

M. D. LXXXVI.

tem ex Diplomate declararunt, nec captiuitatem, nec Regiæ Maieſtatis prærogatiuam, poſſe eam à reſpondendo in hoc Regno eximere docuerunt, vtq; obijcienda audiret blande monuerunt: ſin minus, ſe ex legis authoritate, & poſſe, & velle in eam abſentem agere interminati. Illa reſpondit, *Se ſubditam non eſſe, & malle millies perire, quam ſe ſubditam agnoſcere. quandoquidem agnoſcendo, & Regiæ Maieſtatis ſublimitati præiudicium ferret, ſimulq; ſe omnibus Angliæ legibus etiam in re* Religionis *teneri fateretur; nihilominus in libero & pleno Parlamento, ad omnia paratam eſſe reſpondere, cũ neſciat, an dictis cauſa, & ad ſpeciem, hic conuentus contra eam, iã præiudicatis condemnatam inſtituatur. Vt conſcientiam igitur conſulant, & meminerint, orbis terrarum Theatrum Regno Angliæ longe amplius patere. ſubmonet.* Cœpit deinde de iniurijs ſibi illatis conqueri, & Theſaurarius inter-rũpens, Elizabethæ in eam beneficia enumerare: ſcilicet, quæ in nonnullos impugnantes ius, quod in Angliam vendicat, animaduerterat: & impedierat quo minus ab Ordinibus Regni, ob nuptias cum Norfolcio expetitas, rebellionem in plaga Boreali, & alia, damnaretur. Quæ cum illa nihili æſtimare videretur, receſſerunt.

Comparere recuſat.

Poſt aliquot horas, per Povvlettum & Sollicitatorẽ capita Diplomatis, & nomina Delegatorum exhibuerunt, vt videret, ex æquo & bono, non ex verſuto iure, & extra ordinem agendum eſſe. Illa nullam contra Delegatos exceptionem oppoſuit, & acerrimam contra legem nuperam è qua authoritas Diplomatis tota dependit; vtiq; iniuſtam eſſe, in ſe compoſito excogitatam, exemplo carere, & cui nunquam ſe ſubijceret. Rogauit, ex quo iure procederent, ſi ex Cæſareo vel Canonico, interpretes è Papia, vel Pictonibus, aliiſq; externis Academijs acceſſendos dixit, cum idonei in Anglia non reperiantur. Addidit etiam, ex diſertis verbis in Reginæ literis conſtare, ſe criminis ream iam præiudicatam eſſe, etſi inauditam; ideoq; non eſſe cur ſe coram illis ſiſteret, poſtulauitq;, vt ſatisfieret de nonnullis

Contra nouam Legem excipit.

in

Digitized by Google

in iſtis literis ſcrupulis,quos confuſe, & raptim ſibi ſeorſim annotauerat, ſed deſcriptos tradere noluit, cum è dignitate Regia non ſit,vt dixit,ſcribæ partes agere. *M. D. LXXXVI.*

Hæc de re ſelecti illi Delegati rurſus eam adierunt, quibus ſignificat, ſe non ſatis percipere quid velint illa verba; *Cum ſit ſub Reginæ protectione.* Cancellarius reſpondit, *Hoc cuiuis intelligenti clare patere,ſubditorum tamen non eſſe interpretari, quid Regina ſibi vellet,nec ad hoc ſe delegatos eſſe.* Poſtulauit illa deinde Proteſtationem, quam quondam fecerat,oſtendi,atque approbari. Reſponſum,eam nunquam approbatam fuiſſe, nec iam approbandam, cum ſit fraudi Coronæ Angliæ Rogauit,qua authoritate procederent. Reſpōſum, ex authoritate Diplomatis & Iure Ciuili Anglorum. *At*, inquit, *vos pro lubito Leges ſancitis, quibus non eſt cur ego memet ſubmittam, quandoquidem Angli olim* Legi Salicæ Gallorum *ſe ſubmittere recuſarunt: Quod ſi ex iure Ciuili Anglorum procederent,exempla cierent,cum ius illud ex exemplis & conſuetudine magnam partem conſtet, Sin ex iure Canonico, non alii quam eiuſdem conditores interpretari debeant.* Reſponſum eſt, quod procederent,nec ex iure Cæſareo,nec Canonico;ſed ex Anglico. Ex Cæſareo tamen & Canonico demonſtrari poſſe,quod coram illis comparere debeat, ſi hoc audire nō recuſaret. Nec recuſauit illa quidem audire, ſed *inter locutorie,*vt dixit, non *iudicialiter.* *Proteſtationem admitti rogat.*

Hinc in alios ſermones incidit, ſcilicet, ſe nihil in exitium Reginæ cogitaſſe, iniuriis & indignitatibus ſuccenſuiſſe,ſe in offenſionis lapidem futuram,ſi tam indigne habeatur;per Nauum operam obtuliſſe,de Pontificis Rom. Bulla reuocāda,voluiſſe innocentiā p literas, tueri, ſed nec hoc permiſſum: denique ſingula quæ detulerat viginti annis beneuolentiæ officia, reiecta fuiſſe. Huiuſmodi digreſſiunculis longius prouectam reuocarunt, & rogarunt, vt dilucide diceret, an coram Delegatis reſponderet. Illa retulit, *Authoritatem illam delegatam eſſe ex nupera Lege,ad ipſam illaqueandam ſancitam: ſe Reginæ Leges, quas merito ſuſpectas*

M. D. LXXXVI

habet, non poſſe ferre. Se boni animi hactenus plenam, nolle iam in maiores ſuos Scotorum Reges committere, agnoſcendo ſe Anglicæ Coronæ ſubditam eſſe. Hoc enim nihil aliud eſſe, quam illos rebelles & perduelles palam profiteri. Non recuſare tamen reſpondere, modo in ſubditæ ordinem non redigatur. Malle vero funditus perire, quam vt Criminalis *reſpondere.*

Hattonus comparere ſuadet.

Ad hæc Hattonus Elizabethæ Procamerarius. *Accuſaris (at non condemnaris) in perniciem Dominæ noſtræ, Reginæ iunctâ coniuraſſe. Reginam te eſſe dicis. Eſto. At* REGIUM *faſtigium, nec iure Cæſareo, nec Canonico, nec Iure gentium, nec Naturæ, à non reſpondendo in huiuſmodi crimine eximitur. Omnis enim iuſtitia vacillaret, imo iaceret, ſi id genus flagitia impune deſignarentur. Si innocens ſis, tuæ exiſtimationi vim infers, iudicium declinando. Innocentem te proteſtaris, verum* Eliza*betha aliter ſentit, nec ſine cauſa, & dolenter quidem. Ad innocentiam itaque examinandam, viros honoratiſſimos, prudentiſſimos, & integerrimos delegauit, qui ex æquitate cum fauore te audituri, & ex animo gaudebunt, ſi hoc crimen dilueris. Crede mihi, ipſa* Regina *magna lætitia afficietur, quæ mihi diſcedenti affirmauit, nihil ſibi accidiſſe triſtius, quam te huiuſmodi criminis inſimulari. Quare ſuperuacaneo* Regii *faſtigii priuilegio ſepoſito, quod nulli iam ſit vſui, iudicio te ſiſtas, innocentiam oſtendas, ne ſubterfugiendo, ſuſpicionem attrahas, & æternam exiſtimationi labem aſpergas.*

Non recuſo, inquit illa, *reſpondere pleno* P*arlamento, coram* R*egni Ordinib. legitime conuocatis, modo ſucceſſioni proxima declarer; imo coram Regina & Conſiliariis, modo* P*roteſtatio admittatur, & proxima Reginæ conſanguinea agnoſcar. Aduerſariorum iudicio, apud quos ſcio omnem innocentiæ defenſionem fore interclusam, memet ſubmittere plane nolo.* Cancellarius interrogauit, an reſponderet, ſi Proteſtatio admitteretur. *Nunquã,* inquit, *Legi nuperæ in Diplomate memoratæ me ſubiiciam.* Hinc intulit Theſaurarius, Nos nihilominus die craſtino, licet abſens fueris & contumax permanſeris, in cauſa ꝓcedemus.

Con-

Conſcientiam, inquit illa, *excutite*, *bonori conſulite*, *Deus vobis & hæredibus*, *pro veſtro in me iudicio retribuat*. M. D. LXXXVI

Die craſtino, qui menſis XIIII. accerſiuit quoſdam è Delegatis, rogauitque vt Proteſtatio admitteretur & approbaretur. Theſaurarius interrogauit, an iudicio ſe ſiſteret, ſi Proteſtatio ſolummodo reciperetur, & in ſcripta redigeretur, ſine approbatione. Annuit tandem, grauate tamen, ne, vt dixit, prædeceſſoribus aut ſucceſſoribus derogare videretur, ſed percupidam eſſe obiectum crimen diluendi, perſuaſa Hattoni rationibus, quas cogitate perpenderat. *Comparere contenta eſt.*

Mox conuenerunt in Camera Præſentali Delegati qui aderant. Solium in ſuperiori Cameræ parte, pro Regina Angliæ poſitum erat ſub Vraniſco. Eregione inferius & remotius, iuxta tranſtrum, Cathedra pro Regina Scotorum, ad parietes vtrinque ſedilia, in quibus hinc conſederunt Cancellarius Angliæ, Theſaurarius Angliæ, Comites Oxoniæ, Cantij, Derbiæ, Wigorniæ, Rutlandiæ, Cumberlandiæ, Warvvici, Penbrochiæ, Lincolniæ, & Vicecomes Montiſacuti; inde Barones Abergauennius, Zouchæus, Morleiꝰ, Staffordus, Greius, Lumleius, Sturtonus, Sandius, *VVentvvorthus*. Mordantus, de S. Ioanne *à Bletsho*, Comptonus, & Cheineius. Iuxta hos ſederunt Equites aurati à Sanctiori cõſilio, IACOBVS Croftus, CHRISTOPHORVS Hattonus, FRANCISCVS Walſinghamus, RADVLPHVS Sadleirus, Walterus Mildmaius & Amicius Povvlettus. Antrorſum ante Comites ſederunt Iuſtitiarij duo primarij & Capitalis, Baro Scaccarij: ex altera parte Baronesduo, alij Iuſtitiarij, Dalus, & Fordus Iuris Ciuilis Doctores; ad menſulã intermediã Pophamꝰ Procurator Regius, Egertonꝰ *Sollicitator*, Gaudius Regiꝰ *ad Legẽ Seruiens*, Clericꝰ Coronę, & duo Actuarij. *Forma ſeſſionis.*

Cum illa aduenisset & in ſede ſe compoſuiſſet, ſilentio indicto, Bromleius Cancellarius ad eam conuerſus, in hanc ſententiam pauca verba habuit. *Sereniſſima Angliæ Regina certior non ſine ſummo animi angore facta, te in ſuam Angliæq; perniciem, necnon in Religionem machinatam fuiſſe, ex officio, ne* *Cancellarius illam affatur.*

Deo,

M. D. LXXXVI

Deo, ſibi & populo defuiſſe videretur, & ex nulla plane animi malitia, hos Delegatos conſtituit, qui audiant quæ tibi obiiciētur, quomodo obiecta diluas, & innocentiam demonſtres tuam. Illa aſſurgens dixit, *Se in Angliam, ad promiſſum auxilium implorandū veniſſe, nihilominus iam inde in carcere detentam fuiſſe.* Proteſtata eſt, *Se ſubditam Reginæ non eſſe, ſed Reginam liberam & abſolutam fuiſſe, & eſſe, nec adigendam, vt coram Delegatis ſiſtatur, aut quocunq; iudice, quacunque de cauſa, niſi vno Deo, Iudice ſupremo: ne Regiæ ſuæ Maieſtati, filio Scotorum Regi, ſucceſſoribus, aut cæteris Principibus abſolutis præiudicaret. Cæterum ſe iā præſentem comparere, vt obiecta crimina refelleret.* Suos autem rogauit, vt hoc teſtarentur. Cancellarius non agnoſcens, auxilium fuiſſe promiſſum, reſpondit, *Proteſtationem hanc inanem eſſe, eo quod quicunque, cuiuſcunque loci, & ordinis ſit, contra Leges Angliæ in Anglia deliquerit, iiſdem ſubiiciatur, & ex nupera Lege examinetur & iudicetur. Proteſtationem igitur illam in præiudicium Legum & Reginæ Angliæ factam, minime admittendam eſſe.* Delegati tamen iuſſerunt, tam illius Proteſtationem, quam Cancellarij reſponſionem in acta referri. Deinde Diplomate, quod ex lege ſępius iam dicta fundatum, publice perlecto, illa animoſe contra eam legem, vtique contra ſe directe & compoſito ſancitam, Proteſtationem interponit, & hac de re eorum fidem appellat. Cum reſponſum eſſet à Theſaurario, ſingulos in hoc Regno legibus etiam nuperrimis teneri, nec eam debere legibus obloqui: Delegatos vero ea ex lege iudicaturos, quaſcunque illa interponet *Proteſtationes*, aut *Appellationes*, demum ſe ad audiendum & reſpondendum de quocunque contra Angliæ Reginam facto paratam dixit.

Illa proteſtatur.

Proteſtatio in ſcripta relata.

Proceſſus.

Gaudius legem iam ſigillatim explicauit, illam in eandem peccaſſe aſſeruit, & hinc hiſtoricam *Babingtoniæ coniurationis* narrationem contexuit, concluſitque illam, hanc *conſciuiſſe, comprobaſſe, aſſenſiſſe, opem promiſiſſe, viam & rationem commonſtraſſe.* Illa animo erecto reſpondit, *Se Babingtonum non noſſe, literas ab eo nunquam accepiſſe, nec ad eum ſcripſiſſe,*

Obiecta negat.

perniciem

Digitized by Google

perniciem Reginæ nunquam ſtruxiſſe: & ad hoc euincēdum ſuam M D.
ipſius propria manu ſubſcriptionem in medium producendam. Se LXXXVI
nunquam hæc dere vel fando audiuiſſe, Ballardum neſciuiſſe, nunquam fouiſſe; à nonnullis vero intellexiſſe, Catholicos in Anglia multa ægerrime ferre, & hoc Reginam ſuis literis edocuiſſe, vtque eorum miſereretur, efflagitaſſe. Plures etiam omnino ignotos ſibi operam detuliſſe, ſe tamen neminem ad ſcelus concitaſſe: atque in carcere conclusam, quid iſti moliantur nec ſcire, nec impedire potuiſſe.

Hinc ex Babingtoni confeſſione vrgetur, commercium per literas inter eam & Babingtonum interceſſiſſe. Agnouit colloquium per literas cum multis interceſſiſſe, non inde tamen poſſe colligi, ſe omnia praua eorū conſilia conſciſſe. Poſtulauit vt ſua ipſius manu ſubſcriptio in medium produceretur, & rogauit, cui damno eſſet, ſi literas toto fere anno detentas repetiiſſet, Exemplaria deinde literarum Babingtoni ad eā perlecta, in quibus tota machinatio deſcripta. *Quod ad has literas, Fieri poſſit*, inquit, *vt Babingtonus ſcriberet, at probetur, me accepiſſe. Si Babingtonus aut alij hoc affirmarint, eos aperte mentiri aio. Aliorum crimina non in me coniji cienda. Faſciculus literarum, qui toto fere anno detentus, ſub id tempus ad manus peruenit, ſed per quē tranſmiſſus, plane neſcio.*

Literarum exemplaria prolata.

Ad comprobandum, illam Babingtoni literas accepiſſe, legebantur ex Babingtoni confeſſione capita literarum, quas illam reſcripſiſſe ſponte confeſſus fuerat. In quibus, cum mentio fieret de Arundeliæ Comite, & fratribus, Northumbrioq; lachrimis prorumpentibus, dixit, *Hei mihi, quæ & qualia mea cauſa pertulit nobilis illa Hovvardorum familia?* Pauloq; poſt lachrimis abſterſis, reſpondit, *Babingtonum poſſe, quæ lubuit fateri. Apertum autem eſſe mendacium, ſe eiuſmodi euadendi rationes excogitaſſe. Cyphras, quibus apud alios vſa erat, aduerſarios facile potuiſſe nanciſci, & iiſdem multa falſo perſcribere. Veriſimile non eſſe, vt opera Arundelii, quem carcere conclusum nouerat, vteretur, aut Northumbrii, qui admodum iuuenis, & ſibi ignotus.*

Et quædam ex Babingtoni confeſſione.

Illa pernegat.

Lecta

M. D. LXXXVI

Ex Sauagii & Ballardi confeſſionibus vrgetur. Et ex literis ad Babingtonum. Inficiatur.

Lecta erant itidem excerpta è Sauagij & Ballardi confeſſionibus, qui faſſi erant, Babingtonum illis impertiiſſe literas à Scotorum Regina acceptas. Illa Babingtonum *nullas à ſe accepiſſe affirmauit, imo aliis conſilia de inuadenda Anglia clam ſuggerentibus, indignatam eſſe, & monuiſſe vt cauerent.* Prolatæ iam literæ, in quibus machinatio Babingtoni laudatur & comprobatur. Harum exemplum requiſiuit; affirmauit *non à ſe prodiiſſe, ſed forſan ex ſuo Ciphrarum in Gallia Alphabeto, ſe ad libertatem recuperandam, quod ipſa natura fert, incubuiſſe, & cum ſuis, vt liberarent, egiſſe, nonnullis tamen, quos nominare non lubuit, operam ad liberandum deferentibus, ne verbo quidē reſpondiſſe.* Percupiiſſe tamen *vt perſequutionis procellā à Catholicis auerteret & hoc ſummopere à Regina rogaſſe. Regnum ſe nolle ſanguine vel infimi ex fæce plebis, nedum Reginæ, comparare; multos eſſe, qui perniciosa, ipſa ignara, moliuntur, & recentiſſimis, quas acceperat, literis, veniam à quibuſdam petitam fuiſſe, ſi ipſa inconſulta, quid aggrederentur. Facile eſſe aliorum characteres & Cyphras ementiri, quod iuuenis, qui ſe fratrem nothum filij venditarat, nuperrime in Gallia fecit. Vereri etiam, ne hoc in ſuum caput iam factum per VValſinghamum, quem in ſuam & filij vitam machinatum fuiſſe inaudierat. Proteſtatur, in Reginæ perniciem ne cogitaſſe quidem; ſe malle lubentiſſime vitam profundere, quam vt ſua cauſa Catholici in odium ſui ita affligerentur, & ad dira ſupplicia raperentur. Simulq; lachrimas vbertim effudit.*

VValſinghamum perſtringit.

At, inquit Theſaurarius, *Nemo qui ſe ciuem obſequentem præſtiterat, Religionis cauſa fuit morte affectus, ſed nonnulli ob proditionem, dum Pontificis Bullam, & authoritatem contra Reginam aſſererent. Ego tamen*, inquit illa, *aliter audiui, etiam & in libris editis legi. Eiuſmodi librorum authores*, retulit ille, *etiam Reginam Regia dignitate excidiſſe ſcribunt.*

Walſinghamus, qui ſe modo verbis perſtrictum ſenſerat, occaſione arrepta, aſſurgens, & animum nulla maleuolentia ſuffuſum proteſtatus. *Deum*, inquit, *teſtor, me, vt priuatū, nihil probo viro indignū, nec pro publica, quā gero, perſona, nihil*

Ille ſe defendit.

nihil quod meo loco non dignũ fecisse. Fateor, me anxie ſollicitum de Reginæ & Regni ſalute, machinationes in eam curioſe indagaſſe. Si operam ſuam Ballardus mihi detuliſſet, non recuſarã, operamq; nauatam compenſaram. Si quid ego cum illo machinatus ſim, cur non enuntiauit, vt vitæ conſuleret? Illa hoc reſpõſo ſe acquieſcere dixit. Rogauit, *ne ſuccenſeret, quod libere dixerit, quæ fando acceperat. Vtq; non magis crederet illam calumniãtibus, quam illa ſuggillantibus eum. Exploratores ambiguæ eſſe fidei homines, qui aliud ſimulant, aliud dicunt: vtq; nullo modo crederet, illam in Reginæ exitium conſenſiſſe.* Iam rurſum in lachrimas effuſa. *Animæ,* inquit, *naufragium, coniurando in perniciem chariſsimæ ſororis, nunquam fecerim.* Reſponſum eſt à Iuriſperitis, hoc teſtimonijs mox euincendum. Hæc ante meridiem. M. D. LXXXVI

A meridie, vt hoc euinceretur, prolatum eſt exemplar literarum, quas Carolus Pagettus ſcripſit, & eam accepiſſe Curlus, alter ex Amanuenſibus, teſtatus eſt, de colloquio inter Mendozam & Ballardum, de Conſilio Angliã inuadendi, eamq; liberandi. *Hoc nihil ad rem eſſe,* reſpondit, *nec probare, ſe in Reginæ perniciem cõſenſiſſe.* Perrexerunt porro Iuriſconſulti, vt eam & coniurationis conſciam fuiſſe, & in Reginæ cædem coniuraſſe, ex Babingtoni cõfeſſione, atq; literis inter eam & Babingtonum comprobarent, in quibus ille eam *Dominam, Reginamq; ſuam Sereniſſimam* ſalutarat: obiterq; meminerunt, conſilium initum eſſe, de Regno Angliæ in Hiſpanum tranſcribendo. Illa agnouit, Sacerdotem adiiſſe & dixiſſe, *ſi non interueniret,* quod & ipſa & filius hæreditate excluderentur. Sacerdotis autem nomen edere noluit, addidit, Hiſpanum ius ſibi in regnum Angliæ arrogare, nec aliis quam ipſi ceſſurum. Teſtimoniis deinde Nauui & Curli Amanuenſium preſſerũt, ex Babingtoni confeſſione, & mutuis inter eam & Babingtonum literis, omniſq; probationum fides eorum teſtimonio nitebatur; nec tamen illi coram producti. Curlum virum probum eſſe agnouit, ſed non idoneum in ſe teſtem, Nauum quondam ab Epiſtolis Cardinali Lotharingo, à Galliæ

Caroli Pagetti literæ proferuntur.

Et Babingtoni.

Et Amanuenſium teſtimonia.

Illa eorum fidem eleuat.

Digitized by Google

M. D. LXXXVI

Rege ſibi commendatũ, facile aut pretio, aut ſpe, aut metu pertrahi poſſe, vt falſum perhiberet teſtimonium, vtpote qui iureiurando temere ſe ſubinde obſtrinxerat. Curlumq́; ita facilem habuerat, vt ad eius nutum, quæ iuſſit, ſcriberet: Fieri poſſe, vt iſti literis inſererent, quæ non dictarat; fieri etiam poſſe, eiuſmodi literas ad eorum manus perueniſſe, quas tamen nunquam vidit; & in huiuſmodi verba prorupit. *Omnis omnium Principum, & Maieſtas & ſalus iacet, ſi ex Amanuenſium ſcriptis & teſtimonio dependeant. Ego illis nihil dictaui, niſi quod natura mihi dictauit, vt libertatem tandem aliquando recuperarem. Nec ego, niſi ex meo ipſius verbo, aut ſcripto ſum conuincenda. Si quid illi ſcripſerint, quod Reginæ ſorori ſit fraudi, me plane inſciente ſcripſerunt, & inconſideratæ audaciæ pœnas luant. Certo ſcio, ſi coram adeſſent, me extra omnem hanc culpam cauſamq́; ponerent. Et ego, ſi chartulæ meæ ad manus eſſent ſingulatim ad hæc reſponderem.*

De Regno transferendo arguitur.

Inter hæc, Theſaurarius obiecit, quod filium in Hiſpaniam mittere, iuſq; quod in Angliæ regno vendicat, in Hiſpanum conferre deſtinarat. Cui illa, *Regnum ſibi nullum eſſe quod deferre poſſet, licitum tamen eſſe, ſua pro ſuo arbitrio donare, nec rationem cuipiam reddere.* Cum Cyphrarum Alphabeta, Babingtono, D. Lodouico, & Feruhurſtiæ tranſmiſſa, è Curli teſtimonio obiicerentur, non negauit, *quin illa plura deſcripſerat, & inter alia, illud pro D. Lodouico, cum illum, & alium ad Cardinalis dignitatem commẽdaſſet; & citra offenſam, vt ſperauit, quandoquidem non minus ſibi ſit licitum literarum commercia habere, & res ſuas cũ hominibus ſuæ religionis agere, quam Regina cum alterius cultoribus.*

Et ſuorum teſtimoniis premitur.

Deinde conſentientibus Naui & Curli teſtimonijs iteratis ſpiſſius preſſerunt, & illa ſua reſponſa iterauit, aut præciſe negando repulit; iterum proteſtando, ſe nec Babingtonum, nec Ballardum noſſe.

Penſionem Morgano aſſignatam excuſat.

Inter hæc, cum Theſaurarius interieciſſet, eam probe noſſe Morganum, qui Parrium percuſſorem in Reginam ſubmiſerat, illiq; annuam penſionem aſſignaſſe. Retulit, *ſe neſcire, an Morganus hoc fecerit, ſcire autem, Morganum ſua cauſa omnia*

amiſiſſe,

Digitized by Google

M. D. LXXXVI.

amiſiſſe, ideoque honoris ſui intereſſe illum ſubleuare, nec teneri iniuriam ab amico bene merito Reginæ illatam vlciſci: ab eiuſmodi tamen ſceleratis inceptis hominem deterruiſſe. Verumenimuero penſiones, inquit, *ex Anglia, Patricio, Graio & Scotis mihi aduerſantibus fuerunt aſſignatæ, vti & filio.* Reſpondit Theſaurarius. *Cum res Regni Scotici Proregum negligentia fuerint admodum acciſæ, Regina Regi filio tuo, cognato coniunctiſſimo, aliquid munifice elargita eſt.* Prolata ſunt poſtea capita literarum ad Inglefeldum, & ad Baronem Pagettum, & Bernardinum Mendozam, de externis auxiliis. Cum autem illa reſpondiſſet, *Hæc non facere ad Reginæ exitium. Quod ſi exteri eam liberare ſatagerent, non ſibi obiiciendum, & ſe ſubinde Reginæ aperte ſignificaſſe quod libertati ſuæ conſuleret*; res in craſtinum prorogatur.

Et penſiones Scotis conceſſas torquet.

Die craſtino, illa Proteſtationem ſuperiorem iterauit, & in acta referri, exemplumque ſibi tradi poſtulauit, lamentando *æquiſſimas, quas Reginæ conditiones ſæpius propoſuerat, ſemper fuiſſe reiectas, etiam cum promiſerit filium, Ducíſq; Guiſii filium obſides dare, ne quid detrimenti per ſe Regina aut regnum Angliæ caperet. Spem omnem libertatis omnino præcluſam iam antea vidiſſe, nunc vero indigniſſime ſecum agi, cuius honor & exiſtimatio in quæſtionem deuocatur côram forenſibus cauſidicis, qui ſingulas circumſtantias in conſequentias contortis concluſiunculis trahunt, cum Principes inuncti & conſecrati, non iiſdem legibus, quibus priuati, ſubiiciantur. Præterea, cum delegata ſit illis authoritas examinandi* res ad læſionem Regiæ perſonæ tendentes, *nihilominus cauſa ita agitur, & litera torquetur, vt Religio quam profitetur, immunitas & Maieſtas Principum exterorum, & priuata inter Principes commercia, in quæſtionem deducantur, & ipſa infra Regiam dignitatem, quaſi rea, pro Tribunali ſiſtatur. Nec alio conſilio, quam vt Reginæ gratia, & ſuo in ſucceſſione iure prorſus excluderetur: cum illa ſponte comparuerit vt obiecta dilueret, ne honori & innocentiæ defuiſſe videretur.* In memoriam etiam reuocauit, *Quomodo ipſa Elizabetha in quæſtionem de coniuratione* Wiati *pertracta fuiſſet, cum tamen*

Denuo proteſtatur, cum querimonia.

M. D. LXXXVI. *illa innocentiſsima*; religioſe affirmando, *Etſi Catholicorum incolumitati conſultum optauerit, nolle tamen, vt cuiuſcunque cæde & ſanguine hoc fieret. Se maluiſſe Heſtheram, quam Iuditham agere, intercedere apud Deum pro populo, quam infimum de populo vita ſpoliare.* Expoſtulauit inimicos diuulgaſſe, ſe irreligioſam fuiſſe. *Tempus autem*, inquit, *erat, cum me in Proteſtantium* Religione *informari vellem. verum informare noluerunt, quaſi de anima mea ſuſquedeque ferrent.* Iam per orans. *Cum omnia*, inquit, *in me egeritis, & meo me iure excluſeritis, vos cauſa & ſpe cadatis.* Simulque ad diuinum numen, Principeſque agnatos appellatione facta, & proteſtatione iterata, rogauit, vt alter haberetur hac de re conuentus, vtque Patronus ad cauſam agendam daretur, & Princeps cum ſit, verbo Principis crederetur. *Imprudentia enim extremæ eſſe, eorum iudicio ſtare, quos præiudiciis contra ſe armatos planiſsime vidit.*

Burghleius reſpondet. Ad hæc Theſaurarius. *Cum duplicem*, inquit, *perſonam gero, alteram Delegati, alteram Conſiliarij, primum paucula à me, tanquam Delegato, accipe. Proteſtatio in acta relata eſt & eiuſdem exemplum tibi tradetur. Authoritas ſub* Regina *chirographo, & Magno Angliæ Sigillo nobis delata eſt, à quo nulla eſt, prouocatio; nec cum præiudicio venimus, ſed ad iuſtitiæ amuſsim iudicaturi. Iuriſperiti ad nihil aliud collineant, quam vt veritas eluceſcat, quatenus in* Regiam *perſonam deliqueris. Poteſtas nobis facta eſt plenaria, rem audiendi & examinandi, etiam te abſente; adeſſe tamen voluimus, ne honori detraxiſſe videremur. Nec cogitauimus tibi quicquam obiicere, niſi quod in* Regiam *perſonam conſciueris, aut tentaueris. Literæ non alio conſilio perlectæ ſunt, quam ad facinus contra* Regiam *perſonam, & ad illud ſpectantia explicanda, quæ ita cum aliis rebus intertexuntur, vt ſeiungi non poſsint. Ideoque literæ integræ, & non particulæ, hinc inde exceptæ publice perlectæ, quandoquidem circumſtantiæ fidem faciant, quibus de rebus cum Babingtono egeris.*

Illa interfatur. Illa interfata, *Circumſtantias probari poſſe* dixit, *at factum nunquam, integritatem ſuam, non ex Amanuenſium fide & memoria*

Digitized by Google

moria dependere, etſi ingenuos norit. Si tamen ex tormentorum metu, ſpe præmij, & impunitatis aliquid faſſi ſint, non admittendum, ex iuſtis cauſis quas alibi proferat: hominum animos affectibus varie circumagi, illos nunquã huiuſmodi, niſi in rem vel ſpem, confiteri voluiſſe. Literas poſſe ad alios, quam ad quos ſcribuntur, dirigi, & multa quæ non dictauerat, ſæpius fuiſſe inſerta. Si chartulæ non ablatæ fuiſſent, & Amanuenſem haberet, obiecta fælicius confutaret. M. D. LXXXVI.

At, *nihil*, inquit Theſaurarius, *niſi à XIX. die Iunij obiicietur, nec chartulæ proderunt, cum Amanuenſes & Babingtonus ipſe tormentis intacti, affirmauerint, te literas illas ad Babingtonum dediſſe, quod etiamſi tu neges; an potior tamen fides affirmationi quam negationi habeatur, Delegati iudicarint. Verum, vt ad rem redeam. Hæc vt Conſiliarius denuncio, multa de libertate ſubinde propoſuiſti, Quod ſucceſſu caruerint, à te fuit, vel Scotis, & non à Regina. Proceres enim Scotiæ Regem obſidem tradere omnino recuſarunt. Et cum poſtremo de libertate tractaretur, Parrius à Morgano, cliente tuo, ad Reginæ cædem ſubmiſſus erat.* Ah, inquit illa, *tu mihi aduerſaris.* Imo, refert ille, *Aduerſariis Reginæ Elizabethæ ego aduerſor. Sed de his ſatis, ad probationes igitur pergamus. Cum illa audire abnueret. Nos tamen*, inquit ille, *audiemus, & ego etiam*: inquit illa; *alio loco audiam, & memet defendam.* *Ille pergit.*

Releguntur iam literæ ad Carolum Pagettum, quibus docuit, non aliam ſupereſſe Hiſpano rationem Belgium in ordinem redigendi, quam conſtituendo Principem in Anglia, qui ipſi ſit vſui; ad Baronem Pagettum, vt ad Angliam inuadendam auxilia acceleraret; Alani Cardinalis, quibus ille eam *Sereniſſimam ſuam Dominam* ſalutauit, & rem Principis Parmenſis curæ commendatam ſignificauit. Inter legendum hæc illa interpoſuit, *Babingtonum & Amanuenſes illam accuſaſſe, vt ſe excuſarent, nunquam de ſex percuſſoribus audiuiſſe, cætera nihil ad rem facere. Alanum pro Præſule reuerendo habere, ſe aliud Eccleſiæ Caput, quam Pontificem Rom. non agnoſcere. Quo in loco ab eo & exteris Principibus habeatur* *Iterum literæ proferuntur.* *Illa interfatur.*

Digitized by Google

M. D. LXXXVI.

Amanuenſibus fidem derogat.

non ignorare, nec poſſe impedire, ſi Angliæ Reginam *in literis ſalutarent. Amanuenſes, cum contra officium fidemque iureiurando ipſi firmatam egerint, fidem minime mereri. Semel peierantibus, ſi per omnes Deos iterum iurarint, minime credendum. Nec iſtos ſe in foro conſcientiæ obſtrictos quocunque iureiurando exiſtimare, quandoquidem fidelitatem & taciturnitatem iam antea ipſi iurauerint, nec Angliæ ſint ſubditi. Nauum ſæpe alias, quam ipſa dictarat ſcripſiſſe, & Curlum ſcripſiſſe quæcunque Nauus iuſſerat. Ipſam vero velle iſtorum culpam in omnibus ſuſtinere, niſi quæ labem honori inferant. Iſtos etiam hæc fortean confeſſos eſſe, vt ſibi conſulerent, dum confitendo putarent non ipſi officere, quacum, vt cum Regina, mitius agendum exiſtimarunt. De Ballardo nihil audiuiſſe, ſed de quodam Hallardo, qui operam ſuam detulerat, quam tamen recuſarat, eo quod eundem etiam Walſinghamo operam dicaſſe acceperat.*

Eos periurii arguit.

De Regno tranſcribendo iterum accuſatur.

Poſtea, cum notulæ literarum ad Mendozam, quas Curlus ſe priuato charactere deſcripſiſſe agnouerat, prælegerentur & ex illis premeretur, quaſi ius Regni in Hiſpanum transferre cogitarat, Alanumque & Perſonium ea de cauſa Romæ iam hærere. Illa ſuos fidem iureiurando firmatam fregiſſe conqueſta, reſpondit. *Cum captiua ſine ſpe libertatis curis elangueſcerem, nec ſpes vlla ſupereſſet ea perficiendi, quæ plurimi à me, & ætate & valetudine iam inclinata, expectarunt: viſum erat nonnullis, vt ſucceſſio regni Angliæ in Hiſpano, aut aliquo Catholico Anglo conſtabiliretur. Liberque mihi ad Hiſpani ius aſtruendum miſſus erat, qui cum non admitteretur, ego apud nonnullos offenſam ſubij: Cæterum ſpe omni iam in Anglia deſperata ſtat mihi ſententia, opem externam nolle reijcere.*

Reſpondet.

Sollicitator Delegatos ſubmonuit, quid de illis & eorum honoribus, fortunis, & poſteris fieret, ſi Regnum ita transferretur. Theſaurarius autem docuit, Regnum Angliæ transferri non poſſe, ſed ſucceſſionis iure ex legibus deſcendere; atque interrogauit, ſi plura vellet.

Illa poſtulauit, vt in pleno Parlamento audiretur, vel Regi-

Digitized by Google

Reginam (quam Reginæ rationem habiturum ſperauit,) & Conſiliarios præſens alloqueretur. Iamque magna vultus ſecuritate aſſurgens, cum Theſaurario, Hattono, Walſinghamo, & Comite Warvvicenſe pauca ſeorſim contulit. His peractis, Conuentus in xxv. diem Octobris ad *Cameram Stellatam* Weſtmonaſterij prorogatur. Hactenus hac de re, è Commentariis Edvvardi Barkeri, *Regiæ Maieſtatis Regeſtarij Principalis*, *Tho. VVheeleri*, *Notarii publici*, *Audientiæ Cantuarienſis Regeſtarii*, & aliorum fide dignorum qui interfuerunt. *M. D. LXXXVI.*

Die iſto conuenerunt omnes Delegati (præter Salopienſem & Warvvicenſem, affecta tunc temporis valetudine) & poſtquã Nauus, & Curlus ſingulas literas, & literarum exemplaria, quæ antea prolata fuerunt, veriſſima eſſe iureiurando, viua voce, ſponte, ſine ſpe, aut pretio coram illis aſſeuerãter affirmaſſent, & confirmaſſent, ſententia in Scotorum Reginam prolata eſt, & Delegatorum ſigillis, & ſubſcriptionibus firmata, atq; in acta relata hiſce verbis. *Ex vnanimi aſſenſu & conſenſu ſuis, ſententiã & iudicium, ad diem & locum vltimum recitatum pronuntiant, reddunt, & dicunt, quod poſt finem prædictæ Seſſionis Parlamenti, in Commiſſione prædicta ſpecificata, videlicet, poſt prædictum primum diem Iunii, Anno viceſimo ſeptimo ſupradicto, & ante datum eiuſdem Commiſſionis, diuerſæ res compaſſatæ & imaginatæ fuerunt intra hoc Regnum Angliæ, per Anthonium Babingtonum, & alios, cum ſcientia, Anglice vvith the priuitie --- dictæ Mariæ, prætendentis titulum ad Coronam huius Regni Angliæ, tendentes ad læſionem, mortem, & deſtructionem Regalis perſonæ dictæ Dominæ noſtræ Reginæ. At ſcilicet, quod poſt prædictum primum diem Iunii, Anno viceſimo ſeptimo ſupradicto, & ante datum Commiſſionis prædictæ, prædicta Maria prætendens, titulum ad Coronam huius Regni Angliæ, compaſſauit & imaginata fuit intra hoc Regnum Angliæ diuerſas res, tendentes ad læſionem, mortem, & deſtructionem Regalis perſonæ Dominæ noſtræ Reginæ, contra formam Statuti, in Commiſſione prædicta ſpecificati.* De hac ſententia, quæ *Sententia in eam prolata.*

M. D. LXXXVI.

De Amanuenſium fide dubitatur uui A-gia.

ex Amanuenſium fide tota pependit, nec illi coram in medium producti, ex lege prima Anni XIII. ipſius Elizabethæ, plurimus variuſq; apud homines ſermo, dum alij illos fide dignos, alij indignos exiſtimarent. Vidi Nauui ad Regem Iacobum Apologiam, anno MDCV. ſcriptam, qua ſe operoſe proteſtando excuſat, nec fuiſſe ſuſcepti conſilij authorem, nec ſuaſorem, nec primum indicem, nec officio, per negligentiam aut imprudentiam defuiſſe; imo ſtrenue capita accuſationis contra Dominam ſuam hoc die impugnaſſe. Quod tamen ex Actis publicis minime conſtat. Verum eodem die à Delegatis & Regni Iudicibus declaratum erat, *ſententiam illam nihil derogare Iacobo Regi Scotorum in iure, aut honore; ſed illum in eodem eſſe loco, ordine, & iure, ac ſi ſententia illa nunquam lata fuiſſet.*

Filio non præiudicare declaratur.

Parlamentum habetur.

Pauculis interiectis diebus habentur Comitia Parlamentaria Weſtmonaſterij, inchoata poteſtate quadam vicaria, à Regina, Archiepiſcopo Cantuarienſi, Theſaurario, & Derbiæ Comiti delegata, nec ſine exemplo. In quibus proſcriptio Baronis Pagetti, Caroli Pagetti, Franciſci Englefeldi, Franciſci Throcmortoni, Antonij Babingtoni, Thomæ Salisburij, Edvvardi *Iones*, Chedioci Tichborni, Caroli Tilnei & reliquorum coniuratorum confirmatur; & eorum bona & poſſeſſiones fiſco adiudicantur. Ordines etiam Regni, qui ſententiam in Scotorum Reginam latam ſuis ſuffragijs approbarant, & confirmauerant, vnanimi aſſenſu Reginæ libellum ſupplicem per Cancellarium exhibuerunt, quo maximopere obſecrarunt, vt ad conſeruandam veram Chriſti Religionem, Regni tranquillitatē, Reginæ incolumitatem, ipſorum & poſterorum ſalutem, ſententia in *Mariam* Scotorum Reginam lata ex lege publicaretur. Rationes petitæ à periculis, Religioni, Regiæ perſonæ, & Regno imminentibus, ab illa quæ Pontificiæ religioni innutrita, & in Sacrum Fœdus ad Proteſtantium Religionem extirpandam iurata, Regnum ſibi, Regina ſuperſtite, iamdiu arrogauerat, quamque *Excommunicatam*

Proſcripti proditorum.

Ordines petunt vt ſententia promulgetur.

oppu-

oppugnare iuſtiſſimum, & vita ſpoliare meritorium cenſuerat. Florentes Regni familias ſubuerterat, & omnibus machinationibus, & tumultibus in Anglia fomitem ſuggeſſerat. Illi parcere, nihil aliud eſſe, quam populum perdere, qui impunitatem iniquiſſime ferret, & ſe ab *Aſſociationis* iuramento abſolui non credet, niſi in eam animaduertatur. Poſtremo in memoriã reuocant, quam formidoloſa extent exempla diuinæ vltionis in Regem Saulem, quod *Agagum* & *Benadadum* morte non mulctauerit. Hæc Ordines Parlamenti. M. D. LXXXVI.

Regina magna & vultus & vocis Maieſtate, in hanc ſententiam reſpondet. Immenſa illa ſuperni Numinis erga me beneficia tot ſunt & tanta, vt non ſolum pro beneficijs humilime agnoſcam, ſed tanquam miracula cum admiratione ſuſpiciam, quandoquidem oratione conſequi plane neſciam. Quamuis nemo omnium mortalium ſit, qui plus diuino numini debeat, quam ego ipſa, toties non ſine miraculo ex periculis erepta; plura tamen non alio, qnam hoc vno nomine, debeo, quod & miraculi inſtar duco. Scilicet, quod, vt cum propenſiſſima omnium beneuolentia Regni gubernacula ſuſcepi, ita annis nunc XXVIII. decurſis, eandem, ſi non maiorem beneuolentiam perſpicio. Qua, ſi ſemel excidero, me ſpirare fortaſſe, ſed certe viuere ne quidem perſentiſcerem. Nunc autem quamuis vitæ periculum fuerit intentatum, nihil tamen me adeo ſolicitam habuit, quam quod eiuſmodi crimine illa ſe aſtrinxit, quæ eiuſdem ſexus, eiuſdem ordinis, eiuſdem ſtirpis, & ſanguine quidem coniunctiſſima. Tantumque abfuit, vt erga illam fuerim maleuola, vt cum molitiones in me nonnullæ diluceſcerent, ad eam clam ſcripſerim, ſi eas priuatis ad me litteris fateretur, ſilentio inuoluerentur. Nec eo ſane animo ſcripſi, vt irretirem, cum mihi innoteſcerent, quæcunque fateri poterat. Veruntamen, etſi huc vſque res deuenerit, ſi vere reſipiſceret, nemoque eius cauſam contra me ſuſciperet; & *Elizabetha reſpondet.*

Digitized by Google

M. D. LXXXVI.

hinc mea vnius vita, non vniuerſi populi ſalus penderet
(abſit fingendi vanitas) libentiſſime ſane ignoſcerem. Imo
" ſi Anglia, ex morte mea, res florentiores, & Principem
" ſortiretur potiorem, vitam libentiſſime ponerem. Vobis
" enim & populo, non mihi viuere expeto. Nec eſt, cum
" ita vitam inſtituerim meam, cur aut vitam appetam, aut
" mortem extimeſcam. Vitæ communis ego haud ignara,
" parui, imperaui. Vicinos bonos & malos habui, perfidiam
" in fiducia experta ſum. Beneficia male collocaui, & cum
" bene fecerim, male audiui. Dum hæc præterita animo re-
" colo, præſentia video, & futura expecto, fœliciſſimos eos
" exiſtimo, qui hinc citius demigrant; contra huiuſmodi ta-
" men mala virilem animum induo, vt quicquid euenerit,
" mors me imparatam non opprimat.

" Quod ad has proditiones, non ita mihi, vel Regni mei
" Legibus præiudicabo, vt non exiſtimem, quin illa prodi-
" tionis architecta legibus priſcis teneretur, etiamſi lex re-
" cens nunquam ſancita fuiſſet; quæ tamen in illius fraudem
" neutiquam ſancita fuit, quod nonnulli prono in illam fa-
" uore ſuſpicati ſunt. Tantum aberat, vt ad illam illaquean-
" dam ſanciretur, vt potius ad præmonendam, & deter-
" rendam, ne quid contra attentaret. Verumenimuero,
" cum iam legis vim habeat, ex ea in illam agere viſum
" erat. At vos Iuriſconſulti, in juris apicibus excutiendis,
" & formulis conſectandis, potius quam ipſis legibus
" interpretandis, adeo curioſuli eſtis, vt ex formula veſtra
" illa in quæſtionem intra Staffordienſem Comitatum
" fuerit vocanda, & ad tribunal manu ſublata, XII. viro-
" rum iudicio *de facto* ſiſtenda. Bella ſane formula iudicij in
" Principem. Ad huiuſmodi abſurda amolienda, con-
" ſultius mihi videbatur, cauſam tantam ad Regni Proce-
" res, & Iudices examinandam referre; & hoc vix ſufficit,
" cum in nos Principes, tanquam in Theatro propoſitos, o-
" mnes omnium oculi conijciantur, & in nobis, vel minimus
" næuus, ex longiſſimo interuallo conſpiciatur. Vt anxie pro
uidendum

Digitized by Google

videndum, ne quid nobis indignum admittamus. Me autem recenti lege in anguſtias compegiſtis, vt ego de illius ſupplicio ſtatuam, quæ Princeps mihi ſanguine coniunctiſſima, cuiuſque in me molitiones tantum inflixerunt dolorem, vt ne audiendo augerem, Parlamentarijs his Comitiis libens adfuerim: & non ex inſidiantium metu, vt nonnulli opinantur. Veruntamen hoc arcanum ego effutiam (quæ alias haud futilis) hiſce oculis vidi, & legi iuramentum, quo nonnulli me intra menſem perimere ſe deuinxerunt. Hinc veſtrum in me periculum præuideo, quod vt propulſem, ſane diligenter curabo. M. D. LXXXVI

Aſſociatio veſtra pro mea ſalute mihi animo non excidit, quam ne cogitaui quidem, priuſquam plurimorum Syngraphæ ſigillis munitæ mihi oſtenſæ. Ea certe animum & amorem erga vos meum arctiſſimis in perpetuum obſtrinxit vinculis, quæ non aliunde, q̃ è veſtro & Reipublicæ amplexu ſolatia peto. Quandoquidem autem res quæ nunc agitur, rariſſimi ſit exempli, & longe maximi momenti, ſpero vos non expectare, vt aliquid iam certo ſtatuam. Mei enim moris eſt, etiam in rebus minoribus diu deliberare, quod ſemel ſtatuendum. DEVM Optimum Maximum comprecabor, vt mihi radios luminis ſui in mentem infundat, quo peruideam, quid ex vſu ſit Eccleſiæ, Reipublicæ, & veſtræ ſalutis. Ne mora tamen periculum attrahat, quæ mea ſit ſententia, opportune ſignificabo. Vos interim à me ſingula expectetis velim, quæ ab optima Principe optimi ciues expectare poterunt.

Duodecimo poſt die, cum animo rem altius agitaſſet, ancipiti cogitandi cura diſtracta, & quaſi conſilio impar miſſo ad proceres Cancellario, & Puckeringo ad cæteros in Inferiori Conſeſſu, rogauit, vt de re tanta diligentius denuo conſilium ſuſciperent, & ſalutarius aliquod remedium excogitarent, quo Scotorum Reginæ vitæ parceretur, & ſuæ ſecuritati conſuleretur. *Vt aliud remedium excogitent rogat.*

Cum illi diu multumque deliberaſſent, & bona malaq;

Digitized by Google

M. D. LXXXVI.

Principis ad omnes ſpectare iudicaſſent, in eandem ſententiam vna omniũ voce denuo itur, & hiſce de cauſis. *Quod Regina ſecuritati, Scotorum Regina ſuperſtite, conſuli non poterat, niſi vel illa ſerio reſipiſceret, & crimina agnoſceret, vel arctiori cuſtodia, Syngraphis, & iureiurando conſtringeretur, vel obſides daret, vel regno diſcederet. Reſipiſcentiam in illa ſperarunt nullam, quandoquidem Reginæ, quæ vitam conſeruarat, malam gratiam retulerat, necdum crimina agnoſcat. Cuſtodiam arctiorem, Syngraphas, iuſiurandum, & obſides inſtar nihili habuerunt, cum hæc Regina ſublata protinus euaneſcerent. Sin Regno diſcederet, metuerunt, ne ſigna ad Regnum aggrediendum illico tolleret.* Hæc cum Cancellarius, & Puckeringus, Inferioris Conſeſſus Orator fuſe explicaſſent, perurgendo vt ſententia executioni demandaretur, *quandoquidem ſit iniuſtitia, iuris executionem, vel vni alicui ſubditorum petenti denegare; multo magis vniuerſis Anglis eandem vna voce & vna mente tantopere efflagitantibus.* Regina huiuſmodi habuit orationem.

Illi reſpondent.

Illa replicat.

Perquam graue eſt illud iter, è quo, & dum pergitur,
" & cum conficiatur, nihil niſi moleſtia percipiatur. Con-
" flictata ſum hodie, ſi vnquam alias, loquerer, an ſilerem. Si
" loquar, & non conquerar, certe ſimulabo: Si ſileam, veſtra
" opera luditur, ſin autem conquerar, nouum plane videatur.
" Attamen fateor, mihi primis in votis fuiſſe, vt ad veſtram
" ſecuritatem, meamque ſimul ſalutem, alia quæpiam ratio
" excogitaretur, quam quæ nunc proponitur. Ita vt non poſ-
" ſim non conqueri coram vobis, etſi non de vobis, cum ex
" veſtris intelligam petitionibus, meam ſalutem ex alterius
" exitio totam dependere. Si qui opinentur, me tempus data
" opera protelaſſe, ad ementitã clementiæ laudem captandã,
" me ſane iniuria indigne afficiunt, quod optime ille nouit, q
" internas animorum cogitationes penitiſſime explorat. Si q
" arbitrentur Delegatos nõ auſos aliam pronuntiare ſenten-
" tiam, ne aut mihi diſplicere, aut meę ſaluti deeſſe viderẽtur,
" illi iniurijs me onerant longe indigniſſimis. Adminiſtri .n.

mei

Digitized by Google

mei, aut officio defuerunt, aut meo nomine Delegatis ſignificarunt, me voluiſſe. & iuſſiſſe, vt ſinguli ex animi ſententia libere agerent, & quæ publice expromere noluerunt, mihi priuatim impertirent. Ex propenſiſſimo meo erga illam animo fuit, vt altera ratio occurrendi malo excogitaretur. Verum cum iam certo conſtet, meam ſalutem ſine illius exitio deploratiſſimam eſſe, intimo doloris ſenſu afficior, quod ego, quæ tot rebellibus vitæ gratiam feci, tot proditiones conniuendo aut reticendo neglexi, in tantam Principem iam tandem ſæuire videar. M. D. LXXXI

Ex quo ad gubernaculum huius regni ſederim, plures famoſos libellos in me, quaſi tyrannam, editos vidi Scriptoribus cedat in bonum. Credo illos noua voluiſſe ſignificare, & nouum certe mihi videbatur, me tyrannidis nota inuri. Vtinam tam nouum eſſet, de illorum impietate audire.

Quid illi iam ſcriptis non prodent cum audierint me conſenſiſſe, vt carnifex proximæ cognatæ ſanguine cruentetur? Tantum abeſt à me crudelitas, vt ad meam vitam conſeruandam, vim illi inferrem nullam, nec tam ſolicite ad meam vitam producendam, quam vtriuſque conſeruandam iucubui: quod iam fieri non poſſe, intoleranter doleo. Non adeo mentis ſum inops, vt pericula mihi obiecta non videam, nec tantæ vecordiæ, vt ferrum ad me iugulandam exacuam, nec tam ſupinæ ſocordiæ, vt vitæ non caueam. Sed hoc mecum cogito, plures eſſe, qui pro Principis vita vitam ſuam periculis exponant, è quorum tamen numero me non profiteor. Hæc animo ſubinde verſaui. Verum cum plures in me calamos & linguas ſtrinxerint, liceat mihi qualemcunque pro me defenſionem inſtituere, vt videatis pro cuiuſmodi fœminæ ſalute tantopere inuigilaſtis. Vt veſtram quidem vigilantiam gratiſſimo animo recolo, ita parem gratiam non retulero, ſi mihi totidem ſupereſſent vitæ, quot veſtrum ſingulis.

Quamprimum Sceptrum acceperim, DEI largitoris non

Digitized by Google

M. D. LXXXVI. non immemor, ab eius cultu. & Religione in qua nata, innutrita, & vt ſpero, moritura ſum, Regnum auſpicabar.
„ Etſi me haud latuerit, quot me ex Religione mutata circũſederint domi pericula, quantiq; Reges alterius ꝓfeſſionis foras, hoſtilem in me animum induerint, minime tamẽ commouebar. Deum enim, quem ſolum ſpectaui, & me, & cauſam propugnaturum noui.

„ Hinc tot in me promanarunt molitiones & coniurationes, vt me ſupereſſe demirer, niſi præter ſpem ſemper diuinitꝰ adfuiſſet auxilium. Iam, vt maiores progreſſus in arte regnandi facerem, quæ Regibus digna, diu multumque cogitaui; deprehendique apprime neceſſarium eſſe, vt potioribus illis virtutibus, *Iuſtitia*, *Temperantia*, *Prudentia*, & *Fortitudine* abunde inſtruerentur.

„ Has duas poſteriores quę omnino viriles, vt mihi arrogem, ſexus non permittit. De prioribus autem illis, & lenioribus, hæc auſim (abſit oſtentatio) dicere. Summos cum infimis pari iure continui, neminem extuli, quem non dignum cenſui, aures credulas minime præbui, iudicium præiudicio; cauſa inaudita, non corrupi. Non tamen dixero, quin multa mihi nimium prono partium fauore referri potuerint. *Bonus enim cautuſque Princeps ſæpe venditur*, cum ſingula audire non poſſit. Hoc tamen aſſeueranter dixero. Iudicium pro captu meo veritati ſemper famulabatur. Vt ille amicum monuit, ne quid reſponderet, priuſquam *Alphabetum* percurriſſet, ita nec ego temere & tumultuario quicquam ſtatui.

„ Quod igitur ad conſultationes & conſilia veſtra, tam euigilata, prouida, & ſalutaria ad mei conſeruationem eſſe agnoſco, & ex animis tam integris, & mihi deuotiſſimis emanaſſe, vt mihi omnibus neruis ſit contendendum, ne optime merentibus ingrata videar. Quod ad petitionem veſtram, oro & obteſtor, vt reſponſo ſine reſponſo acquieſcatis. Iudicium veſtrum approbo, rationes percipio, ancipitem tamen cogitandi curam, quæ me torquet, excuſatam

quæſo

Digitized by Google

quæſo habetote. Animum erga vos gratiſſimum, & hoc reſponſum, ſi modo reſponſum putetis, æqui boniqueconſulite. Si dixero me haud facturam quod petitis, dixero forſan plus quam cogito; ſin facturam dixero, me, quam conſeruatam velitis, in perniciem præcipitabo, quod pro veſtra prudentia certo ſcio nollitis, ſi loca, ſi tempora, & mores hominum accurate conſideretis. Poſt hæc Ordinum conuentus prorogatur. *M. D. LXXXVI.*

Per id temporis Baro Buckhurſtus, Bealuſq; ad Scotorum Reginam mittuntur, vt ſignificarent, ſententiam in eam latam; eandem vt iuſtiſſimam, Parlamentaria authoritate fuiſſe comprobatam & confirmatam, executionemque ex *Iuſtitiæ, Securitatis, & Neceſſitatis* ratione ſummopere ab Ordinibus efflagitatam; ideoque perſuaderent, vt peccata in Deum Reginamque agnoſcens, ante mortem pœnitendo expiaret; innuentes quod ea ſuperſtite, Religio in Anglia recepta, non poſſit ſubſiſtere. Hinc illa inſolita quadam alacritate triumphare videbatur, Deo gratias agendo, ſibi gratulando, quod ad Religionem reſtabiliendam in hac Inſula, inſtrumentum haberetur. Et vehementer rogabat, vt Sacerdotem Catholicum haberet, ad conſcientiam dirigendam, & Sacramenta miniſtranda. Epiſcopum & Decanum, quos in hunc vſum commendarunt, prorſus reiecit, gentemque Anglorum acrius perſtrinxit, dictitando, *Anglos in ſuos Reges ſubinde cædibus ſæuiiſſe, vt neutiquam nouum nunc ſit, ſi etiam in me, ex eorum ſanguine natam itidem ſæuierint.* *Hæc Scotæ ſignificantur.* *Lætanter audit.*

Promulgationi ſententiæ aliquantiſper interceſſit *L'aubeſpinæus* Legatus Gallicus; ſed aulicis nonnullis ſedulo ſatagentibus, menſe Decembre, publica præconis voce per vrbem Londinum, Prætore, Senatu, & ſelectiſſimis ciuibus præſentibus, poſteaque per reliquum Regnum promulgatur. In programmate, Regina promulgationem hanc non ſine ſumma animi anxietate, ex quadam neceſſitate, & vehementiſſimis Ordinum Regni obteſtationibus, extortam *Sententia in eam promulgatur.*

Digitized by Google

M. D. LXXXVI tam fuiſſe, ſerio proteſtata eſt, etſi erãt qui hoc ex arte muliebri exiſtimarunt, quæ quod percupiunt, ſemper malint coactæ videri.

Illa tulit compoſite. Funeſtæ huius ſententiæ promulgatione Scotorum Reginæ denuntiata, tantum abfuit vt animo caderet, vt ſtabili vultu, ſublatis in cœlum oculis & manibus, gratias Deo egerit. Et quamquam omni dignitate à Powletto cuſtode exuta, non alio, quam miſeræ ex infima ſorte muliercule loco haberetur, animo tamen pertulit æquiſſimo. Facultate autem ſcribendi ægerrime ab illo impetrata, literis ad Elizabetham 19. Decembris datis, *Omnem in illam hoſtilis animi malitiam* amolitur, *de illa damnationis ſententia Deo gratias agit, qui ærumnoſæ in hac vita peregrinationis finem inſtare voluerit. Rogat, vt hæc quæ ſequuntur beneficia, ipſi ſoli, non aliis accepta ferat, cum à Zelotis nouatoribus, qui primum in Anglia locum tenent, nihil boni expectare poſſit. Primum cum aduerſarii innocenti ſanguine fuerint ſaturati, vt corpus in aliquam ſanctam terram ſepeliendam à famulis deferatur; præſertim in Galliam, vbi mater in pace quieſcit. Quandoquidem maiorum cineribus in Scotia vis ſit illata, templaque diruta aut profanata; nec in Anglia inter priſcos Reges, communes vtriuſq; maiores, ſepulturam Catholico ritu ſperare poſſit. Ita corpus requieſcat tandem, quod anima coniunctum requieuit nunquã. Secundũ (quandoquidẽ occultam nonnullorum tyrannidem formidaret) ne, Elizabetha neſcia, ſupplicio in occulto afficeretur, ſed famulis & aliis ſpectantibus, qui verum de fide in Chriſtum, obedientia erga Eccleſiam, & vitæ exitu teſtimonium perhiberent, contra falſos rumores quos aduerſarij comminiſcantur. Tertium, vt famuli libere & in pace, quo velint, diſcederent, boniſq;, quæ teſtamẽto legauerat, gauderent.* Hæc *nomine Ieſu Chriſti, per cognationem, per manes & memoriam Henrici VII. communis vtriuſq; progenitoris, per honorem Regium quem geſſerat, obteſtando rogat.* Deinde conqueritur, *omnem Regium cultum quorundam Conſiliariorum iuſſu ſibi abſtrahi, eorum malitiam ad maiora prorupturam ominatur.* Adiicit, *ſi literas & chartulas ablatas ſine fuco & fraude*

Ab Elizabetha quadam petit.

exhi-

exhibuiſſent, ex illis liquido conſtare potuiſſe, non aliam ſubeſſe ſui exitij cauſam, quam anxiam quorundam de Elizabethæ ſecuritate ſollicitudinem. Poſtremo, vt paucis ipſa ſua manu de his reſcribat, maximopere contendit. An hæ literæ ad Elizabethæ manus vnquam peruenerint, non dixero. *M. D. LXXXVI.*

Iudicia de Scotæ cauſa in vtramq; partem. Cæterum varii pro vario hominum ingenio hac de re excitati ſunt ſermones, vt Eccleſiaſticæ nationis (quæ plerumq; admodum vehemens eſt) declamationes & exclamationes vtrinq; taceam.

Pro illa. Erant æqui boni rerum æſtimatores, qui aſperius cum illa actum exiſtimabant, eo quod fuerit Princeps libera & abſoluta, in quam ſolius Imperium ſit Dei, quod arcto cognationis vinculo Elizabethæ coniunctiſſima, quæ etiam illi à rebellibus è Regno ſuo eiectæ, ſtatim atq; in Anglia appuliſſet, per Henricum Midlemorum, omnem humanitatem & hoſpitij iura prolixe verbo Principis pollicita; contra tamen in cuſtodia detinuerat, & ſacra hoſpitij iura violarat. Quod alio loco, quam bello captæ, haberi non poſſet, omnemque expediendæ ſalutis, & libertatis rationem bello captis licitam eſſe. Quod in Maieſtatem peccare non poſſet, quia ſubdita non fuerit, & *Par in Parem* non habeat poteſtatem; inde iudicium Imperatoris in Robertum Siciliæ Regem irritum fuiſſe, quia Imperio non eſſet ſubditus. Quod Legati, Principum adminiſtri, ſi in Reges apud quos Legatione funguntur, coniurauerint, Maieſtatis crimine non teneantur, multo minus ipſi Principes. Quodq; affectus, niſi ſequatur effectus, non puniendus. Inauditum etiam eſſe, Principem carnifici ſubijci. Adhæc, illam contra Ius Diuinum, Ciuile Romanorum, & Anglorum, imo etiam contra Legem primam Parlamenti Anno XIII. ipſius Elizabethæ, damnatam fuiſſe. Qua ſancitum; *neminem in iudicium vocandum, de pernicie in Principis vitam intentata, niſi ex teſtimonio & iureiurando duorum legitimorum teſtium, qui coram reo ſiſtendi*; cum in hoc iudicio nullus teſtis in mediū productus, ſed illa abſentiū Amanuenſium teſtimonio

monio

M. D. LXXXVI monio oppreſſa. Differebatur etiam varie de ſeruorum, incarceratorum, & domeſtici teſtimonij fide, & illud Hadriani Imp. laudabatur. *Teſtibus non teſtimoniis credendum.*

Hi tacite conquerebantur, emiſſarios ſubornatos fuiſſe, qui mulierem iniuriæ opportunam, & libertatis auidam, ſimulatione, ementitis literis, & concinnatis dolis in fraudem illexerant, conſilia præripuerant, & in peiora pertraxerât, quæ illa ne cogitaſſet quidem, ſi qua par fuit cura cuſtodita fuiſſet; & eiuſmodi ſubdoli machinatores non compoſito ſubmiſſi. Aulicis omni æuo familiare eſſe, inuiſos, etiam inuitos, in proditionis crimen impellere, & innocentiæ incautæ ſemel incarceratæ periculum inſidioſe creare.

Contra illam. Alij erant, qui illam liberam & abſolutam non cenſebant, ſed tantum titularem Reginam, quia Regno ceſſerat, & cum in Angliam primum veniret, ſe Reginæ Angliæ protectioni ſubiecerat, vtq; bene agendo legum beneficio vſa erat, ita male agendo earundem æquitati ſubeſſet, iuxta illud Iuriſconſultorum. *Non mereri legis beneficium, qui in legem commiſit*, alias melior eſſet conditio Principis extranei in alterius Regno peccantis, quam bene regnantis. Illam etiam ſubditam eſſe, licet non *originariam*, tamen *temporariam* exiſtimârunt, quia duo abſoluti Principes, quoad authoritatem Regiam, ſimul in vno Regno eſſe non poſſunt: Hanc eſſe receptam Iuriſprudentum ſententiam, *Rex extra ſuum territorium (niſi in expeditione bellica) priuatus eſt, ideoq;* Regalia, *neq; conferre, neq; exercere poſſit.* Præterea illam ex delicto merum imperium amiſiſſe, ſubditos autem vel *domicilio*, in Maieſtatem poſſe committere. Quod ad cognationem; Nullam eſſe cognationem propiorem, quam patriam. Illam alterum eſſe nobis Deum & primum maximumq; parentem. Quod ad humanitatis & hoſpitij officia promiſſa, non illa priuilegia eſſe ad maleficia poſtea impune committenda. Promiſſa intelligenda,

rebus

rebus in eodem ſtatu permanentibus, & non mutatis. Qui crimen commiſit, non meruit gaudere ſecuritate promiſſa; & hoſpitii quidem ſancta eſſe iura, at patriæ ſanctiora. Principes, perinde ac Pontificem, ſibi nunquam manus ligare. Et omnes fortius Reipub. quam propriæ promiſſioni obligari. Quod ſi cum illa vt bello capta, ſit agendum, obiectarunt è neſcio quo: *Illis ſolis captiuis parcendum à quibus nullam pacis perturbationem ſuſpicari poſſumus, cæteris nequaquam. Parem* autem in *Parem* habere poteſtatem. quoties *Paris* ſui iudicio quis ſe ſubiecerit, vel expreſſe verbis, vel tacite contrahendo, vel delinquendo intra ſui *Paris* iuriſdictionem. Papam ſententiam Imperatoris in Robertum Siculum reſcidiſſe, quod factum in territorio Imperiali non fuerat patratum, ſed Papali. Legatis iure gentium indultum eſſe propter neceſſitatem Legationis. vt ſint inuiolati, non autem Regibus in aliorum ditionibus ſcelera machinantibus Denique in læſæ Maieſtatis crimine, affectum ſine effectu puniendum; & in mortem Principis moliri, imo molitionem ſcire, & reticere, inter læſæ Maieſtatis crimina cenſeri. Plures Reges damnatos & ſupplicio affectos fuiſſe, ſcilicet Rheſcupotim Thraciæ à Tiberio, Licinium & Maximianum à Conſtantino Maximo, Bernardum Italiæ, Conradinum Siciliæ, &c. Denique quod inſtar omnium, Salutem populi ſupremam legem eſſe & nullam legem Reipub. incolumitate eſſe ſanctiorem. Hoc ius Iouem ipſum ſanxiſſe, vt omnia quæ Reipub. ſunt ſalutaria, legitima & iuſta habeantur. Imo Pontifices Romanos, non in publicam, ſed in ſuam ſecuritatem, Eccleſiaſticos Principes è medio ſuſtuliſſe, vt Bonifacius Octauus, Cœleſtinum V. Pontificatu abdicatum, tollendum curauit, dum metueret, ne ob ſingularem pietatem ad Pontificatum denuo reuocaretur; Vrbanus Sextus; quinque Cardinales ſaccis inſutos in mare proiecit, alioſque capite truncauit, & duorum corpora in furno exſiccauit, quæ mulis impoſita in terrorem circumferri iuſſit. Præterea Amanuenſes inter ſeruos non haben- M. D. LXXXVI.

Gg dos,

M. D. LXXXVI.

dos, & domeſticum teſtimonium ad ea quæ domi ſecreto geſta fuerunt, admittendum. Atque ſubtilius diſputatum erat, an accuſatores ſpōte iurati, criminiſque affines ad accuſationem tuendam in cauſis criminalibus ſint coram ſiſtendi. Denique nullum magnum extare exemplum, quod non aliquid ex iniquo habeat. Hęc & huiuſmodi tunc iactari audiuimus.

Rex filius pro illa intercedit.

Interea Rex Scotorum, qua eximia erat in matrem pietate, pro eius ſalute toto conatu enixe per Guil. *Keithum* contendit, nec quicquam quod filio optimo & pientiſſimo, & Rege prudentiſſimo dignum, omiſit. Sed nullo plane ſucceſſu, cum Scoti factionibus inter ſe eſſent diuulſi, & plures Elizabethæ, quam captiuæ ſtuderent, vſque adeo, vt nonnulli ex illis Elizabetham literis occulte ſolicitarent, ad ſupplicium maturandum; & Miniſtri Scotici, à Rege iuſſi matris ſalutem precibus Deo per Eccleſias commendare, præ odio Religionis quam illa profitebatur, obſtinate recuſarent. Ille tamen, vt antea crebris nunciis & creberrimis literis apud Reginam interceſſerat, nunc crebrioribus, & vehementiſſimis ſummopere interpellauit. In quibus conquerebatur, *iniquiſſimum & indigniſſimum eſſe, Proceres, Conſiliarios, & ſubditos Angliæ ſententiam ferre in Reginam Scotorum, eamque Regio Anglorum ſanguine natam: nec minus iniquum, vel putare, Ordines Angliæ, Parlamentaria authoritate, veros & certos hæredes, ſucceſſionis iure, & hæreditate legitima poſſe excludere* (quod nonnulli in terrorem ſubinde minabantur.)

Scoti nonnulli contra.

Ille literis & nunciis.

Miſit etiam Patricium Greium, & Robertum Meluinum, qui Reginæ ſignificarunt, *Eum pro ſumma neceſſitudine, non poſſe credere, quin illa celebritatem nominis, virtutibus, & inprimis clementia vbique comparatam, ſine omni crudelitatis macula illibatam conſeruaret; eandemque nullo modo ſanguine matris ſuæ inquinaret, quæ eiuſdem Regiæ erat conditionis, eiuſdem ſanguinis, & eiuſdem ſexus; quamque ille (quandoquidem magnam in ſe Religionem maternus ſanguis poſſideat) derelinquere*

Digitized by Google

quære non poterat, aut eorum ſæuitiæ relinquere, qui iamdiu ipſi, perinde ac matri perniciē anhelarunt. Aliis in literis, poſtquam fuſe explicaſſet, quam ancipiti cogitandi cura, & ægerrimi animi angoribus, tanta de re, quæ eum tum naturę, tum honoris ratione attingit, & aſtringit, diſcruciaretur; & in quas anguſtias, atque exiſtimationis diſcrimen apud ſuos præcipitaretur, ſi qua vis matri inferatur: hæc ex interno doloris ſenſu, & filiali affectu attentius Elizabethæ perpendenda propoſuit. *Quantum ſua ad honorem interſit, qui & Rex eſt, & filius, ſi mater chariſſima, eademq; Princeps abſoluta, morte infami ab illa afficiatur quæ ſanguinis & fœderis vinculo eſt coniunctiſſima. An ex Iure Diuino quid in illos ex Lege iuſte agatur, quos Numen Diuinum ſummos iuſtitiæ adminiſtros conſtituit, quos* Deos in terris *dixit, quos inunxit, inunctosq; tangi vetuit, impuneq; violari non ſinet? Quam portentoſum ſit, Principem abſolutū ſubditorū iudicio ſubiicere? Quam prodigioſum, ſi Princeps abſolutus pernitioſo, ad ſua, & aliorum Diademata prophananda exemplo præeat? Præterea quid ad hanc ſeueritatem propelleret.* Honor *an* Vtilitas? *Si* Honor, *maiorem honorem compararet parcendo, ita enim cum æterna clementiæ laude, & ſe, omneſq; Orbis Chriſtiani Principes beneficio obligaret, quos alias cum famæ iacturæ & ſæuitiæ nota non poſſet non abalienare. Sin* Vtilitas, *videndum an quid vtile eſſe poſſit, niſi quod rectum honeſtumq; ſit.* Concluſit rogando, *vt Legati eiuſmodi reſponſum referrent, quod Regina piiſſima ſit digniſſimum, & Rege cognatoq; amantiſſimo non indignum.* Verum cum Legati minas interpellationibus intempeſtiue intermiſcerent, minus grati erant, & poſt aliquot dies ſpe quidem tenui dimiſſi.

M. D. LXXXVI.

Quædam conſideranda proponit.

Pomponius *Bellieurus*, qui hac de cauſa à Gallorum Rege miſſus, cum ad Reginam comitatus *L'aubeſpinæo à Caſtro Nouo*, Legato ordinario, acceſſiſſet, & paucis ſignificaſſet in quam contrarias partes Rex Galliarum diſtractus eſſet, hinc pro ſingulari erga illam ſtudio, inde pro arcta inter ipſum & Scotorum Reginam neceſſitudine, hæc & huiuſmodi ſemel atque iterum ſcripto propoſuit.

Gallus etiam per Legatos.

Bellieuri pro Scota rationes.

Digitized by Google

D. M. LXXXVI.

Chriſtianiſſimi Regis Gallorum, & reliquorum Regum
,, omnino intereſſe, ne Regina & Princeps libera, atque ab-
,, ſoluta morte afficiatur.

,, Salutem Reginæ in maius diſcrimen ex Mariæ morte,
,, quam ex vita deuocandam; illam cuſtodia emiſſam nihil in
,, Reginam poſſe moliri, cui iam valetudinariæ exiguum vi-
,, tæ curriculum ſuperſit.

,, Quod Regnum Angliȩ arrogauerit, non crimini verten-
,, dum, ſed tenellȩ ætati, & prauis conſultoribus adſcribendũ.

,, Illam in Angliam ſupplicem veniſſe, ideo minus iuſte
,, detentam, nunc tandem, vel pacto precio dimittendam, vel
,, miſericordia proſequendam. Præterea Principem abſolu-
,, tum in quæſtionem neutiquam vocandum, adeo vt Cicero
,, dixerit, *Ita inuſitatum eſt Regem capitis eſſe reum, vt ante hoc*
,, *tempus ſit inauditum.*

,, Si illa ſit innocens, non plectendã, ſi nocens, parcendam.
,, Hoc enim in maiorem honorem & vtilitatem ceſſurum, &
,, futurum æternum Anglicæ clementiæ exemplum, hiſtoria
,, Porſennæ in hanc rẽ memorata, qui Mutij Scæuolæ in eius
,, cædem coniurati dextrãm è flammis abſtraxit, & dimiſit.

,, Primum bene regendi præceptum eſſe, vt ſanguini par-
,, catur, ſanguinem clamare ſanguinem. In eam ſæuire, non
,, poſſe non atrox, & ſanguinolentum videri.

,, Gallum vero omnem operam ſedulo daturũ, vt omnes
,, omnium in Reginam machinantium conatus retundan-
,, tur, Guiſioſque Scotæ cognatos in idem iuraturos, & Syn-
,, graphis confirmaturos, qui, ſi illa morte afficiatur, grauiſſi-
,, me ferant, & forſitan non inultam patiantur.

,, Poſtremo poſtularunt, ne ex iudicio tam *rigido & extra-*
,, *ordinario* in eam ageretur; ſin minus, Gallum nõ poſſe non
,, grauiſſimam offenſionem habere, quomodocunque cæ-
,, teri Principes perſentiſcant.

Eius rationibus reſponſa

*His ſcriptis ita in margine articulate reſponſum, Reginam An-
gliæ ſperare, Chriſtianiſſimum* Galliarum Regem non mino-
rem eius rationem habiturũ, quam Scotæ, quæ perniciem
machi-

Digitized by Google

machinata eſt Principi innocēti, proximæ cognatæ, & Gal- M. D. LXXXVI.
lo confœderatæ, Regibus & Rebus-publicis expedire, ne malefacta (maxime contra Principes) ſint impunita.

Anglos, qui ſummū vnius Elizabethæ imperium in Anglia agnoſcūt, non poſſe duas ſummas, liberas, & abſolutas Principes in Anglia ſimul agnoſcere; aut aliam quamcunque, in Anglia ei, dum vixerit, adæquandam. Nec videre quidem, quomodo Scota, & filius, qui hodie regnat, Principes ſummi & abſoluti ſimul habeantur,

An Reginæ ſalus maioribus exponatur periculis, illa ſublata, ex futuris dependet contingentibus, Ordines Angliæ hac re cogitato perpēſa aliter ſentire, Mala moliendi nūq̄ defuturas occaſiones, præcipue cū res eo nunc deueniret, vt nulla ſpes alteri ſupſit, niſi altera extinguatur, & hæc ſubinde mēti occurrat. *Aut ego illā, aut illa me.* Quo minꝰ reſtat illi vitæ, hoc citiꝰ cōiuratos Reginæ periculū acceleraturos.

Ius ꝙ arrogauit in Regnum Angliæ, necdū voluiſſe renuntiare, & ideo iure optimo in carcere fuiſſe detentam, & detinendam, (quamuis ſupplex in Angliam venerit) donec renuntiauerit. Et quæ in carcere crimina patrauit, luere debere, quacūnq; de cauſa in carcerem fuerit coniecta.

Reginam etiam iam antea illi clementiſſime peperciſſe cū vnanimi Ordinū conſenſu ob rebellionē, ad conficiendas cū Norfolcio nuptias excitatā, dānaretur. Iterū parcere miſericordiam eſſe male ſanam & crudelem. Neminem ignorare illud Iuriſprudentum. *Delinquens in alieno territorio, & ibi repertus, punitur in loco delicti, nulla habita ratione dignitatis, honoris, aut priuilegii.* Idq; tum Legibus Angliæ licere, tum exemplis L. cin j, Roberti Regis Siciliæ. Bernardi Regis Italiæ, Conradini, Elizabethæ Reginæ Hungariæ, Ioannæ Neapolitanæ & Deiotari conſtare, pro quo Cicero agens, non iniquū eſſe dixit, *Regem capitis eſſe reum, etſi inuſitatum.* Ita enim ſe verba habent. *Quod primum dico de capite fortuniſq; Regis. Quod ipſum etſi non iniquum eſt, in tuo duntaxat periculo, tamen eſt ita inuſitatum, &c.*

M. D. LXXXVI. Illam plectendam, quæ iuſto iudicio rea peracta, cum
" ꝙ iuſtum, id ſit honeſtum; & quod honeſtum, ſit etiã vtile.
" Hiſtoriã Porſennæ rei propoſitæ minus conuenire, niſi
" quis longũ eſſe agmẽ inſidiantiũ Reginæ exiſtimet, & per-
" ſuadeat, Scotã intactã dimittere ex terrore, & aliqua hono
" ris, ſed nulla ſalutis ratione, vt Porſẽna Mutiũ dimiſit, cũ tre
" cẽtos ſimiles in eius cędẽ cõiuraſſe, affirmaſſet. Ad hæc Mu
" tiũ bello denũciato aggreſſũ eſſe Porſennã, Mutioq; dimiſ
" ſo, omni periculo ſe defunctum ſibi certo perſuaſerat.
" Sanguini parcendum, *at innoxio*. Hoc Deus mandauit,
" Verum eſt, *vocem ſanguinis innoxij clamare ſanguinem*, & Gal
" liam ante lanienã Pariſienſem, & poſtea hoc poſſe teſtari.
" Supplicium iuſte inflictum, non poſſe videri ſanguino-
" lentum, vt nec medicamentum rite & iuſte præparatum,
" violentum cenſendum.
" Quomodocunq; Guiſij Scotæ cognati rem ferant, Re-
" ginæ maximi intereſſe, vt potius ſui, procerũ, populiq; An-
" glici ſalutẽ ſpectet, è quorũ complexu tota pendet q̃ quorũ
" cunq; offẽſionẽ. Eo rẽ deueniſſe, vt diuerbiũ vetus de duo
" bus Principibus, Conradino Siculo, & Carolo Andino,
" iam de duabus Reginis vſurpetur, & vere dicatur, MORS
" MARIÆ, VITA ELIZABETHÆ, ET VITA MA-
" RIÆ, MORS ELIZABETHÆ.
" Galli, aut Guiſiorum promiſſis, ſecuritatem Regno &
" Reginæ non poſſe præſtare, multo minus vitam compenſa
" re, ſi illa fuerit ſublata.
" Gallũ occultas cõtra ſe machinationes domi non poſſe
" dephendere, aut cohibere; nedũ cõtra Reginã Angliæ. Pro
" ditionẽ etenim eſſe obſcurã ideoq; ineuitabilẽ. Si ſcelus ſe
" mel pactũ qd prodeiit ꝑmiſſũ exigere; Quomodo incõpa
" rabilis Principis mors reſarciatur, & ꝙ remediũ Reip. ſimul
" morięti in triſtiſſima rerũ omnium cõfuſione inueniatur?
" Guiſiorũ ſyng apha, & iuramenta quantuli ſint momẽti,
" qui *meritorium* iudicãt, Põtifici Ro. aduerſantes è medio tol
" lere, iuramẽtiq; diſpẽſationes facilime cõſequantur. Et q;
Anglorum

Anglorũ, Elizabetha extincta, & Scota ex Guiſiana familia ad Regium faſtigiũ euecta, eos Regicidij accuſabit? Aut ſi quis accuſauerit, an inde poterit mortuã in vitã reuocare? *M. D. LXXXVI.*

Quod vero Legati hoc *iudicium, rigidum & extra ordinẽ,* dixerint, minus conſiderate dixiſſe (quandoquidẽ nec ꝓceſſum, nec probationes viderint) & aſperius quam par eſt, Regni Angliæ Ordines, homines nobilitate, virtute, prudentia, & pietate ſelectiſſimos taxaſſe. Imo omnino inconſiderate eiuſmodi verba Galli nomine protuliſſe, quaſi & Reginam & Regis Ordines minando terrerent. Anglos non ſolere Gallorum minis terreri, quo minus ſuæ ſecuritatis ſtabiliendæ rationem inirent, cum illi interim nullam idoneam pericula inſtantia depellendi commonſtrarint.

M. D. LXXXVII.

DVm hæc accurate, & copioſe pro hominum captu, ex odio, vel ſtudio diſceptantur, *L'aubeſpinaus*, Ordinarius Galli in Anglia Legatus, totus Guiſianæ factioni deuetus, non rationibus, ſed malis artibus, captiuæ Reginæ ſaluti conſulendum ratus, agit primum tecte, de tollenda Elizabetha, cum Guilielmo Staffordo, iuuene nobili, & ad ſpes nouas facili; cuius mater è Sacro Reginæ cubiculo, frater Ordinarius apud Gallum tunc temporis Legatus, deinde apertius per *Trappium* Amanuenſem, qui promiſit, ſi hoc patraret, non ſolum gloriam immenſam, grandemque pecuniam; ſed etiam ſummam gratiam apud Pontificem Rom. Guiſium & Catholicos vniuerſos. Staffordus, quaſi ſcelus auerſatus, patrare abnuit. *Modium* tamen Sicarium, hominem manu promptum commendat, vt qui data pecunia, proculdubio animoſe rem conficeret. Huic publico Londini carcere detẽto ſignificat Staffordus, Galli Legatum velle libentiſſime illum conuenire. Se hoc percupere, reſpondit ille, modo è carcere liberaretur, interim, vt Cordalionus, alter Legati Amanuẽſis, quo familiari *Legatus Elizab. vitam agit.*

M. D. LXXXVII. ter vſus erat: ad eum mitteretur, rogat. Die craſtino mittitur *Trappius* vna cum Staffordo, Ille, Staffordo amoto, ſermones cum *Modio* conſerit, de ratione Reginam tollendi. *Modius* proponit venenum, aut ſacculum xx. pōdo pulueris nitrati, Reginæ cubiculo ſubijciendum, & clam inflammandum. Hæc *Trappio* minime placuerunt, optauit eiuſmodi virum intrepidum poſſe reperiri, ac fuit ille Burgundus, qui Auraſionenſem ſuſtulerat.

Staffordus rem aperit. Hæc mox Regijs Conſiliarijs detecta à Staffordo. Inde *Trappius* Galliam iam cogitans intercipitur, & de his interrogatus, quæ dixi, confitetur. Hinc ipſe Legatus XII. die Ianuarij ad Cecilianas ædes accerſitus, ſub veſperam venit, vbi adfuerunt Reginæ iuſſu, Cecilius, Baro Burghleius, Angliæ Theſaurarius, Comes Leiceſtriæ, Chriſtophorus Hattonus, Reginæ Procamerarius, & Dauiſonus alter è Secretarijs. Accerſiſſe illum ſignificant, vt docerent qua de cauſa *Trappium* eius Amanuenſem in Galliam profecturum intercaeperint; explicantq; ſingula quæ Staffordus, *Modius*, & ipſe *Trappius* confeſſi erant, vtque eadem coram teſtarentur, aduocari iubent. Legatus, qui impatientius fronte contracta, hæc audierat, conſurgens dixit, ſe Legatum Regium, nolle in fraudem Regis ſui, & Legatorum præiudicium accuſationem quamcunq; audire. Cum reſponſum eſſet, illos non vt accuſatores producendos, ſed vt videret, hæc non ficta & falſa eſſe, & ipſe Staffordum libere falſi coargueret; acquieuit. Simul atq; Staffordus introductus verba facere cœperat, interpellauit, hominemq; conuitijs *Legatus negando reijcit.* conſectatus, aſſeuerauit Staffordum rem primum propoſuiſſe, illiq; ſe comminatũ fuiſſe, niſi incepto ſcelere deſiſteret, manibus pedibuſq; vinctum ad Reginam mittere. Percepiſſe autẽ, ex ſuo in Staffordi matrẽ, fratrẽ, & ſororem amore ſingulari. Staffordus in genua prouolutus, in animæ ſalutem pluribus proteſtatus eſt, Legatum rem primum propoſuiſſe. Cum Legatus iam vehementius commoueretur, Staffordus iuſſus eſt ſecedere, nec *Modius* introductus.

Cum-

Cumque Burghleius Legatum, & ex ipſius verbis, & *Trappy* confeſſione, vt concepti ſceleris conſcium, leniter arguiſſet. Reſpondet ille ſi conſcius fuiſſet, cum tamen Legatus, non debere, niſi ſuo ſoli Regi, indicium facere. Cum Burghleius interponeret, Si Legati non ſit (quod tamen controuertitur) eiuſmodi indicium facere, cum ſalus Principis ſcelerate in diſcrimen deuocetur: Chriſtiani tamen eſſe eiuſmodi iniurias pro ſalute, nõ ſolum Principis, ſed Chriſtiani cuiuslibet propulſare. Ille hoc ſtrenue pernegauit, ſimulque memorauit, Gal'um non ita pridem, apud Hiſpanum Legatum, qui cum machinationem in Hiſpani vitam reſciret, non Hiſpano, ſed Regi ſuo indicaſſe, laudemque à Rege, & Regijs Conſilarijs inde retuliſſe. Burghleius autem grauiter monuit, vt caueret ne in Maieſtatem deinceps peccaret, & ne officij Legati, clementiæque Reginæ obliuiſceretur, quæ mali Legati pœna bonos lædere noluit, illumq; noxa non eximi, licet impune ferat.

M. D. LXXXVII

Leniter arguitur.

An Legati ſit inſidias in Principẽ detegere.

Ex hac molitione, qui infeſti & infenſi Scotorum Reginæ, occaſionem mortẽ accelerandi arripuerunt; curaruntque, ad maiores terrores Reginæ incutiendum, (gnari in ſummo ſalutis diſcrimine timorem excludere omnem miſericordiam) falſos rumores paſſim per Angliam indies trepidis vociferationibus ſpargi, ſcil. *Hiſpanicam claſſem Milfordico Portu iam appuliſſe, Scotos in Angliam irrupiſſe, Guiſium cũ iuſto exercitu in Suſſexia terram conſcendiſſe, Scotam è carcere euaſiſſe, armatamq; manum conſcripſiſſe, Septentrionales rebellionem concitaſſe, nouos percuſſores in Reginæ perniciem & Vrbis Londini incendium coniuraſſe, imo Reginam expiraſſe*; & id genus alia, quæ vel verſuti, vel territi ſibi affingere, atq; ex inſita alendi rumores cupiditate augere ſolent; & Principes, qui curioſe creduli, facile arripiunt.

Hac, & rumores Elizabetham in Scotorum Reginam cõcitarunt.

Huiuſmodi terriculamentis & formidoloſis argumentis, fluctuantem, & anxium Reginæ animum eo pertraxerunt, vt literas cõſignaret, quib. funeſta ſententia executioni mandaretur, ſuaſorq; inter præcipuos erat (vt Scoti ferunt)

Digitized by Google

M. D. LXXXVII

At Graius Scotus magis. *Illa rem ſerio perpendit.*

Patricius Graius, à Rege Scotorum ad Reginã à matris ſupplicio diſſuadendã miſſus, q̃ ſępius illud (*Mortua non mordet*) in aures Reginæ inculcau t Illa tamen natura cunctatrix, animo librare cœpit, an conſultius eã tollere, aut parcere. Ne tolleret, hæc ꝓhibuerunt, Innata clementia, ne in fœminã, eamq; Principẽ & cognatã ſæuire videretur, infamiæ apud poſteros ex hiſtorijs timor & pericula impendentia, tam à
„ Scotorum Rege q̃ iam ad ſpẽ Angliæ ꝓpius admoueretur,
„ q̃ à Catholicis Principib. & deſperatis hominib. q̃ iam q̃duis
„ auſuri. Sin parceret, prçuidit, nõ minora pericula imminere,
„ Proceres, qui ſententiam contra Scotorum Reginã tulerant
„ gratiã apud eandẽ & filium, nõ ſine ipſius periculo, latenter
„ accupaturos, reliquos ſubditos ipſi⁹ ſalutis ſtudioſiſſimos,
„ cum operã ſe luſiſſe viderint, ægerrime laturos, & ipſius ſa-
„ lutem iam inde neglecturos, ad Pontificiorum ꝓfeſſionem
„ plures acceſſuros, & ſpem maiorem concepturos, cum eam
„ in ſpem Regni quaſi fato conſeruatam viderint, Ieſuitas &
„ Seminarios, qui illam ſolam ſpectant, cum valetudinariam
„ videant, & non diu ſuperfuturam metuant, omnem lapidẽ
„ moturos, vt mors Elizabethæ quamprimum acceleretur,

Aulici extimulant.

eorumq; Religio reſtauretur. Aulici etiam hęc, & huiuſmodi indeſinenter ſuggeſſerunt, Cur illi nocenti & iuſte damnatæ parcas, q̃ ꝓ tua ſalute Aſſociationi ſubſcripſit, mox ta-

Rationib.

„ men in te innocentẽ, & tuo exitio, in Religionẽ, Proceres,
„ & Plebẽ ſæuire deſtinauit? Clementiã Regiã eſſe virtutẽ, at
„ in inclementes non adhibendã. Salutari ſeueritati cedat ina
„ nis ſpecies miſericordię. Cauendum ne miſericordia tibi in
„ miſeriã cedat. Satis ad Clementiæ laudẽ, vel ſemel peper-
„ ciſſe. Illi iterum parcere nihil aliud eſſe, q̃ inſontem ꝓnun-
„ tiare, Ordines Regni iniuſtitiæ damnare, illius adminiſtris
„ ad ſcelera acceleranda animos augere, & fidelib. ſubditis
„ ad Remp. conſeruandã minuere. Religio, Reſpub. Tua ipſi⁹
„ incolumitas, Patriæ Charitas, Aſſociationis Sacramentũ, &
„ Poſterorũ cura precib. cõiunctis orant, Vt illa q̃ ſingula ſub-
„ uertat, q̃ꝓtimum è medio tollatur; niſi exorẽt, ne ipſa Salus

hanc

hanc Rempublicam ſeruare poterit, & Hiſtorici ſuccedenti ætati M. D.
ſunt proditurí, ſereniſſimos Angliæ ſub Elizabetha dies in fœdiſſi- LXXXVII
mum & tenebricoſum veſperem, imo in æternam noctem deſiiſſe. Poſteri prudentiam noſtram deſiderabunt, qui, (quod miſeriam accumulet) mala proſpicere, & non prauertere potuimus, & miſeriarum molem non tam aduerſariorum malitiæ, quam ſupinæ horum temporum incuriæ imputabunt. Vnius Scotæ, & titularis Reginæ vita vniuerſæ Angliæ ſaluti non præponderet. Nullus in tanta re cunctationi ſit locus, cum mora trahat periculum: nec interſtitium ſceleratis machinatorib. dandum, qui vltimum ſubſidium ab audacia iam petent, & ſuper impunitatem ſceleris præmium ſperabunt. Qui periculum, quantum cauere poteſt, non cauet, magis Deum tentat, quam in Deo ſperat. Pericula quæ ab exteris immineant, ſublata cauſa, tollentur ſingula, nec niſi per illam Angliæ officere poſſunt. Quæcunque ſit in Pontifice Romano voluntas aut facultas nocendi, vna cum illa peribit. Hiſpanus non habeat quod ſuccenſeat, cum ipſe vnicum filium Carolum in ſuam ſecuritatem ſuſtulerit, & Antonii Luſitani vitæ in ſuam ambitionem iam inſidietur. Gallus amicitiam cum Anglia ſanctiſſime colit, illiuſque inprimis intereſt, vt matura Scotæ morte, Guiſianorum ſpes extenuentur, qui ſperata cognatæ potentia freti, ſuo Regi inſolentius iam inſultant. Scotorum Rex, & naturæ ductu, & honoris ratione, pro matre grauius quidem commoueatur, at pro prudentia expectabit potius tarda cum ſecuritate, quam præpropera cum periculo: Et quo ille ſummæ ſpei propior, Principes exteros longius abfuturos, quandoquidem illis familiare, augeſcenti alterius potentiæ quouis modo obſiſtere.

Exempla domeſtica etiam proponunt (cumq; exemplis fit, ſit excuſatius) *quomodo Reges Angliæ ſe geſſerunt in ſuam ſecuritatem, erga cognatos* & Competitores; *nominatim*, Henricus Primus *erga* ROBERTVM *fratrem natu maximum*, EDVVARDVS Tertius, *aut potius eius mater*, *erga* EDVVARDVM Secundum, *Henricus Quartus erga Richardum Secundum*, *Edvvardus Quartus erga Henricum Sextum*, & *filium eius Principem* Walliæ, & *erga germanum ſui ipſius fratrē Georgium* *Et exempla.*

Ducem

M. D. LXXXVII *Ducem Clarentiæ. Henr. 7. erga VVarvvicenſẽ, tenellum Ducis Clarentiæ filium, Henricus Octauus erga* De la Polum, *Suffolciæ Comitem. Margaretam Sarisburienſem, & Coutenaium, Exoniæ Marchionẽ, qui ſinguli leuiorib. de cauſis, ſi crimina cõferantur, ſublati fuerunt.* Nec ſoli aulici hęc apud Reginã, ſed & cõcionatores qdam acrius, & plebeij nonnulli, ex ſpe aut metu, ingeniorum libidinẽ in hoc argumento procacius exercuerũt.

Illa tamen anxia dubitat. *Funeſtum Mandatũ confici iubet.* Inter has anxias cogitationes, quæ Reginam adeo ſolicitam & ancipitem habuerunt, vt ſolitudine gauderet, ſine vultu, ſine voce ſubinde ſederet, & ſæpius ſuſpirans, AVT FER, AVT FERI. &, è neſcio quo Emblemate NE FERIARE, FERI. ſibi immurmuraret; Dauiſono è Secretariis alteri, literas ſua manu ſignatas tradit, vt ſub magno Angliæ Sigillo *Mandatum*, de ſupplicio ſumendo, conficeretur, quod in promptu eſſet, ſi quid periculi, tempore illo formidoloſo, ingrueret; iubetque ne cuipiam rem communicaret. Poſtridie autem, dum pauor etiam ſua met conſilia formidaret ſententia mutata, per Guil. Killegreium, Dauiſono, ne *Mandatum* illud conficeretur, imperat. Ille mox Reginam accedit, *Mandatum* confectum Sigilloque firmatum ſignificat. Illa commotior, tantæ feſtinationis hominem arguit, qui nihilominus *Mandatum*, & rem regijs Conſiliarijs communicat, illiſque prone, quod voluerunt, credentibus, facile perſuadet, Reginam iuſſiſſe vt executioni mãdaretur. Nulla mora interpoſita, Bealus, quo non alter Scotorum Reginæ, præ Religionis ſtudio, iniquior, cum vno & altero carnifice, & literis, quib. Comitibus Salopiæ, Cantij, Derbiæ, Cumberlandiæ, & alijs authoritas defertur, vt in eam ex lege ageretur, Reginâ inconſultâ, mittitur. Quo ipſo tẽpore, licet illa ſignificaſſet Dauiſono, ſe aliã de Scotorum Regina rationem inituram, ille tamen Bealum minime reuocauit. *Conſiliarij clam. mittunt.*

Quamprimum Comites *Fotheringhaiam* venerant, illam cum Amicio Povvletto, & Drugone Drurio quorum cuſtodiæ mandata erat, accedunt, cauſam aduentus, lecto *Mandato*, ſignificant, paucisq; monent, vt ad mortem ſe accingat,

vtique

vtiq; poſtridie moriendum. Illa intrepide, mente compoſita reſpondet, *Haud putaram, Reginam Sororē, in meam mortem, quæ iuri veſtro ſubdita non ſum; aſſenſuram. Verum cum ita viſum, mors mihi erit gratiſſima; nec illa quidem anima supernis & ſempiternis gaudiis digna, cuius corpus vnum carnificis ictum perferre non poterit.* Rogat, vt cum Eleemoſynario, Confeſſore, & Meluino, hoſpitii præfecto, conferret. Vt Confeſſor accederet plane negatum, Comitesq; Epiſcopum aut Decanum Petroburgenſem, ad conſolandum commēdarunt; quos cum illa reieciſſet, Comes Cantii, Religione feruide flagrans, ad illam conuerſus, inter alia, hæc in verba prorupit. *Tua vita exitium erit noſtræ Religionis, vt contra tuum exitium eiuſdem erit vita.* Mentione Babingtoni facta, illa hominis machinationem ſibi notam conſtanter pernegauit; Deo vindictam reliquit. Et quid de Nauuo & Curlo factum percunctata, rogauit an prius auditum, ſeruos in Dominorum perniciem fuiſſe ſubornatos, teſteſque admiſſos. Cum Comites diſceſſiſſent, illa iubet cœnam maturari, vt res ſuas melius componeret. Parce & ſobrie pro more cœnat. Inter cœnandum, famulos famulaſq; lugentes, lachrimiſque oppletos conſpicata; infracta animi magnitudine conſolatur, luctum abſtergere iubet, & potius gaudere, quod è malorum abyſſo iam emigratura eſſet. Conuerſa ad Burgonium Medicum, rogat, an non iam vim veritatis magnam eſſe obſeruarit. *Dicunt*, inquit, *mihi moriendum, quod conſilium contra Reginæ vitam inierim; nihilominus Comes Cantii innuit, non aliam eſſe mortis meæ cauſam, quam quod ipſorum Religioni à me timeant. Nec meum in Reginam flagitium, ſed ipſorum à me timor mihi exitium attraxit, dum nonnulli ſuis ſeorſim rationibus, ſub quæſito religionis & publici boni integumento, conſulunt.* Sub finem cœnæ famulis vniuerſis propinat, qui flexis genibus ordine ſuo reſponderunt, lachrimas vino commiſcentes; & neglecti officij veniam petentes; vt ipſa viciſſim ab illis. A cœna teſtamentum recognoſcit, bonorum & monilium indicem perlegit, & nomina

M. D. LXXXVII.
Scota ad mortem ſe parat.

Digitized by Google

M. D. LXXXVII. nomina eorum, quibus ſingula deſtinauit, adſcribit, quibuſdam pecuniam ſua manu viritim diſtribuit. Ad Confeſſorem ſcribit, vt pro ipſa apud Deum precibus intercederet, literas etiam ad Regem Galliarum & Guiſium commendatitias pro famulis ſcribit. Tempore conſueto cubitum ſe recipit, horas aliquot dormit; ſomno ſoluta, reliquam noctem precationibus producit.

Ad Pegma ducitur. Fatali die iam elucеſcente 6. Idus Februarij, comptius & ornatius, vt feſtis diebus aſſolet, ſe apparat, famulis conuocatis, teſtamentum perlegi iubet, rogat vt legata æqui boni conſulerent, cum non facultatis ſuæ eſſet maiora elargiri. Deinde tota in Deum defixa in Oratorio ſuſpiriis, gemitibus, & precibus diuinam gratiam ſupplex implorat, donec *Thom. Andræus* Vicecomes Prouinciæ ſignificarit, iam prodeundum eſſe. Prodit illa, ſtatura, forma, & ſpecie ad Maieſtatem appoſita, vultu hilari, habitu matronali & perquam modeſto, capite linteo velo, eodemque demiſſo, obtecto. Globulis precatoriis ad cingulum dependentibus, & *Crucifixum* eburneum in manibus geſtans. In porticu exceperunt illam Comites, & nobiles alij, vbi Meluinus famulus genibus flexis, lachrimiſque offuſis, ſortem ſuam deplorauit, quod ille triſtiſſimum nuntium, de infœlici Dominæ ſuæ fato, in Scotiam perlaturus eſſet. Illa hominem conſolata, *Ne lamenteris*, inquit, *potius læteris, tu Mariam Stuartam omnibus curis ſolutam ſtatim videbis. Nunties me in Religione mea conſtantem, in fide erga Scotiam & Galliam firmam mori. Ignoſcat illis Deus, qui ſanguinem meum, vt cerui fontem, ſitierunt. Tu Deus qui ipſa veritas, & intimos animi mei receſſus penitus & vere noſti, noris quantopere expetiuerim, vt Angliæ & Scotiæ Regna in vnum coaleſcerent. Salutes mihi filium, & certiorem facias, me nihil quod fraudi ſit Regno Scotiæ feciſſe, moneas vt cum Regina Angliæ amicitiam colat; & fac tu fideliter illi inſeruias.*

Ad Meluinum verba.

Ad Comites Iam lachrimis obortis, iterum atque iterum Meluino collachrimanti valedixit. Ad Comites conuerſa, rogauit, *vt cum*

vt cum famulis humaniter ageretur, quæ teſtamento legauerat, fruerentur, morienti adſtarent, & in patriam fide publica remitterentur. Priora illa promiſerunt, vt adſtarent morienti, Comes Cantij difficilem ſe præbuit, ſuperſtitionem veritus. Illa, *ne verearis*, inquit, *miſelli illi mihi ſupremum valedicere percupiunt. Scio ſororem Elizabetham nolle mihi tantillum negaſſe, vt, vel pro muliebris ſexus honore, famulæ adſint. Ego illi ſanguine ſum coniunctiſsima, Rege Henrico VII. prognata, Dotaria Galliæ Regina, & Scotorum Regina inuncta.* M. D. LXXXV.

Quæ cum dixiſſet, & ſe auerteret, permiſſum, vt famuli, quos nominaret, adeſſent. Nominauit Meluinum, Burgoinum Medicum, Pharmacopolam, Chirurgum, famulas binas, & alios, è quibus Meluinus ſyrma ſuſtulit. Ita, præeuntibus nobilibus, Comitibus duobus, & Vicecomite Prouinciæ, ad pegma venit, quod in ſuperiori aulæ parte erectum, in quo cathedra, puluinus, truncus, & omnia pannis funebribus inſtrata. Vt primum conſedit, ſilentio indicto, Bealus Mandatum perlegit, illa attente audit, quaſi aliud agens. Deinde Fletcherus, Decanus Eccleſiæ Petroburgenſis, verboſam ad eam inſtituit orationem, de vitæ anteactæ, præſentis, & futuræ conditione. Illum loquentem ſemel atq; iterum interpellat, *ne ſibi faceſſeret negotium rogat, proteſtata, ſe in antiqua, Catholica Romana religione eſſe firmatam, & pro ea vitam profundere paratam.* Illi vehementer ſuadenti, vt pœnitentiam vere ageret, & certa fide ſpem in Chriſto collocaret, reſpondit, *ſe in ea religione natam, enutritam, & iam morituram.* Comitibus dicentibus, ſe velle pro illa precari, dixit, *ſe gratias habituram maximas, ſi vellent vna cum ipſa precari; vobiſcum vero, qui alterius eſtis profeſſionis, precibus communicare, mihi,* inquit, *ſit peccatum & piaculum.* Tunc Decanum precari iuſſerunt, quo cum dum multitudo circumfuſa comprecaretur, illa in genua procumbens, *Crucifixum* manibus prægeſtans, Latine vna cum ſuis, *ex Officio B. Mariæ* precatur. *Ad Decanum.*

Poſtquam Decanus precibus finem impoſuiſſet, illa Anglice,

M. D. LXXXVII. *Moritura verba.*

Anglice, Eccleſiam, filium, Elizabetham Reginam Deo commendat, precata, vt indignationem ab hac inſula auerteret, & profeſſa, ſe ſpem ſalutis in Chriſti ſanguine [*Crucifixum* attollens] reponere, cæleſtem Sanctorum chorum, vt apud illum pro ipſa intercederent; inuocat; inimicis omnibus ignoſcit, *Crucifixum* exoſculans, & ſe cruce ſignans; inquit, *Vt brachia tua, Chriſte, in cruce erant expanſa, ita miſericordia tua vlnis expanſis me ſuſcipe, & peccata remitte.* Carnificibus deinde veniam petentibus, conceſſit. Cumq; famulæ indumenta exteriora illi feſtinanti exuiſſent, in eiulatus & lamentationes effuſæ; illas exoſculata, & Cruce ſignans, hilari fronte muliebribus lamentis abſtinere iubet; *Etenim iam ſibi ærumnarum adeſſe requiem.* Similiter ad famulos collachrimantes conuerſa; eos cruce itidem ſignat; & ſubridens, valedicit. Iam facie linteo obuelata, ad truncum procumbens, recitat Pſalmum, *In te Domine confido, ne confundar in æternum.* Deinde corpus protendenti, ſæpiuſq; iteranti, *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum*, caput geminato ictu amputatur; Decano exclamante: *Sic pereant Reginæ Elizabethæ hoſtes*, Cantij Comite ſuccinente; multitudine ingemiſcente. Corpus vnguentis dilibutum, & rite apparatum, poſtea Regio funere in Eccleſia Cathedrali Petroburgi inhumatum. Iuſtaq; Lutetiæ Pariſiorum magnificentiſſime ſoluta, Guiſiis curantibus; qui omnia ſummæ neceſſitudinis officia cognatæ, & viuæ, & mortuæ, cum laude præſtiterunt.

Elogium.

Hunc lamentabilem vitæ finem habuit Maria Scotorum Regina, Iacobi V. Regis Scotorum filia, Henrici VII. Regis Angliæ è filia natu maiori proneptis, anno ætat. 46. captiuitatis 18. Fœmina in Religione ſua conſtantiſſima; eximia in Deum pietate; inuicta animi magnitudine; prudentia ſupra ſexum, formaq; venuſtiſſima: Principibus illis accenſenda, quæ fœlicitatem calamitate mutarũt. Infans ab Henrico VIII. Rege Angliæ, pro filio Edwardo, ab Henrico II. Galliæ, pro Franciſco *Delphino*, magno

ambitu

Digitized by Google

ambitu certatim in nurum expetita, quinquennis in Galliam abducta, quindecennis *Delphino* nupta. Galliæ Regina annum vnum & menſes IIII. floruit. Marito defuncto, in Scotiam reuerſa, Henrico Stuarto Darlio renupta, Iacobum primum, Magnæ Britanniæ Monarcham, peperit. A Morauio fratre notho, & aliis ſubditis ingratis, & ambitioſis exagitata, Regno abdicata, & in Angliam fugata; ab Anglis nonnullis (vt æqui bonique cenſuerunt) de ſua Religione retinenda, & Elizabethæ ſalute tuenda ſolicitis, circumuenta, ab aliis Rom. Religionem reſtaurandi percupidis, ad conſilia periculi plena protruſa: & Amanuenſium abſentium, qui precio corrupti videbantur, teſtimoniis oppreſſa. Iuxta tumulum hoc affixum erat, & mox ablatum Epitaphium. *D. M. LXXXVII.*

Digitized by Google

D. M.
LXXXVII.
Epitaphium.

MARIA SCOTORVM REGINA, REGIS FILIA, REGIS GALLORVM VIDVA, REGINÆ ANGLIÆ AGNATA, ET HÆRES PROXIMA, VIRTVTIBVS REGIIS ET ANIMO REGIO ORNATA, IVRE REGIO FRVSTRA SÆPIVS IMPLORATO, BARBARA ET TYRANNICA CRVDELITATE, ORNAMENTVM NOSTRI SECVLI, ET LVMEN VERE REGIVM EXTINGVITVR: EODEMQVE NEFARIO IVDICIO, ET MARIA SCOTORVM REGINA MORTE NATVRALI, ET OMNES SVPERSTITES REGES, PLEBEII FACTI, MORTE CIVILI MVLCTANTVR. NOVVM ET INAVDITVM TVMVLI GENVS, IN QVO CVM VIVIS MORTVI INCLVDVNTVR, HIC EXTAT: CVM SACRIS ENIM DIVÆ MARIÆ CINERIBVS, OMNIVM REGVM ATQVE PRINCIPVM VIOLATAM, ATQVE PROSTRATAM MAIESTATEM HIC IACERE SCITO; ET QVIA TACITVM REGALE SATIS SVPERQVE REGES SVI OFFICII MONET, PLVRA NON ADDO VIATOR.

Ex hoc

Digitized by Google

Ex hoc triſtiſſimo tātæ Principis fato, diuinæ prouiden- *M. D.*
tiæ diſpoſitio, vt prudentes quidam obſeruarunt, clariſſi- *LXXXVII.*
me eluxit. Quæ enim & Elizabetha & Maria primis in vo- *Prouidentia Diuina.*
tis habuerunt, & in omnibus conſiliis ſibi propoſuerunt, hinc conſequuta ſunt. Hæc, quod & moriens dixit, nihil ardentius expetiuit, quā vt diuiſa Angliæ & Scotiæ Regna, in chariſſimi filii perſona adunarentur: illa nihil flagrantius exoptauit, quam vt vera Religio cum populi ſalute & ſecuritate in Anglia cōſeruaretur; Et vtriuſque votis ſupremum numen annuiſſe, Anglia inexpectata fœlicitate iam videt & lætiſſima agnoſcit.

Simul atque Scotorum Reginam morte fuiſſe affectam, *Elizabetha*
ad Elizabetham, nec opinantem quidem, rumore nuncio *dolet.*
perlatum indignanter audiuit, vultus & verba ceciderunt, ingenti dolore quodammodo obſtupuit; vſque adeo, vt pullata ſe angoribus dederit, in lachrimis iacuerit; Con- *Conſiliariis*
ſiliarios grauiter reprehenſos, & à conſpectu ſubmotos, *indignatur.*
examini ſubiecerit; Dauiſonum iudicio in *Camera Stellata* ſiſti iuſſerit. Et quamprimum dolor permiſerit, hæc ſua manu ad Scotorum Regem per Rob. Carium raptim ſcripſit:

Mi frater chariſſime, vtinam ſcires, at non ſentires, quam *Scotorum*
incomparabili dolore animus mihi diſcruciatur, ex lamentabili *Regi ſe ex-*
contra meam ſententiam euentu, quem, cum calamus memorare *cuſat.*
horreat, ex hoc meo cognato plene intelliges. Te oro, vt Deus & multi alij, meam hac in re teſtentur innocentiam; ita & tu credas, ſi imperaſſem, me nunquam iri inficiatum. Non ſum animo ita anguſto, vt ex terrore, quod iuſtum ſit, facere formidem; aut factum denegem. Non ita degener, aut animo ſum ignobili. Sed vt minime Regium eſt animi ſenſum verbis obuelare, ita actiones meas nunquam diſſimulabo; ſed efficiam vt ſuis coloribus eluceſcant. Tibi ad veritatem perſuadeas; vt ſcio hoc ex merito eueniſſe, ita ſi hoc cogitaſſem, non in alios tranſtuliſſem; nec mihi imputabo, quod ne quidē cogitaui. Cætera, qui tibi has tradet literas, impertiet. Quod ad me, credas velim, non aliam eſſe qui te amori

M. D. LXXXVII. *charitate proſequitur, aut ſtudioſius tibi, tuiſque rebus inuigilat. Si quis contra ſuggeſſerit, eum alius, magis quam tibi ſtudere exiſtimes. Deus te diutiſſime conſeruet incolumem.* Dum Carius in itinere cum his literis, Dauiſonus in *Camera Stellata* ſiſtitur coram Delegatis ſelectis, ſcilicet, Chriſtophoro Wraio Primario *in Banco Regio Iuſtitiario*, qui pro eo tempore *Dominus Cuſtos Priuati Sigilli* conſtitutus, Archiepiſcopis, Cantuarienſi, & Eboracenſi, Comitibus Wigorniæ, Cumberlandiæ, & Lincolniæ; Baronibus, Greio, & Lumleio; Iacobo Crofto Aulæ Regiæ Contrarotulatore, Gualtero Mildmaio, Fiſci Regii Cancellario, Gilberto Gerardo, Sacrorum ſcriniorum Præfecto, Edmundo Anderſono, Primario *ad Communia Placita Iuſtitiario*; & Rogero Manwoodo *Primario Fiſci Regij Barone.* Coram his Pophamus Procurator Regius Dauiſonum Maieſtatis contemptæ, fidei violatæ, officii neglecti poſtulat, quod cum Regina, pro innata clementia Scotorum Reginam iam damnatam ſupplicio affici noluerit, ob cauſas ſibi vni compertas, aliis inſcrutabiles; nec à Regni Ordinibus, nec à Conſiliariis acriter vrgentibus, eo perduci potuerit; nihilominus *Mandatum* pro eiuſdem ſupplicio, ad pericula præuertenda, confici iuſſerit, Dauiſonique fidei, & taciturnitati commiſerit, ille Secretarius iuratus, fidei, & officii oblitus, ſpretaque Maieſtate; contra, ac Regina imperauerat, Conſiliariis impertierat, & executioni, ipſa prorſus inconſulta, mandauerat.

Dauiſonus iudicio ſiſtitur.

Dauiſonus, pro ſingulari modeſtia, ſedate; animo tamen præſenti reſpondet, *Se admodum moleſte ferre, quod in cauſa iuſtiſſima, de Scotorum Regina, & iudicio in eam, ſi quod aliud, longe grauiſſimo, ipſe Delegatis moleſtiam denuo exhiberet, idque, ſi non cum iactura, certe cum detrimento exiſtimationis ſuæ, quæ ſibi inſtar omnium. Longe autem moleſtiſſime hoc ferre, quod argueretur in eius Maieſtatem contemptim deliquiſſe, quæ, quanto in ipſum fuerit beneficentior, & ipſe ob merita deuinctior; tanto delictum atrocius videretur. Se reum obiectorum crimi-*

Pro ſe reſpondet.

criminum ſi agnoſceret, vim faceret ſuæ exiſtimationi, quæ ſibi vita charior. In ſui defenſione ſi cum Regina conteſtaretur, faceret quod ſubditi obſequio, famuli obſeruantia, & Secretarii fide atq; bono eſſet indigniſsimum. Proteſtatur coram diuino numine, & Delegatis, *quod nihil ſciens, prudens, & libens hac in re fecerit, niſi quod Reginã voluiſſe ſibi perſuaſerat. In quo ſi ipſe ſe in fraudem vel ex inſcitia, vel negligentia egerit, non poſſe non grauiſſime dolere; & Delegatorum cenſuram æquiſsimo animo ſubire.*

Quod ad particularia. Cum Regina illum reprehenderet, quod tam feſtinanter Mandatum Magno Sigillo firmaſſet, aſſerit, *illam innuiſſe, non tamen expreſſe iuſsiſſe, vt apud ſe cuſtodiret. Nec in taciturnitatis fidem ſe commiſiſſe exiſtimat, cum ne verbum cuiquam, niſi Conſiliariis, de hac re fecerit.* Quod *Mandatum* non reuocaret, poſtquam Regina ſententiam mutaſſe ipſi innueret, affirmat, *inter Conſiliarios omnes conueniſſe, vt protinus mitteretur, & ſupplicium ſumeretur, ne quid detrimenti Reſpub. aut Regina caperet.*

Hinc Dauiſonum, ex ipſius confeſſione premere cœpit Egertonus, Procurator Secundus, particula eiuſdem prælecta. Ille autem integram legere rogauit, & non hinc inde decerptas particulas; maluit tamen, ne omnino legeretur, cum in ea arcana quædam non enuncianda continerẽtur, ſubinde interfatus, Quod, *vt noluit cum Regina conteſtari, ita non poſſe pati, vt ipſius modeſtia fraudi foret veritati, & ſuæ integritati.* *Ex confeſsione premitur.*

Gaudius & *Puckeringus*, ad *Legem Seruientes*, iam hominẽ magna vi verborum arguunt, quod Conſiliariorum Regiorum prudẽtia callide ſit abuſus, idq; ex confeſſione Burghlæi Theſaurarij; cui dubitanti, an Regina certo ſtatuiſſet de ſupplicio ſumendo, aſſeueranter affirmauit; vt etiã cæteris, qui literas de ratione ſupplicij ſubſignarũt. Dauiſonus lachrymis oborẽtibus, Iuriſconſultos rogauit, ne vehemẽtius premerent, *Meminerint, ſe nolle cum Regina conteſtari, cuius conſcientia & Delegatorum ſententia ſe totum ſubmiſit.*

Digitized by Google

M. D. LXXXII.

Iudicum in eum ſententiæ.

Manvvodus exorſus, hiſtoricam de Scotorum Regina, ab Inſignibus Angliæ tenella ætate arrogatis, ad Babingtoni vſq; coniurationem pertexuit narrationem, ſententiam ex Lege in illam latam laudauit, Reginæ clementiam prædicauit, quam quod Dauiſonus inconſideratius anteuertiſſet, decies mille libris mulctandum, & in carcere, quoad Reginæ viſum fuerit, detinendum cenſuit. Anderſonus iuſtum feciſſe, etſi non iuſte diſſeruit; hominem cæteroquin minime malum exiſtimauit. In eandem ſententiam iuit Gerardus. Mildmaius, cum explicaſſet quam matura cum deliberatione, & grauitate iudicium in Reginam Scotiæ comparatum fuerit, quantiſq; populi obteſtationibus Elizabetha ad ſententiam promulgandam perducta; illud è ſacris litteris in Dauiſonum torſit. *Cor Regis in manu Domini*, ideoque neminem, nedum adminiſtrum, debere Principibus conſilium occulte & ſubdole præripere: quibus inconſultis, nihil agendum, potiſſimum in rebus tanti momenti, quanta ſit mors Principis. Hominem vero malitiæ abſoluit, imperitiam in Principum negotijs perſtrinxit, præproperam feſtinationem, in præuertendo Reginæ conſilium, damnauit. Ne vero homines eius loci & ordinis in idem deinceps impingerent, de mulcta, & incarceratione cum cæteris conſenſit.

Croftus hominem ſugillauit, quod tacenda imprudenter enuntiauerat; cum Principes, quod vni Conſiliariorum impertiant, cæteros ſæpenumero celent.

Baro Lumleius, ſententiam iuſte latam fuiſſe in Scotorum Reginam iuxta cum iudicibus ſenſit, verum aſſeueranter dixit. Nunquam ex omni ſeculorum memoria eiuſmodi in Principem contemptum auditum, vel lectum eſſe, Conſiliarios Regios, in Regio Palatio, in Cœnaculo iuxta Reginam, quæ quaſi Perſes Conſilij, rem tantam, ipſâ inconſultâ, ſtatuiſſe; cum tam facilis ad eam aditus, illis & Dauiſono pateret. Proteſtatus, ſi filium haberet vnicum, qui in eodem crimine eſſet, ſeueriꝰ eum plectendum cenſeret.

ſeret. Cæterum de ingenuo hominis animo perſuaſus, grauiorem pœnam quam cæteri, infligere noluit. M. D. LXXXVII.

Hunc Baro Greius, Religionis ardore inflammatus, cōpoſita oratione, & acri quadam incitatione excepit. *Dauiſonus*, inquit, *contemptim erga Reginam ſe geſſiſſe arguitur, contemtuſq; ille exaggeratur, quod Reginam Scotorum è medio tollendam curauerit, arcana enuntiauerit, Reginamq; de* Mandato *miſſo celauerit. At quanam illa Regina fuit, quam tollendam curauit? illa ſcilicet, à qua ſuperſtite, Religioni, Reginæ, Reipub. & nobis ſingulis pericula indies impendebant, & à qua nunc ſublata, negotium hodie nobis faceſſitur. Adeo, vt qui tantis periculis Angliam liberauerit, honore proſequendus merito videatur. Illum arcana enuntiaſſe non exiſtimo, qui non alijs quam Conſiliariis, & maximarum rerum adminiſtris rem impertiit, quorum inprimis intereſt huiuſmodi ſcire; & quæ ipſa Regina vni & alteri iam antea impertierat. Si qua in re deliquerit Dauiſonus, in hac certe maxime, quod Reginæ nouam rationem ineunti, non ſignificauit* Mandatum *iam miſſum fuiſſe. At ille ancipiti cogitandi cura perplexus proculdubio ſtetit, an ex* Reginæ *gratia excideret*, Mandatum *clā ipſa mittendo, vel reuocando,* Reginæ *noua pericula crearet. Quis non meminit, quam turbulentum fuerit tempus, & quā formidabiles rumores vbiq; locorum ſparſi? Si qua vis Religioni, aut* Reginæ *tunc illata fuiſſet, aut vita erepta, dum* Mandatum *illi eſſet in manibus, an non ille culpam præſtitiſſet? Nonne in illum nos ipſi, liberi, vxores violente irruiſſemus? non ſanguine manus imbuiſſemus? non imprudentiam diris deuouiſſemus? & non monumentum inconſiderantiæ cruentis inuſtum literis, ad ignominiam ſempiternam ſtatuiſſemus? Quamcunque vel pœnam vel mulctam illi infligatis, non mihi diſpliceat, certe viri boni & probi exiſtimationem apud me nunquam perdet*, Hæc fuſe, oratorie & animoſe Greium differentem audiuimus. Greij pro eo defenſio.

Tres Comites de pœna cum reliquis, de exiſtimatione Dauiſoni cum Greio conſenſerunt. Archiepiſcopus Eboracenſis de inobedientia ex animi cæcitate, & mentis corruptione Theologice differuit, Cantuarienſis factum pro-

Digitized by Google

M. D. IXXXVII. baũit, hominẽm laudauit, modum autem & formã prorſus damnauit. Wraius *Priuati Sigilli Cuſtos*, ſententijs Delegatorum ſummatim repetitis, pœnam inflictam confirmauit; ſimulque ſignificauit, licet Regina Conſiliarijs non temere ſubirata, examini illos ſubiecerit, nunc tamen ignoſcere; ſimulque agnoſcere illos ad Religionem & Rempublicam tuendam, & ad omnia pericula propulſanda animo & conſilio diligenter excubaſſe.

Sententia in eum pronunciata.

Eius Petitio

Dauiſonus Delegatos orauit, vt apud Reginam intercederent, *non pro honorifico, quo fungebatur, Secretarii munere, vel libertate, vel mulcta irrogata imminutione; ſed vt in eius gratiam reſtitueretur.* Quam tamen nunquam recuperauit, licet illa hominis indigentiæ nonnunquam ſubuenerit. Ita Dauiſonus, vir ingenue bonus, in aulicis artibus minus verſatus, in ſcenam aulicam ex compoſito, vt plerique exiſtimarunt, inductus, vt huic perſonæ in iſta tragœdia tantiſper ſeruiret; detracta mox perſona, quaſi extremo actu defeciſſet, è ſcena extruſus, & non ſine multorum commiſeratione, in carcere diu concluſus. Quid publice contra Dauiſonum actum, iam dixi; quomodo autem ille ſe priuatim excuſauerit, habe compendio ex ipſius fide, & Apologetica ad Walſinghamum narratione.

Priuata pro ſe Apologia.

Regina, inquit, *poſt Gallicorum & Scotorum Legatorum diſceſſum, ſponte iuſsit, vt* Mandatum *de ſententia in Scotam exequenda, exhiberem, exhibitum ſua manu lubens ſignauit, ſignatum Magno Angliæ Sigillo muniri imperauit, & iocans dixit, Hac VValſinghamo ægrotanti ſignifices, etſi male metuo, ne inde præ mœrore exſpiret. Cauſas etiam tam diu differendi addidit, nimirum, ne videretur violenter, vel malitioſe eo pertractam fuiſſe, cum interea minime ignoraret, quam hoc ſit neceſſarium. Porro Povvlettum & Drurium culpauit, quod eam hac cura non liberaſſent, & optauit, vt Walſinghamus eorum animos hac de re tentaret. Poſtridie, poſtquam Magno Sigillo munitum eſſet, per Killegræũ iuſsit, ne fieret; cumq; iam factum docuiſſem; feſtinatione tantã reprehendit, innuẽdo aliam rationem, ex prudentum*

quorun-

quorundam iudicio,poſſe iniri; Ego reſpondi, eam rationem ſemper eſſe optimam & tutiſſimam, quæ iuſtiſſima. Sed veritus, ne in me crimen deriuaret (vt Norfolcij ſupplicium in Burghleium contulerat) rem totam Hattano communicaui, proteſtatus, me nolle memet altius tanto negotio immergere. Ille mox Burghleio impertiit, Burleighus reliquis Conſiliariis, qui omnes de ſupplicio maturando cõſenſerunt, & ſinguli vouerunt ex æquo culpam præſtare: Bealumq́; cum Mandato *& literis miſerunt. Tertio poſt die, cum ex ſomnio, quod de morte Scotæ narrauit, eam animo fluctuare ſentirem, rogaui, an ſententiam mutarat. Negauit, at inquit, alia ratio excogitari poterat, ſimulq́; an à Povvletto aliquid reſponſi acceptum, quæſiuit. Cuius literas cum monſtraſſem, in quibus plane recuſauit id ſuſcipere, quod cum honore & iuſtitia non coniunctum; illa commotior, eum & alios, qui* Aſſociatione *ſe obſtrinxerant, periurij, & voti violati accuſauit, qui magna pro Principis ſalute promiſerant, at nihil præſtabunt: eſſe tamen, innuit, qui hoc ſui cauſa præſtabunt. Ego autem, quam infame, & iniuſtum hoc foret, demonſtraui, ſimulque in quantum diſcrimen Povvlettum & Drurium coniiceret. Si enim illa factum approbaret, & periculum & dedecus, non ſine iniuſtitiæ nota. ſibi attraheret; ſin improbaret, homines optime meritos, & eorum poſteros prorſus peſſundaret. Poſteaq́; me eodem, quo Scota ſublata eſt, die, quod ſupplicium nondum ſumptum, leuiter perſtrinxit.* M. D. LXXX VII.

Quantamcunque in Dauiſonum iram, & dolorem ex morte Scotorum Reginæ Elizabetha conceperit, aut præ ſe tulerit, certe acerbiſsimum dolorem, nec ſine ſumma iracundia, Rex Scotorum, vnicus eius filius, hauſit, qui matrẽ chariſſimam pietate coluit, quæ in filio cõſpici poteſt, longe maxima; & luctu lamentiſque proſequutus eſt plurimis. Etenim non exiſtimauit, eam pro mutuo inter ipſos amore & *Arctioris amicitiæ fœdere* nuperrime iuito, omnibus Principum interceſſionibus neglectis, matrem ſuam, pari Maieſtate Principem, Regio genere coniunctiſſimam, vili carnifici ſubiecturam. Robertum Carium Baronis Hunſdonij filium, qui ex Anglia miſſus, vt Reginam excuſaret, culpa in *Scotorum Regis dolor.*

Digitized by Google

M. D. LXXXVII Conſiliarios & Dauiſonum coniecta, in Scotiam non admiſit, vix per alium audiuit, & literas quas attulit ægre accepit. Legato ſuo in Anglia authoritatem abrogauit, & vindictam ſpirauit. Non deerant enim qui perſuadere conati, Orbis Chriſtiani Principes tantam iniuriam Regiæ Maieſtati nominiq; Regio illatam, non inultam dimiſſuros.

Scoticæ gentis indignatio. Ordines Scotiæ, qui iam frequentes conuenerant, profitebãtur, ad matrem vindicandam, & ius eius in ANGLIÆ Regnum tuendum, ſe paratiſſimos eſſe, & vitam & fortunas profundere; nec poſſe iniuriam, non tam Regi, quam vniuerſæ Scotorum genti illatam, vllo modo concoquere. *Qualia conſilia ſuggeſta.* Erant, qui Regi ſuadebant, vt à Rege Danorum, cuius filiam iam in vxorem ambire cœperat, ſuppetias nauales contra Angliam efflagitaret.

Erant qui, Pontificiæ Religioni addicti, ſuggeſſerunt, vt potius Hiſpano, Gallo, & Pontifici Romano ſe adiungeret, ita Angliam facile poſſe occupare. Ante omnia, Proteſtantibus Angliæ nullam fidem haberet; eos iam rerum potiri, & ipſi pernitiem recte ſtruere, occinentes illud, *Qui matrem ſuſtulit & filios tollet*: Erant, qui ſubmonuerunt, nullius partis ſe palam declarare, ſed tum Pontificios, tum Proteſtantes ſuſpenſos tenere. Vtique ſi à Proteſtantibus palam ſtaret, vniuerſi Europæ Pontificij in ipſum, tanquam in ſcopum, omnes machinationes collinearent; aliudque ſtatumen in Anglia, non ſine ipſius periculo, ſibi erigerent. Erant etiam qui ſuaſerunt, vt amicitiam cum Anglia ſanctiſſime coleret, ſpem certam ad incertam Martis aleam non deuocaret, in Religione recepta ſibi conſtaret, in qua ſi ſemel fluctuaret, nec amicos pararet, nec inimicos tolleret. Hæc homines, vt ſua quemque vtilitas traxit. Rex ipſe ſupra ætatẽ acutus, & perſpicax, non feſtinatione, quæ ſemper cæca, ſed conſiderate, diu multumque ſecum, & cum pauciſſimis animo luſtrauit.

Eliz. placare ſtudet. ELIZABETHA vero, culpa omni in Dauiſonum & Conſiliariorum ſuorum inconſultam credulitatem reiecta paulatim

latim dolori occurrit, ne ſolatia intempeſtiua irritarent; expectauitque dum dolor mora lenitus tractari ſe pateretur. Tunc enim, cum Gallos iuuenem Regem ad vlciſcendum acrius incitare perſpiceret, verita, ne ille à Proteſtantium Religione, Anglorumq; amicitia, verſutijs & inflammato vlciſcendi ardore abduceretur, omni animi contentione incumbit, vt exulceratum animum & iam abalienatum, omni ratione, Principe non indigna, placaret. *M. D. LXXXVII.*

Per ſuos igitur in Scotia, & mox per Baronem Hunſdonium, Berwvici Præfectum, hæc illi diligentiſſime perpendenda proponit. *Placandi rationes.* *Primum, quanti periculi ſit in bellum contra Angliam hac de cauſa prumpere, quæ tum neceſſaria ad vniuerſæ Inſulæ ſalutem, tum iuſtiſſima vniuerſis Angliæ Ordinib. viſa. Deinde, an ille par ſit huiuſmodi bello gerendo, cũ Anglia à viris militarib. à copiis, & opib. nunquam fuerit inſtructior; & Scotia inteſtinis bellis exhauſta, nunquam infirmior. Si externis innitatur auxiliaribus, quam difficulter, & ſero conſequatur, vel mater doceat, quæ toties fruſtra implorauit. Et ſi conſequatur, quẽ ſperet ſucceſſum, cum Angliæ, Hollandiæ, & Zelandiæ claſſib. adiunctis, à Potentiſſimis Europæ Regib. nihil timeat? In Gallo, aut Hiſpano quam ſpem collocet? cum eius potentia Angliæ acceſſione adaucta, ipſorum conatib. aduerſetur, eiuſq; Religio illorum profeſſioni ita è diametro opponatur, vt illi, niſi cum ſuo ipſorum damno, auxiliari non poſſint. Nec Gallus æquis oculis intueri poteſt, Regẽ Scotorum Angliæ Regno auctum, ne antiquum ius Anglorum in Gallia denuo perſequeretur, aut Guiſiis cognatis, iam Galliæ Regno inhiantibus, opitularetur. Hiſpanus.a. ambitioni ſuæ proculdubio inſeruiet, quando quidem ſe primum eſſe Catholicum Principem è Regio Anglorum ſanguine, & ſtirpe Lancaſtria, et ſi falſo, venditet. Quo nomine Ieſuitæ quidam & alii, illum, Scotorum Regina ſuperſtite, electione ad Diadema Angliæ prouehere conati ſunt, quaſi hominem, ad Romanam in Anglia authoritatem reſtaurandam, maxime idoneum, matre vnacum filio poſthabita. Etiam ſuadere cœperunt, illam Angliæ Regnum ſupremis tabulis iſti Hiſpano legare, cogitaſſe, ſi filius in Proteſtantium Religione perſeueraret.*

Quor-

Digitized by Google

M. D. LXXXVII.

Quorſum hæc tendant, & quid auxilii ab Hiſpano ſperandum, Rex viderit? & ſimul ſi à Religione in qua educatus deſciuerit, quanta cum ignominia animam in æternam perniciem, & vniuerſam Britanniam in exitium præcipitet? Præterea illi cogitandum, ſi vindictam cogitet, an Angliæ Ordines, qui ſententiam in matrem tulerunt, non ipſum etiam noua ſententia, ſucceſſionis iure omnino excluderent: quorum amorem, neceßitati cedendo, & animi motus cohibendo, facile conciliet, cum id quod factum, infectum eſſe nequeat. Suo autem tempore florentiſſimo Angliæ Regno tranquille potiatur. Interim ſecuritate fruatur, ſuoq; honori ſatis conſuluiſſe apud omnes æquos rerum æſtimatores videatur, quandoquidem dum tempus erat, nullum pientiſſimi filij erga matrem officium prætermiſerit. Ad veritatem autem ſibi perſuadeat, Reginam Angliæ illum vt filium animo materno amantißime & indulgentißime habituram. Hæc illa in aures Scotorum Regis inculcanda curauit ſtatuitque ne ille dubitaret, matrem, ipſa inconſulta, ſublatam fuiſſe, ſententiam contra Dauiſonum, omnium Delegatorum ſubſignationibus, imo & Magno Angliæ Sigillo teſtatam ad eum mittere; aliudq; itidem inſtrumentum vt magis placaret, Iudicum Angliæ chirographis ſubſignatum quo teſtarentur, ſententiam illam, eius in ſucceſſione iuri nihil officere, aut præiudicare poſſe.

Dracus ad Hiſpanum auertendū miſſus.

Quid ille præſtitit.

Dum Regem his & huiuſmodi rationib. leniter demulcet, vt bellum, quod ab Hiſpano imminere proſpexit, præuerteret, Dracum cum quatuor Nauibus Regiis, & aliis in Hiſpaniæ littora emiſit, ad Naues in portubus opprimendas, & apparatum intercipiendum, qui *Portum Gaditanum* ingreſſus ſex triremibus, quæ ſe obiecerant, ad propugnacula fugatis centum plus minus nauigia, in quib. plurimum bellici apparatus, & rei annonariæ, ſubmerſit, cepit aut ignibus abſumpſit; & inter eas *Galeonam* grandem, Marchionis S. *Crucis*, & alteram *Raguſinam* mercibus onuſtam. Inde ad * *Promontorium Sacrum* reuerſus, propugnacula tria oppugnauit, & deditione cepit, totaque ora piſcatorum nauiculis & retib. incenſis, *Caſcaletum* ad oſtium Tagi acceſſit,

* *Cabo S. Vincent.*

vbi

Digitized by Google

vbi Marchionem S. *Crucis* ad pugnam prouocauit, qui ne mouit quidem, ſed illum liberè per littora graſſari, & naues abripere, nullo prohibente, permiſit. Inde velis ad *Azoras Inſulas* verſis, forte fortuna in Onerariam ingentem, & admodum opulentam (*Caraquam* vocant) *S. Philippi* nomine inſignem, ex India Orientali redeuntem, incidit, eamq́ue facile expugnauit. Quod plebs nautica vtrinque ex nomine *Philippi*, Philippo Hiſpano male ominabatur. Ex hac breui expeditione, magnæ ſane vtilitates Anglis conſecutæ ſunt, quandoquidem Hiſpani tantam bellici apparatus iacturam paſſi, à conſilio Angliam hoc anno inuadendi neceſſario deſtiterint, & Angli immania illa nauigia inſtar caſtellorum, quæ anteà formidarunt, alacrius iam inde oppugnarunt; necnon Indicarum mercium opulentiam, negotiandiq; in Orientali illo orbe rationem, è mercatorum indicibus adeo plene perſpexerunt, vt quæſtuoſam eo nauigationem poſtea inſtituerint, inita mercatorum Indiæ Orientalis Societate.

M. D. LXXXV. I

Caraqua S. Philippi capta.

Vtilitates hinc conſequuta.

Eodem tempore in altera Orbis plaga, Tho. Cauendiſhus è Suffolcia, qui ante biennium ex Anglia cum tribus nauibus ſoluerat, *Fretum Magellanicum* prætervectus, in ora *Chili, Perua, & Noua Hiſpania*, plura Hiſpanorum oppidula incendit, XIX. naues onerarias, & inter eas Regiam nauem opulentiſſimam iuxta *Calliforniam* cepit & diripuit; per *Philippinas, Moluccas, Promontorium Bonæ Spei*, & *S. Helenæ Inſulam* domum hoc anno opima cum præda, & inſigni cum gloria rediit, vtiq, tertius à Magellano qui Orbem terrarum circumnauigauit. Si particularia deſideres, adeas Anglorum nauigationes tribus voluminibus à Richardo Hacluito diligentiſſime deſcriptas.

Indica Mercatorum Societas.

Cauendiſhus orbem circumnauigat.

Vt Dracus & Cauendiſhus hoc tempore illuſtrem cum laude famam, ita alij duo Angli, Guilielmus Stanleius, & Rovvlandus Y*orcus* ignominioſam proditionis infamiam ſibi compararunt. Y*orcus* ille Londinenſis, homo diſcincto ingenio & præcipiti audaciâ, ſuo tempore inter ſicarios celebris,

Stanleius & Yorcus proditores.

M. D. LXXXVII. celebris, quod feralem illam rationem in duellis punctim petendi, ſumma cum audaciæ admiratione primus in Angliam intulerit, cum Angli hactenus peltis armati, gladijs latioribus cæſim depugnarent, & vel punctim, vel infra cingulum ferire minime virile exiſtimarent. Hic neſcio qua iniuria à Leiceſtrio affectus, profugit, & aliquandiu inter Hiſpanos in Belgio meruit; tandemq; reconciliatus propugnaculo iuxta Zutphaniam præficiebatur. Sed inſolens cõtumeliæ animus, ſtatim de vindicta ita cogitauit, vt pretio corruptus, non ſolum locum hoſti tradiderit, ſed etiam Stanleium, qui ſingulari fide, & fortitudine in Hibernico bello meruerat; iteratis & iuratis aſſeuerationibus eum *coniurationis Babingtoniæ* manifeſtum ex cõiuratorum confeſſionibus teneri, & iamiam in Angliam ad patibulum abripiendum, in ſceleris ſocietatem pertraxerit; atq; perſuaſerit homini, vt Dauentriam, Vrbem munitam & opulentam, contra fidem Leiceſtrio & Ordinibus obſtrictam, Hiſpanis proderet. Sceleris autem magnitudine perſpecta, contra proditionis notam, ſe conſcientia ſolatus; quod locum à rebellibus detentum vero Domino reſtituerit, & ſumme Pontificius, mox Sacerdotes accerſiit ad legionem ſuam, quæ ex mille trecentis Anglis & Hibernicis conſtabat, in Pontificia Religione imbuendam, iactitando hanc fore *Seminariam militum legionem*, qui Romanã Religionem armis, vt *Seminarij Sacerdotes* ſcriptis, propugnarent. Et ad hanc quidem rem Alanus, paulo poſt Cardinalis factus, non ſolum Sacerdotes protinus miſit; ſed vna libellum edidit, quo ex Pij V. in Elizabetham *Bulla*, & proditionem laudauit; & ad eiuſmodi perfidiam alios excitauit, quaſi Reginæ excommunicatæ nec ſeruire, nec obſequi tenerentur. Sed vide quo exitu.

Quo ſucceſſu. Hiſpani Y*orcum* & Stanleium inter ſe committunt. Y*orcum* veneno tollunt & bona diripiunt; cadauer poſt tres annos ab Ordinibus effoſſum, & patibulo ſuſpenſum, computruit. Stanleium eiuſq; Legionem à Dauentria emouent;

Digitized by Google

mouent, huc illuc raptatam periculis obijciunt, adeoque negligunt, vt alij inedia miſere perierint, alij ſenſim diffugerint. Ipſe ſpe præmii in Hiſpaniam profectus, operam ad Hiberniam inuadẽdam obtulit; ſed nec pro honore, quem expectauit, acceptus, nec fides vlla habita. Hiſpanis enim diuerſum eſſe fertur, *Proditori honorem aliquem habere fas eſt, fidem nefas.* Seroque iam didicit ſeſe primum omnium prodidiſſe. M. D. LXXXVII.

Hæ proditiones magnam Leiceſtrio inuidiam apud Belgas Confœderatos conflarunt, quod proditores fuerint illi ex intimis; & Anglicæ etiam nationi, quam conuitiis gens linguæ liberioris inſectari non deſtitit, donec edictis coerceretur. Ordines vero longis ad Reginã literis Leiceſtrium reipub. male adminiſtratæ in re monetaria, militari, & mercatoria accuſant, & eius *Reſtrictioni*, & credulitati damna à proditoribus accepta imputant. Illa ad rem examinandam & componendam, & animos de pace cum Hiſpano tentandos, Thomam Sackuillum Baronem *Buckhurſtum*, in ſanctius conſilium Leiceſtrio abſente nuper adſcitũ, Norriſium, & Bartholomæum Clercum mittit, qui in hæc fideliter incubuerunt. Verum cum officioſa *Buckhurſti*, ſedulitas Leiceſtrio inſidioſa videretur, eius ira, & firmata apud Reginam gratia ita valuerunt, vt *Buckhurſtus* reuerſus plures menſes domi ſe continere iuberetur. *Ordines Leiceſtrium accuſant.*

Scluſa poſtea à Parmenſi obſeſſa, Leiceſtrius ad ſuppetias ferẽdas ex Anglia ab Ordinibus accitur. Eam furenter, ſeptendecim millibus, è maioribus tormentis, eiaculationibus impetitam, hiatuq́, magno aperto, Rogerus *Williams*, Franciſcus *Verus*, Nich. *Baskeruillus*, cum præſidiariis Wallonib. & Anglis, magna fortitudinis laude aliquandiu propugnarunt, & tandem neceſſario dediderunt, cum Leiceſtrius, qui opem laturus, hoſtibus impar, receſſiſſet. Nec ſane Ordines iuſtum exercitum præbere voluerunt, qui poteſtatem, quam illi verbis maximam detulerant, reuera ſibi reſeruarant. Nec ille dignatus, priuatis hominibus *Ad Scluſam liberandam euocant.* *Exagitant.*

M. D. LXXXVII nibus minoris notæ, ſub Ordinum nomine, ſubeſſe, qui eandem in ipſum Gubernatorem authoritatem, quam Carolus Quintus in ſuos Belgij gubernatores tenuerat, exercere contenderũt. Hinc ſimultates, imo inimicitiæ vtrinq; apertæ proruperunt; & ſane apertiores, poſtquam de pace cum Hiſpano verba ſemel feciſſet. A Pacis enim nomine, vt ſuis rationibus damnoſiſſimo, auribus, animoq; abhorruerunt. Ille autem, cum ſuam authoritatem indies euileſcere ſentiret, ad fraudes conuerſus, factiones in populo alere, Lugdunum aliaſq; vrbes in ſuam poteſtatẽ redigere ſtatuit. Sed hac ſpe cum quorũdam exitio excuſſus, grauiſſima offenſione concitata, in Angliam à Regina reuocatus, gubernatione ceſſit, liberamq; adminiſtrationem Prouinciarum Ordinibus reliquit, ab inuidis irriſus, *Excellentiaq;* titulo, quo primus Anglorum vſus erat, exploſo.

Ille eorum vrbes tentat. Reuocatur.

Excellentiæ titulus.

Symbola ſuis diſtribuit.

Diſcedens nonnullis, quos in factionem traxerat, Symbola auro fuſa occulte diſtribuit, in quorum altera parte ipſius effigies, in altera Grex, aliquot ouiculæ errantes, & Canis abiturus reſpectans. Iuxta hunc, *Inuitus deſero*, iuxta illas, *Non gregem, ſed ingratos.* Nec dubium, quin ille dominationem ſibi arripere cogitarit. Verum hæ gentes non ſolum contra Hiſpanorum vires, qui & auro & arte bellum gerere callent; ſed etiam contra Gallorum & Anglorum verſutias, ipſiuſque Auraſionenſis vulpinantis aſtutias, auitam libertatem, non tantum ſua ſolertia retinuerunt, ſed ſupra fidem, prono vicinorum fauore adauxerunt; & quod magis mirandum, cum cæteri bello exhauriantur, ſoli diteſcunt. Mauritius Naſſouius, Principis Auraſionenſis, ex Anna Saxonica, Mauritij illius Heroici Electoris filia, filius, annos viginti natus, in Leiceſtrij locum, *Vnitis & confœderatis Prouinciis* ab Ordinibus; & Peregrinus Baro *Willougbeius*, Anglorum in Belgio copiis à Regina præficitur, quibus factio Leiceſtrij multum faceſſit negotij. Præſidiarij enim *Getrudis Berga, Narda*, *Worcomii, Huesda, &* inprimis *Medenblica*, Anglis addicti, quaſi Reginæ obſequij

Mauritius Naſſouius ſubſtituitur.

Factio Leiceſtriana in Belgio.

Digitized by Google

obſequii fidem iurarant, tumultus concitarunt. Et Guilielmus Ruſſellus, *Fluſhingæ* Præfectus, pellectis in partes *Armuienſibus* & *Campuerenſibus*, Ordinibus diffidentiæ pleniſſimis ſuſpectus erat, quaſi, *Valachriam* inſulam in Anglorum poteſtatem redigere cogitaret, ſuſpicionemque auxit aduentus Admiralli Angliæ, qui, quamuis rem pacare ſtuduerit: illi tamen ſibi metuentes, diffidentiam minime celarunt, ſed & publice nummis ingenioſe ſignatis, cum duabus Ollis mari innatantibus (ex veteri Apologo) atq; inſcriptis, SI COLLIDIMVR, FRANGIMVR: & priuatim ad Reginam literis teſtati ſunt. Quæ illorum perſtudioſa, nec ſui negligens, pericula (claſſe Hiſpanica iam imminente) proſpexit, & *Willoughbeio* imperauit, vt tumultuãtes in Ordinum obſequium reduceret, quod cum Mauritio fœliciter præſtitit. *M. D. LXXXVII. Ruſſellus ſuſpectus.*

Leiceſtrius reuerſus, ſubodoratus criminationem in ſe comparatam à *Bukhurſto*, & cæteris, de re in Hollandia male adminiſtrata, & iudicio coram Conſiliariis ſiſtendum; priuatim ſe ſupplicem ad Reginæ pedes cum lachrimis abiecit, eiuſque fidem implorauit. Obteſtatus, *vt quem abeuntem cum honore emiſerat, redeuntem cum ignominia non exciperet. Quem humi iacentem extulerat, viuũ, videntemque non inhumaret.* Et huiuſmodi blandiloquentia offenſum Reginæ animum deliniuit, vt nobilis ira deferbuerit, & eum in priſtinam gratiam receperit. Adeo, vt cum poſtridie in iudicium vocaretur, ſuum inter Conſiliarios locum capeſſeret, nec ad menſæ caput de more procumberet; atque Secretarium capita accuſationis legere incipientem, interrumperet, conqueſtus, iniquius ſecum abſente actum, publica quæ habuit documenta priuatis *inſtructionibus* reſtringendo, & *facta* ad Reginæ iudicium *Appellatione*, totam criminationem, non ſine tacita aduerſariorum indagatione, eluſit. *Leiceſtrius aduerſariorum criminationes eludit.*

E vita hoc anno menſe Februario emigrauit Henricus Neuillus, Baro Abergeuennæ, pronepos Edwardi Neuilli

D. M. LXXXVII.

qui regnãte Henrico Sexto, hoc titulo potitus eſt iure vxoris filiæ vnicæ, & hæredis Richardi *de Bellocampo*, Comitis Wigorniæ, & Baronis Abergeuennæ. Quo iure, cum vnica filia huius Henrici, vxor Thomæ *Fani*, Equitis aurati, titulum Baroniſſæ Abergeuennæ vendicaret, lis orta eſt memorabilis, de titulo inter eam, & proximum hæredem maſculum, cui teſtamento, eodemque authoritate Parlamentaria confirmato, Caſtrum Abergeuennæ legatum erat.

Et Duciſſa Somerſetti.

Fatis iam etiam conceſſerunt, & vno quidem menſe Aprili, alii quatuor, magna inprimis apud nos celebritate; Anna Stanhopia Somerſetti Duciſſa, nonagenaria, quondam Edw. Seimori, Ducis Somerſetti, & Angliæ Protectoris vxor, quæ muliebri æmulatione cum Catharina *Parra*, Regis Henrici VIII. Regina *Dotaria*, de dignitatis prærogatiua tragœdias in Seimeria familia excitauit, perſuaſa à Dudleio Warwicenſi, dum ille perniciem huic præpotenti iam familiæ ſtrueret, ne illa Protectoris vxor, Reginæ Dotariæ, quæ Protectoris fratri enupta, ſyrma tolleret, aut locum cederet.

Et Radulphi Sadleiri.

Radulphus Sadleirus Ducatus Lancaſtriæ Cancellariæ, vir magnis & multis Reipub. negociis ſpectatus, & vltimus Angliæ *Banerettus*, qua dignitate in prælio Muſſelburgenſi fuit ornatus. Thomas Bromleius Angliæ Cancellarius, ſexagenario minor, Vir iuris prudentia inſignis. Et ſexto poſt die, qui illi ſucceſſor à Regina deſtinatus,

Et Comitis Rutlandiæ.

Edwardus Rutlandiæ Comes, ex *Maneriorum* familia tertius, iuris ſcientia, & omni politiori eruditione ornatiſſimus, vnica filiola Elizabetha relicta, quæ Guil. Cecilio Theſaurarii Burghlæi nepoti vxor. Chriſtophorus vero

Hattonus fit Cancellarius.

Hattonus, florentiſſima apud Principem gratia, ſuffectus erat ex Aula Cancellarius, quod iuris Anglici conſultiſſimi permoleſte tulerunt. Illi enim, ex quo Eccleſiaſtici de gradu deiecti, hunc Magiſtratum, ſummum togatæ dignitatis culmen, viris Eccleſiaſticis & Nobilibus plerunque olim delatum, magna cum æquitatis & prudentiæ laude geſſerant. Cæterum ille euectus erat Aulicis quorundam arti-

bus

Digitized by Google

bus, vt ex eius ab Aula abſentia, & difficili tanti Magiſtratus munere, cui imparem norunt, gratia apud Principem imminueretur. Splendidiſſime tamen omnium, quos vidimus, geſſit, & quod ex iuris ſcientia defuit, æquitate ſupplere ſtuduit. *M. D. LXXXVII.*

Ioannes Perottus hoc anno ex Hibernia reuocatus, Prouinciam Guilielmo *Fitz-Williams* tradidit pacatiſſimam, cũ ſuſpectos ad fidẽ, datis obſidibus, obſtringendam induxiſſet; idque quamprimum, ne ſi deliberarent, defeciſſe viderentur, ſuſpectiſſimos prouide interceptos in cuſtodiam dediſſet, & reliquos fidei in Principem hoc ambiguo tempore admonuiſſet, qui illi, ob amorem in gentem Hibernicam, lubentiſſime auſcultarunt. *Guil. Fitz-Williams iam quintum Hiberniæ Prorex.*

Hactenus (vt tantiſper exſpatier) Anglis bella in Hibernia ſatis erant facilia. Octingenti Pedites, & trecenti Equites inuictus habebatur exercitus. Randolphus cum ſexcentis Anglis, O-Nealum cum IIII M. Hibernicis, Colierus, Anno M. D. LXXI. cum ſua vna cohorte mille Hebridianos in Connachtia, Butleros cum numeroſa rebellium turba trecenti equites facile profligarunt, & duo peditum turmæ ſupra XX. Hibernicorum caſtella vno die expugnarunt, vt alia taceam. Verum poſtquam Perotti iuſſu aſſidue domi exerciti, armorum doctrina imbuti, & deſtinato ictu bombardulas diſplodere edocti, vt paratiores eſſent contra Hebridianos: & deinde Belgicis bellis innutriti muniendi rationes edidicerant; difficiliori ſane bello, vt videbimus, Anglos exercuerunt. *Hibernici belli difficultates vnde.*

M. D. LXXXVIII.

IAm ad annum Chriſti M.D.LXXXVIII. quẽ Regiomontanus Aſtronomus ante ſeculum, *Annum fore Mirabilem*, & Germani Chronologi *Mundi Climactericum* predixerunt, peruenimus. Rumores bellorum qui prius tenues, indies magis magiſq; increbuerunt, & iã non varia fama, ſed clara,

M. D. LXXXVIII.

Apparatus in Hiſpania contra Angliam.

& vna omnium voce perferebatur, claſſem inuictiſſimam in Hiſpania contra Angliam inſtrui, clariſſimoſque ſcientia militari duces, & veteranos ex Italia, Sicilia etiam, & America, in Hiſpaniam acciri.

Quo conſilio.

Pontifex enim Romanus, Religioſi quidam Hiſpani, & Angli nonnulli patria profugi, Hiſpanum ad conſilium debellandi Angliam, Luſitanico bello ante annos decem interruptum, iampridem reuocauerant; ſedulo hortati, quandoquidem Deus immenſis illum beneficiis cumulaſſet, Luſitania cū India Orientali, & plurimis opulētiſſimis inſulis imperio adiectis, vt ipſe aliquid viciſſim præſtaret quod Deo tantorum bonorum largitori gratum eſſet, & Catholici Regis Maieſtate digniſſimum. Nihil autem Deo gratius aut ipſo dignius eſſe, quam Dei Eccleſiam propagare.

Quibus de cauſis.

Hanc nec glorioſius, nec maiori cū merito propagari poſſe, quam Angliam debellando, & Catholicam Romanam Religionem, hæreſi profligata, replantando. Iuſtiſſimum hoc bellum futurum diſſeruerunt, non ſolum quod neceſſarium, ſed etiam, quod pro Chriſti Religione aſſerenda. Quandoquidem Regina Angliæ excommunicata, contumax in Eccleſiam Romanam perſiſtit, rebelles in Belgio fouet, Hiſpanos aſſiduis deprædationibus infeſtat, vrbes in Hiſpania, atque America intercipit, & diripit: atque nuperrime Scotorum Reginam, omnium Regum Maieſtate violata, è medio ſuſtulit. Nec minus vtile fore, quam iuſtum.

Itá enim ille Regna florentiſſima ad Imperium adiiciat, rebellionem Belgicam, quæ Anglica quaſi aura animatur, extinguat, nauigationes ex vtraque India ſecuras reddat, ſumptuſque annuos, ad deducendas & reducendas claſſes Indicas, minuat. Vt facile etiam probarent, ſuggeſſerunt claſſem Anglicam, nec numero, nec magnitudine, nec firmitate cum Hiſpanica (Luſitanica iam adiecta) eſſe conferendam; Angliam minime eſſe munitam, à ductoribus, militibus, equitatu, bellico apparatu, minus inſtructam, opibus & amicis nudam, plures paſſim eſſe per Regnum

Roma-

Digitized by Google

Romanæ Religioni addictos, qui auxilia illico adiungent. Denique tantas eſſe Hiſpani terra marique vires, tantam Hiſpanorum virtutem, vt nemo ſe opponere auderet; & certiſſimam victoriam fidentiſſime ſponderent. Ad hæc, opportunitatem iam diuinitus eſſe oblatam, cũ nec à Turca, pactis nuper inducijs, nec à Gallis, inteſtino nunc bello implicatis, ſit metuendum. Fidem etiam fecerunt, facilius eſſe Angliam, quam Belgium expugnare; quod nauigatio ex Hiſpania in Angliam ſit breuior & opportunior, per mare ſcilicet apertum; in Belgium longior, & difficilior, per mare magna ex parte concluſum, & Angliæ obiacens. Item quod Belgium ſit quaſi continuum propugnaculum, tot vrbibus & arcibus vbique munitum, Anglia vero nullis; vt facile ſit illis ſtatim in ipſa regni viſcera, non minus quam nuper in Luſitaniam, penetrare. Poſtremo ex Axiomate militari: *Hoſtem à tergo non relinquendum.* Anglos itaq;, hoſtes Hiſpanis acerrimos, ante omnia neceſſario expugnandos, quorum auxilijs Belgæ ſubnixi, tam diu belli molem ſuſtinuerant, & ſine quibus ſubſiſtere non poterunt. Adeo vt Anglia debellata, Belgium neceſſario ſubiugetur. *M. D. LXXXVIII.*

His ita conſtitutis, de ratione Angliam inuadendi ſerias inſtituunt deliberationes. Aluarus Baſſanus Marchio S. Crucis, cui ſummæ claſſis imperium delatum fuit, ante omnia cenſuit, portum aliquem in Hollandia aut Zelandia, à terreſtribus Parmenſis copijs, & aliquot nauibus Hiſpanicis præmiſſis, ex improuiſo occupandum; in quem Hiſpanica claſſis receptum haberet, & è quo inuaſionem opportune exordiretur, quandoquidem in mari Britannico turbido, ventis ſubinde mutantibus; & in quo æſtus inprimis ſunt obſeruandi, claſſis tuto conſiſtere non poſſit. Iuxtaq; cum illo ſenſit Parmenſis, qui hanc expeditionem maximopere vrgebat. Alij tamen hoc minime probarunt, vt difficile, periculi plenum, longi temporis, multæ operæ, magnæ expenſæ, incerti ſucceſſus; quodq; nec clam, nec *De inuadendi ratione deliberatio.*

M. D. LXXXVIII

ex improuiſo fieri poſſet, & facile ab Anglis impediretur. Hi putarunt, iiſdem expenſis Angliam poſſe facilius expugnari, certamq; & exploratam fore victoriam, ſi inſtructiſſimus ex Hiſpania & Belgio exercitus, valida claſſe ad Tamiſis oſtium exponatur, & Londinum vrbs primaria inopinato aſſultu opprimatur. Hoc facta facillimum viſum, ideoque protinus exequendum omnibus ſedit ſententia. Inter hos tamen, nonnulli bellum prius per fæcialem denunciandum cenſuerunt, callido, vt ipſis videbatur, conſilio, tum vt ſuſpicionem ex vicinorum Principum animis eximerent, tum vt Reginam exteros milites in auxiliũ vocare adigerent; ſpe concepta (quæ mercenariorum eſt inſolentia) eos tumultuoſius acturos, agroſque populaturos: & inde illam odium apud ſuos ſubituram, & omnia in Anglia fore confuſiſſima. Sed nec hi auditi apud homines virium fiducia ferocientes ſatiſque habuerunt, Pontifici Rom. & Catholicorum apud Deum, Sanctoſque interceſſionibus cauſam, claſſem & exercitum cõmendare; librumque typis in terrorem edere, in quo vniuerſus apparatus ſigillatim proponitur; qui ſane tantus per Hiſpaniam, Italiam, & Siciliam, vt ipſi Hiſpani obſtupeſcerent, & *Claſſem Inuincibilem* nominarent.

Claſſis inuincibilis.

Apparatus in Belgio.

Parmenſis quoque in Belgio, Hiſpani mandato, naues ædificat, & nauigia panda quamplurima, quorum ſingula, xxx. equis vehendis ſatis ampla, pontibus ad eadem adaptatis; nautas ex Orientali Germania conducit, trabes inferiori parte acuminatas ferroque munitas, & à latere falcatas; viginti millia vaſorum, immenſamque faſciculorum ligneorum ſtruem comparat, & in maritimis Flandriæ oppidis exercitum CIII cohortium peditum, & IIII CIↃ equitum collocat, inter quos ſeptingenti profugi Angli, qui omnium deſpicatiſſime habiti. Nec Stanleius qui præfuit, nec Weſtmorlandius, nec alij, qui operam & conſilium detulerunt, auditi: ſed pro impietate in patriam, omni aditu prohibiti, & tanquam peſſima auſpicia, merito, non ſine deteſta-

Proditores exoſi.

deteſtatione reiecti. Sixtus etiam Quintus Pont. Rom. ne deeſſe videretur, Alano Cardinali Anglo in Belgium miſſo, *Bullas Declaratorias Pii* v. *atque Gregorii* x i i. renouat, Reginam excommunicat, Regno abdicat, ſubditos ab omni fidelitate abſoluit, *Cruciatamq;* vt contra Turcas & infideles, typis publicat, qua omnibus adiutoribus plenarias ex Eccleſiæ theſauro elargitur indulgentias. Vnde huic militiæ nomina ſponte dederunt Marchio à *Burgavv*, è familia Auſtriaca, Dux Paſtranæ, Amadæus Sabaudus, Veſpaſianus Gonzaga, Ioannes Medices, & plurimi vndiquaque nobiles. *M. D. LXXXVIII* *Subſidium à Papa.*

Elizabetha contra, ne incauta opprimeretur, claſſem quantum poſſet maximam, & omnia ad bellum neceſſaria ſingulari ſtudio apparat. Et ipſa, quæ in ingenijs dignoſcendis iudicio acerrimo, & cum ſoluta ſibi fuerit eligendi optio, non de aliorum commendatione, ſemper fœliciſſima, ad ſingula munia optimos nominatim deſignauit. Vniuerſæ vero claſſi præfecit Carolum Hovvardum *Effinghamiũ*, Angliæ Thalaſſiarcham ſiue Admirallum. De cuius fœlicitate optime ſibi perſuaſerat, quem rei maritimæ gnarum prouidentia cautum, animo fortem, in agendo induſtriũ, & magna inter claſſiarios authoritate, tum ex moderatione, tum ex nobilitate nouerat. Eum ad Occiduas Angliæ partes tempeſtiue mittit, vbi Dracus, quem Subthalaſſiarcham conſtituit, ſe adiunxit. Henricum *Seimorum*, filium ſecundo-genitum Ducis Somerſetti, ad oram Belgicam cum x l nauibus Anglicis & Belgicis, ne qua Parmenſis cum ſuis copijs egrederetur, excubare iubet; etſi non deerant, qui hoſtem expectandum, & terreſtri prælio excipiendum ſummopere ſuaſerunt, iuxta ac deliberatum fuerat, regnante Henrico viii. cum Galli numeroſa claſſe Angliæ imminerent. *Apparatus in Anglia.* *Mari.*

Ad terreſtre bellum, per littora Auſtralia diſponuntur xx m, bellatorum, duo præterea exercitus, à delectu & diſciplina lectiſſimi, conſcribuntur, quorum alteri, qui conſta- *Et terra.*

Digitized by Google

M. D. LXXXVIII. bat ex Equitibus M. Peditibus XXII M. præfuit Leiceſtrius, caſtraq; ad Tilburiam, haud procul à Tamiſis oſtio, habuit: (hoſti enim certum conſtitutumque fuit Londinum primum aggredi;) alteri, qui conſtabat ex XXXIIII. millibus peditum & IIM. equitum, ad Reginam ſtipandam, præficitur Baro Hunsdonius.

De reſiſtendo conſultatio. Arthurus Baro Greius, Franciſcus *Knolles*, Ioannes Norriſius, Richardus Binghamus, Rogerus *VVilliams*, viri ex ordine Equeſtri, & militari ſcientia clariſſimi, ſeliguntur, qui de ratione belli terreſtris conſilia conferrent. His viſũ, vt loca hoſtili exſcenſioni, tam ex Hiſpania, quam Belgio opportuna, ſcilicet, *Portus Milfordicus*, *Falmoutha*, *Plimoutha*, *Portlandia*, *Vecta Inſula*, *Portſmoutha*, apertũ illud Cantij littus, quod *Dovvnes* vocamus, *Tamiſis oſtium*, *Harevvicus*, *Yarmoutha*, *Hullum*, *&c.* præſidijs, & operibus munirẽtur, milites exercitati per Prouincias maritimas, ad hæc defendẽda, ſigno dato, conuenirent, hoſtẽ exſcenſione, quãtis poſſent viribus, prohiberent. Sin exſcenſionem faceret, vaſtitatem agris longe lateq; inferrent, omnia quæ vſui eſſent corrumperent, ne alia, quam quæ humeris ferret, cibaria inueniret; aſſiduiſq; *ad arma* cõclamationibus noctu & interdiu ita hoſti inſiſterent, vt quietem non concederent. Belli vero aleam non tentarent, donec plures ductores cũ ſuis numeris conuenirent. E ductoribus autem vnum nominarunt, qui in ſingulis Comitatibus cum imperio præeſſet. Nec lubet ſigillatim referre, quas mediterraneas Prouincias huic & illi littori ſubſidio aſſignarunt, quos numeros, quæ arma, & quam pugnandi rationem præſcripſerũt.

Et de Pontificiis domi. Hac tempeſtate, cum nonnulli Reginæ ſæpius inculcarent, non tã Hiſpanos foras, quam Pontificios domi formidandos eſſe, Siquidem Hiſpanos nihil hoſtile in Angliã auſuros niſi fiducia auxilij ab ijs, ideoq; ad ſecuritatem *capita Pontificorum, quæſitis cauſis, demetenda*; prolato Henrici Octaui exemplo, cũ Imperator & Gallus, inſtigante Põtifice, in procinctu eſſent, ad Angliam inuadendam. Statim vt ille

ille Marchionem Exoniæ Baronem Montiſ-acuti, Edwar- M. D.
dũ Neuillum &alios, quos cœpto fauturos ſuſpicabatur, è LXXX
medio ſuſtuliſſet, expeditio ſuſcepta ſimul cecidit. Illa autẽ VIII.
hoc, vt crudele conſilium, auerſata, ſatis habuit, quoſdam Pontificiorum, nec illos quidem è primarijs ad *VVisbechã*, in paluſtri Regione, in cuſtodiam amandare. Et in omnes partes oculos animumq; intendens, Ordines minimè dormientes crebris literis excitat, Guil. *Fitz-VVilliams* Hiberniæ Proregem, quid faceret edocet. Scotorum Regem per ſuos in Scotia & nuntios commonefacit, vt ſibi à Pontificiis & Hiſpanica factione inprimis caueret. Ille autem non ignarus quanta tempeſtas & vaſtitas impenderent, pro perpetuo ſuo in veram Religionem & Reginam ſtudio, ſponte incitatus, iam antea Dumblanenſem Epiſcopum, à Pontifice Romano miſſum, audire recuſauerat, & fœdus inter Scotiæ Proteſtantes, ad reſiſtendum Hiſpanis, ineundum curauerat. Ipſeque in *Annandiam* cum exercitu profectus, Maxvvellium, nuper ex Hiſpania contra fidem datam in Scotiam reuerſum, Hiſpanoque ſtudentem, expugnatis caſtris, in carcerem coniecit, Hiſpanos hoſtium loco habendos declarauit, & contra eos arma magna alacritate expediuit.

Regis Scotorum contra Hiſp. alacritas.

Inter hos belli apparatus vtrinque maximos, nec pacis conſilia abiecta fuere. Ante biennium, cum Parmenſis ſecum perpendiſſet, quam difficile foret bellum Belgicum conficere, dum Reginæ ſubſidiis quotidie aleretur; per literas, opera Iacobi Crofti, à ſanctiori conſilio, pacis perquam ſtudioſi, Andreæ Loei Belgæ, & aliorum, ſedulo egerat, vt de pace tractaretur, vtique authoritatem ſibi ab Hiſpano eſſe delegatam. Illa verita ne ſubdole hoc ageret, vt amicitiam inter ipſam & Confœderatas Prouincias diſſueret, eaſque clandeſtino ad Hiſpanum pelliceret, rem aliquandiu diſtulit. Nunc.a. vt bellum vtrinq; imminens auerteretur, de pace, ſed armata manu, tractare conſtituit, nec Parmenſis quidem abnuit.

De pace interim colloquiũ.

M. D. LXXXVIII.

Menſe itaque Februario in Flandriam delegantur, Henricus Comes Derbiæ, Guiliel. Brookus Baro Cobhamus Iacobus Croftus Regiæ Cenſor, Valentinus Dalus, & Ioannes Rogerſius LL. Doctores. Qui omni humanitate Ducis nomine excepti, Dalum protinus ad eum miſerunt, vt de loco conueniendi conſuleret, & authoritatem ab Hiſpano delegatam cerneret. Ille locum conſtituit prope *Oſtendam*, non in ipſa *Oſtenda*, quæ contra Regem ab Anglis iam detenta; authoritatem autem delegatam, cum conueniret, monſtrandam promiſit. Optauit autem, vt rem maturarent, ne quid interea interueniret, quod pacis negotium interturbaret. Richardotus autem apertius dixit, *ſe neſcire, quid contra Angliam interea fieret.* Haud ita diu poſt, Rogerſius ad Principem, expreſſo Reginæ mandato, mittitur, vt certo ſciret, an conſilium inuadendi Angliam ſuſceptum fuerit, quod ille & Richardotꝰ modo innuere videbantur. Affirmauit ille, ſe de Anglia inuadenda ne cogitaſſe quidem cum rem maturato fieri optauerit, & Richardoto quodammodo ſuccenſuit, q̃ eiuſmodi verba ſibi excidiſſe negauit.

Anglorum propoſitiones, & ex altera parte reſponſa.

Die Aprilis XII. in tentorijs prope Oſtendam Comes Arenbergius, Champignius, Richardotus, Maeſius Doctor, & Garnierus, à Parmenſi delegati, cum Anglis conuenerunt, quibus dignitatis prærogatiuam, & incedendo, & ſedendo vltro detulerunt. Cumq; affirmaſſent, Ducem authoritate ad pacem tractandam ſatis munitum eſſe, Angli propoſuerunt inducias primo ineundas eſſe. Illi negarunt, vtique damnoſas Hiſpano futuras, qui numeroſum exercitum iam totos ſex menſes aluerat, ſi pax non conficeretur. Angli inſtabant, inducias illas priuſquam in Belgium aduenerant, promiſſas fuiſſe. Illi cõtra, inducias ante ſex menſes promiſſas fuiſſe agnoſcunt, ſed non admiſſas, nec Reginæ integrum eſſe, inducias pro Hollandis & Zelandis paciſci, qui quotidie hoſtilia moliuntur. Angli vrgent, vt induciæ ſint generales pro omnibus Reginæ territorijs, & Regno Scotiæ. Illi niſi pro quatuor Belgij oppidis in Reginæ

manibus,

Digitized by Google

manibus, viz. *Oſtenda, Flushinga, Berga ad Zomam*, *& Briela* concedere abnuunt, eaſq; durante tractatu, & dies viginti ſubſequentes, idq; eiuſmodi verbis, vt interea liceret REGINÆ ANGLIÆ Hiſpaniam, & Hiſpano Angliam ex Hiſpania & Belgio inuadere. Dum ita de inducijs & loco, qui tandem *Bourburgi* cōſtitutus, ꝓcraſtinatur, Croftus præ ſummo pacis ſtudio, Bruxellam, cæteris delegatis inconſultis, ꝓfectus, articulos quoſdam priuatim propoſuit, ꝙ Leiceſtrio criminante, carcere poſtea luit, licet illi ſane, reliquorum iudicio, non improbandi. Sed Delegatis circumſcripti limites non ſunt tranſiliendi. Demū, cum vt ab armis omni no abſtineretur, Angli extorquere, & Diploma, quo Parmenſi tractandi de pace authoritas cōceſſa, nulla ratione videre poſſent, hec ꝓpoſuerunt, *Vt fœdera antiqua inter Reges Angliæ & Duces Burgundiæ renouarentur & conſtabilirentur, vt Belgæ vniuerſi priuilegiis ſuis pleniſſime fruerentur, & libera conſcientia Deum colerent, vt Hiſpani & externi milites è Belgio ſubmouerentur, ne vel Belgæ, vel finitimæ regiones ab illis timerent. Quæ ſi concederentur, Reginā ad æquas conditiones de Belgii oppidis, quæ iam poßidet, deſcenſurā (vt conſtaret ſe non ſui commodi cauſa ſed neceſſariæ defenſionis, tam Belgarum, quam ſui ipſius arma ſūpſiſſe) dūmodo pecunia q̄ inde debetur, refunderetur.* Illi reſpondent, *In fœderibus antiquis renouandis nullam futuram difficultatem, quando amice de ijs inter ſe conferre placebit. Non eſſe cur exteri Principes de Belgarū priuilegijs ſint ſoliciti, quæ nō modo Prouinciis & Vrbibus reconciliatis, ſed etiam vi armorum reductis benigniſſime conceſſa fuere. Militem externum ex vrgente neceſsitate retineri, cum Hollandia, Anglia, & Gallia iam arma induerint. Quod ad oppida illa Regi erepta, & pecuniam expenſam, Hiſpanū poſſe poſtulare tot aureorū myriades ſibi à Regina rependi, quot ille in bellum Belgicum impendit, ex quo illa Belgas deficientes fouerit, & in tutelam ſuſceperit.*

Sub hoc tempus, Dalus, iuſſu Reginæ, ad Parmenſem profectus, leniter cum eo expoſtulat, de libello recens edito ab Alano Anglo Cardinale, quo nobiles populumque Anglicum

M. D. LXXXVIII.

Cum Parmenſe expoſtulatio.

M. D. LXXX VIII. Anglicum & Hibernicum adhortatur, vt ſe adiungerēt copijs Hiſpanicis ſub ductu Ducis Parmenſis, ad exequendam ſententiam Sixti Quinti Pontificis Romani in Reginam Angliæ *Bulla* iam promulgatam. Qua illa *hæretica*, *illegitima*, *crudelis in Mariam Scotorum Reginam*, *&c.* declaratur, ſubditiſque mandatur, vt Parmenſi contra ipſam auxilientur. (Et magnus profecto harum *Bullarum*, & libellorum numerus Antvverpiæ erat impreſſus, quæ per Angliam diſtraherentur.) Ille huiuſmodi libellum, aut *Bullam* ſe vidiſſe inficiatur, nec quicquam Pontificis Romani nomine ſuſceptu-rum, Regi tamen ſuo obtemperandum eſſe. Cæterum Angliæ Reginam ob Regias virtutes ita obſeruare, vt ſecundũ Regem, illi plurimum tribuat, & inſeruire cupiat. Se Regi perſuaſiſſe, vt ad hanc pacem tractandam deſcenderet, quæ magis è re ſit Anglis, quam Hiſpanis. Si enim hi victi, facile damnum reſarciant; ſin vos ſemel victi, inquit, Regnum ſimul amittitur. Cui *Dalus*, *Regina noſtra ad Regnum defendendum à viribus ſatis eſt inſtructa, nec vnius prælii fortuna Regnum facile expugnari poſſe ipſe pro prudentia diiudices; cum Hiſpanus auitum in Belgio patrimonium bello tam diuturno nondum recuperare valeat.* *Eſto*, inquit ille, *Hæc in manu Omnipotentis.*

Poſtea replicationibus mutuis Delegati decertarunt, & eandem quaſi telam retexuerunt. Cum Angli inſtarent, vt Religionis toleratio ad duos ſaltem annos *Prouinciis Confœderatis* concederetur, reſponſum eſt, *Vt Hiſpanus pro Anglis Catholicis hoc non petiit, ita ſperarunt Reginam, pro prudentia, nihil ab eo poſtulaturam, quod Hiſpani honori, iuriiurando, & conſcientia aduerſetur.* Pecuniam à Brabantiæ Ordinibus debitam efflagitantibus, reſpondent, *Rege, nec conſcio, nec authoritatem præbente, mutuo datam eſſe. Verum rationibus ſubductis quanta ea pecunia fuerit, & quantam Rex in hoc bellum impenderit; conſtare poſſe, cui plus rependi debeat.* Huiuſmodi reſponſis Anglos eluſerunt, donec ipſa claſſis Hiſpanica Angliæ oram accederet, & tormentorum tonitrua ex mari exaudirentur. Tunc enim commeatum à Parmenſi (qui interea omnes fere copias ad oram deduxerat) acceperunt, &

Colloquium abrumpitur.

ab

Digitized by Google

ab ipſius Delegatis ad limites, prope Caletum honorifice ſunt deducti. Ita in nihilum cecidit hic tractatus, à Regina, vt prudentiores iudicarunt, ſuſceptus, ad claſſem Hiſpanicam auertendam, ab Hiſpano continuatus, ad Angliam imparatam, nec opinantem, opprimendam: vt pelli Leoninæ Vulpinam aſſuere vtrinq; viderentur. *M. D. LXXXVIII.*

Claſſis illa Hiſpanica, viris, machinis, & omni apparatu, omnium, quas Oceanus vnquam vidit, longe inſtructiſſima, & arroganti nomine *Inuincibilis* dicta, conſtabat è CXXX nauibus, in quibus milites XIX MCCXC. nautæ VIII M CCCL. Remiges catenati II M LXXX. tormenta maiora II M DCXXX. Præerat cum ſummo Imperio Alphonſus *Perezius Guſmanus, Dux Medinæ Sidoniæ.* (Antonius enim Columna, Dux Paliani, & Marchio S. Crucis, quibus hoc Imperium deſtinatum, dum apparabatur, diem obierant) & ſub eo Ioanes Martinus Recaldus, in re nautica verſatiſſimus. Tertio Calendas Iunij è Tago ſoluit, dumq; curſum ad * *Corunnam* Galliciæ intendit, horrida tempeſtate tota erat diſiecta, tribus triremibus, *Dauidis Gvvini* mancipij Anglici opera, & remigum Turcicorũ perfidia, in Galliam abductis, & ægre poſt aliquot dies ad *Corunnam*, & ſtationes vicinas conuenit. Adeò afflictam fama perhibuit, vt Reginæ perſuaſiſſimum fuerit, claſſem illam hoc anno non expectandam, & Walſinghamus à Secretis ad Admirallum ſcripſerit, vt quatuor è maximis nauibus remitteret, quaſi bello iam confecto. Ille haud facile credidit, molliq; reſponſo, ne quid temere in re tanta crederetur, vtq; eas, vel proprijs impenſis retineret, rogauit. Et vento fauente vſus, Hiſpaniam verſus vela pandit, vt afflictas hoſtium naues in ſtationibus opprimeret. Cum nõ longe ab Hiſpaniæ ora abeſſet, ventus in Notum mutauit, & ille, qui iuſſus, vt Angliæ oram tueretur, veritus ne eodem vento illi inconſpecti in Angliam appellerent, *Plimouthams* rediit. *Hiſpanica claſſis.* *Oram ſoluit.* ** Groin.* *Diſſipatur.*

Eodem vento, XII. die Iulij ad rationem Anni Iuliani è *Corunna* ſoluit Dux Medinæ cũ vniuerſa claſſe; poſt vnum & alterum *Iterum ſoluit.*

M. D. LXXXVIII. &alterum diem, Rodericum Telium in Belgium præmittit, vt Parmenſem de claſſe adueniente edoceret, & quod in rem eſſet, admoneret. In mandatis enim habuit, vt ſe cum Parmenſis militibus, & nauibus cõiungeret, eoſq; ſub protectione ſuæ claſſis in Angliam deduceret, ſimulq; terreſtres copias ad Tamiſis Oſtium exponeret. Iam quid ſingulis diebus in hac nauigatione geſtum, tam ex Hiſpanorum, quam noſtrorum relatione fide digniſſima, vt veritas clarius eluceſcat, paucis perſtringam.

Die 16. magna fuit malacia, & denſa nebula mari incubuit ad meridiē vſque, inde Aquilo turbide ſpirauit; mox Zephyrus ad mediam noctem; & deinde Eurus: adeo vt claſſis Hiſpanica diſſipata difficulter recolligeretur, priuſquam in Angliæ conſpectum venerit die menſis vndeuiceſimo. Quo die Angliæ Admirallus à *Flemmingo* nauarcho certo edoctus, claſſem Hiſpanicā *Mare-Britannicum* (quod *Canalem* vulgus nautarum vocat) ingreſſam eſſe: conſpectamq; prope *Ocranum Promontorium*, (vulgo *the Lizard*) claſſem Anglicam, vento in portum grauiter incumbente, non ſine magna difficultate, ſumma ſane cum ſolertia, & mira claſſiariorum alacritate; ipſe gregarijs militibus & nautis opere helciatio immixtus, in altum eduxit. *Anglica claſſis ſoluit.*

Poſtridie Angli claſſem Hiſpanicam turribus, caſtellorum inſtar, ſublimem, lunata fronte, cornibus VII. plus minus milliaria extentam, quaſi ventorum labore, nec ſine Oceani gemitu tardius, etſi pleniſſimis velis nauigantem conſpiciunt, præteruehiq; lubenter ſinunt, vt à tergo vento ſecundo inſequerentur.

Viceſimo primo Iulij, Angliæ Admirallus, præmiſſa celoce *Defiance* dicta, bellum diſploſione denūtiauit, & mox *Prætoriam*, quā putauit, Hiſpanorum (ſed ea erat Alphonſi Læuæ) è ſua *Prætoria* (*Arcba Regia* dicta) primum crebra eiaculatione adortus eſt. Mox Dracus Hawkinſius, & Forbisherus in vltimum agmen, quod Recaldus regebat, detonuerunt, qui nihil non fecit, vt ſuos ad claſſem fugientes ſiſteret, *Prima pugna.*

ſiſteret, donec ipſius nauis multis ictibus diuerberata, & iam inutilis, in aciem ſe ægre reciperet. Quo tempore Dux Medinæ diſſipatam hinc inde claſſem collegit, & maioribus velis panſis curſum intendit. Nec aliud poterat, cum & ventus Anglis faueret, & eorum naues incredibili celeritate ad impetus faciendos, flexus, recurſuſque capiendos, in quamcunque partem ſe conuerterent. Iam duabus horis acriter pugnatum erat, nec viſum Admirallo Angliæ pugnam diutius continuare, cum XL. naues vix dum è portu eluctatæ, abeſſent. *M. D. LXXXVIII.* *Anglicarũ nauium habilitas.*

Nocte inſequente, *S. Catharina* nauis Hiſpanica, hac pugna admodum lacerata, in mediam aciem erat recepta vt reficeretur. Ingenſq; nauis Cantabrica *Oquendæ*, in qua Regius Quæſtor, vi tormentarij pulueris, à Belga tormentario male habito, de induſtria inflammati, deflagrare cœpit. Incendium tamen tempeſtiue extinctum à nauibus in auxilium ſubmiſſis, inter quas *Galeona* Petri Valdeſij, anteriori malo alterius nauis antennis implicata, & fracta; cum turbido mari, & nocte cæca nemo periclitanti ſubuenire poſſet, derelicta, Draco in prædam obuenit, qui Valdeſium ad *Dertmoutham* miſit, pecuniam militibus diripiendam reliquit. Ille lumen ea nocte præferre iuſſus neglexit, Germanicas mercatorum holcadas, hoſtes ratus, inſequutus, in cauſa fuit vt claſſis Anglica fere tota ſubſiſteret, cum nocturnum lumen nuſquam conſpiceretur. Nec ille & reliqua claſſis, priuſquam aduesperaſceret die ſequenti, Admirallum aſſecuti ſunt, qui tota nocte præcedente cum *Vrſo* & *Maria Roſa* [hæc nauium nomina] Hiſpanorum veſtigijs ſedulo inſtitit. Toto iſto die, Dux ſecurus in ſua claſſe ordinanda adlaborauit, Alphonſo Læuæ, vt primum agmen cum extremo coniungeret, mandauit, vnicuique naui ſuam ſtationem aſſignauit, ſecundum præſcriptam in Hiſpania formulam, extremo ſupplicio iis propoſito, qui ſtationem desererent; Glichum Vexilliferum ad Parmenſem miſit, qui doceret, quo ſtatu eſſet; & Cantabricã illam *Petrus Valdeſius captus.*

Oquenda

M. D. LXXXVIII.

Oquenda nauis capta.

Oquenda nauem, Regina pecunia, & vectoribus in alias naues translatis, fluctibus commiſit. Quæ, eodem die, cum quinquaginta plus minus nautis, & militibus miſerrime mutilatis & ſemiuſtis, in Anglorum manus deuenit, & in portum *Weymontham* deducta.

Pugna ſecunda.

Die menſis 13. primo diluculo, Hiſpani, Aquilone fauente vſi, vela vertunt in Anglos, qui quod in rem erat, Occidentem verſus naues facile conuertunt, & poſtquam de venti beneficio præripiendo decertatum, ad præliandum vtrinq; accingitur, varioq; Marte confuſe pugnatur; dum hinc Angli, naues Londinenſes ab Hiſpanis circumſeſſas, periculo animoſe eximerent, inde Hiſpani Recaldum periclitantem, non minus fortiter liberarent. Nunquam fuerunt maiores vtrinq; effulminationes, quæ tamē pleræq; ab Hiſpanis irritæ Anglos ſuperuolitarunt. Solus *Cockus* Anglus in ſua inter medios hoſtes nauicula, cum laude periijt. Anglorū enim naues multo minores mira in hoſtem agilitate inuectæ, diſploſione facta, ſtatim in altum auolarunt, atq; in prægrandes illas Hiſpanorum; quæ graues & ad omnia præpeditæ, certos ictus collinearunt. Nec viſum Angliæ Admirallo conſerte per harpagines aleam belli ſubire, quod nonnulli inconſiderati ſuaſerūt. Hoſtes enim iuſtum exercitum in claſſe habuerunt, ille nullum. Eorum naues erant numero longe plures, mole maiores, robore firmiores, ſtructura altiores; vt à deſuper propugnantibus è tabulatis, nihil niſi certum exitium inferius oppugnantibus immineret. Peruiditq; cladem multo magis ſibi obfuturam, quam victoriam profuturam. Victus enim Regnum Angliæ in vltimum diſcrimen adduxiſſet, victor, tantum gloriolam de claſſe ſuperata, & hoſte cæſo retuliſſet.

Admiralli prouidentia.

Die menſis 24. à pugna vtrinq; feriatum, Admirallus nonnulla minora nauigia ad vicina Angliæ littora miſit, ad bellici apparatus ſupplementum; & vniuerſam claſſem in quatuor * Phalanges diuiſit, quarum primæ ipſe præfuit, ſecundæ Dracum, tertiæ Hawkinſum, quartæ Forbisherum

* *Squadrons.*

rum

rum præfecit,& deſignauit quaſdam ex vnaquaque Phalange nauiculas, quæ ex diuerſis partibus nocte intempeſta impreſſionem facerent; ſed malacia interueniente, conſilium effectu caruit. M. D. LXXXVIII.

Die XXV. qui S.Iacobo ſacer *S. Anna*, *Galeona* Luſitanica, quæ cum cæteris curſum tenere non poterat, à minoribus nauigiis Anglicis impetita fuit.In cuius ſuppetias Lęua,& Didacus *elles Euriques* cum tribus *Galeaſſis* prodierunt, quas ipſe Admirallus, & Thomas Howardus in *Aureo Leone*, lembis helciario opere attracti (tanta erat maris malacia) vi tormentorum ita inceſſerunt, vt ægre, nec ſine iactura, *Galeonam* illam liberarint, & nullæ iam inde *Galeaſſæ* pugnam capeſſerent. Produnt Hiſpani, Anglos eodem die Hiſpanicam *Prætoriam* in extremo agmine collocatam, propius quam antea, maioribus tormentis diuerberaſſe, multiſque occ ſis, maiorem malum deturbaſſe; ſed Mexiam & Recaldum opportune Anglos repuliſſe. *Prætoriam* deinde Hiſpanicam comitatam Recaldo, & aliis. Anglicam *Prætoriam* oppugnaſſe; eam venti vertentis beneficio euaſiſſe; Hiſpanos iam inde inſequi deſtitiſſe, & curſum tenentes, iterum nuntium ad Parmeſem ablegaſſe, vt quamprimum claſſem ſuam cum Regia coniungeret, & ſimul pilas tormentarias mitteret. Hæc Anglos latuerunt, qui ſcribunt ſe vni Hiſpanicarum nauium lanternam, alteri noſtrum deterſiſſe & tertiæ multa damna intuliſſe. *Non-Pariglium* vero & *Mariam Roſam* aliquantiſper cũ Hiſpanis conflixiſſe, aliaſque naues *Triumpho* periclitanti ſubueniſſe. Ita in pugnarum ratione qui rebus gerendis adfuerunt, non eadem de iiſdem referunt; dum quiſque ex vtraque parte, quod ipſe obſeruauit, commemorat. *Pugna tertia.*

Poſtridie Admirallus Thomam Howardum, Baronem Sheffeildum, Rogerum Townſendum, Ioannem Hawkinſum, & Martinum Forbisherum, ob fortitudinem, Equeſtri dignitate ornauit. Deliberatumque iam inde hoſtem non adoriri, priuſquã ad * *Fretum Britannicum* peruenirent, *Equites creati.*

* *Straight of Calais.*

M. D. LXXXVIII. nirent, vbi Henricus *Seimorus*, & Guil. *Winterus* eorum aduentum præſtolabantur. Ita ſecundo Eteſiarum flatu (qui noſtro cœlo, à Libonoto ſereni plerumque ſpirant) Hiſpanica claſſis, Anglica ſubſequente, prouehitur. Tantum autem abfuit vt *inuincibili* nomine, aut terribili ſpectaculo oram maritimam terruerit, vt iuuentus Anglica incredibili quadam alacritate (parentibus, vxoribus, liberis, cognatis, & amicis, ex intima in patriam charitate, derelictis) nauigiis vndique priuatis impenſis conductis, ſe claſſi magno numero adiunxerit; & inter alios, Comites Oxoniæ, Northumberlandiæ, Cumberlandiæ, Thomas & Robertus Cecilii, H. Brookus, Carolus Bluntus, Walterus Raleghus, Guilielmus Hattonus, Robertus Carius. Ambroſius Willoughbeius, Thomas Gerardus, Arthurus Gorgæus, & alii clarioris notæ.

Nobiles vndiq; ſe claſſi adiungunt.

Hiſpanica claſſis ſubſiſtit.

Die XXVII. huius menſis ad veſperum, Hiſpani prope Caletum anchoras iecerunt, à naucleris moniti, ſi claſſis vlterius progrederetur, verendum ne vi æſtus in Septentrionalem Oceanum abriperetur; & iuxta eos in anchoris ſubſiſtit Admirallus cum ſuis intra maioris tormenti ictum, quibus *Seimorus* & Winterus ſuas naues adiungunt. Iam CXL. naues in claſſe Anglica numerabantur, habiles illæ quidem omnes ad præliandum, nauigandum, & quo velint circumagendum; nec tamen plures quam XV. erant, quæ quodammodo belli molem pertulerunt, & repulerunt. Hiſpani illico, vt ſæpius antea, crebrioribus nunciis Ducem Parmenſem vrgent, vt XL. *Fleibotas*, id eſt, *leuiora nauigiola* mitteret, ſine quibus commode cum Anglis confligere non poſſent, ob nimiam Hiſpanicarum nauium magnitudinem & tarditatem, & ſummam Anglicarum agilitatem; maioremque in modum rogant, vt mari ſe cum ſuo exercitu committeret, quem quaſi ſub alis, Hiſpanica claſſis (ita enim deliberatum erat) protegeret, donec in Anglia terram conſcenderet. Ille autem imparatus, ad nutum adeſſe non poterat, carinæ pandæ alueis planioribus,

Parmenſis arceſſitur.

Ille imparatus.

ribus,rimis fatiſcebant, res annonaria deerat, nautæ inuiti hactenus detenti,ſe ſubduxerant. Imminebant etiam portubus *Dunkerka*, & *Newporti*, vnde ſoluendum erat, naues bellicæ Hollandorum & Zelandorum maioribus tormentis,& ſclopetariis adeo inſtructæ, vt oram ſoluere non poſſet, niſi in perniciem ante oculos poſitam. ſe & ſuos ſciens & prudens coniiceret. Nec quicquam tamen omittere videbatur vir nauus & induſtrius, cupiditate Angliam debellandi inflammatus. *M. D. LXXXVIII*

At diligentiam eius, & ſpem credulam Hiſpanorum præuertit Elizabethæ prouidentia, cuius iuſſu, poſtridie quam Hiſpani anchoras fixerant, Admirallus naues octo ex viliotibus, igne Græco, pice, reſina illitas, ſulphure, varioq; ignis fomite repletas,ductu *Youngi* & *Prowſi*, vento ferente in Hiſpanicam claſſem nocte intempeſta immiſit. Quas, vt propius aduentantes Hiſpani conſpexerunt, toto mari flammis collucente, rati naues illas incendiarias, præter ignis periculum, exitialibus etiam machinis inſtructas fuiſſe; vlulabili quodam clamore ſublato, anchoras tollunt, rudentes diſſecant,vela expandunt, remos incitant, & terribili panico horrore perculſi, repentino impetu in fugam confuſiſſime proruunt. Inter quas, *Galeaſſa Prætoria* gubernaculo fracto, fluitans, dum die ſequente trepide Caletum petit, arenæ illiſa, ab Amia Preſtono, Tho. Gerardo, & Harueio ancipiti pugna occupatur, *Hugone Moncada* Præfecto occiſo, militibus & remigibus, vel aqua hauſtis, vel gladio peremptis, magna vi auri in prædam abrepta. Nauigium & tormenta Caleti Præfecto ceſſerunt. *Hiſpani territi confuſo fugiunt.* *Hugo Moncada occiditur.*

Perhibent Hiſpani, Ducem, cum incendiariæ illæ naues accederent, iuſſiſſe anchoras per vniuerſam claſſem tolli; ita tamen, vt periculo defunctæ, quæque nauis ad ſuam ſtationem rediret. Et ipſe ſane rediit, ſigno redeūdi diſploſione dato, quod tamen à paucis auditum, cum illæ vndique diſſipatæ, aliæ in apertum Oceanum, aliæ ad breuia in Flandriæ littore præ metu propellerentur.

Digitized by Google

M. D. LXXXVIII. *Pugna quarta.* Interea Dracus & Fennerus in Hiſpanicam claſſem, è regione Grauelingæ ſe colligentem, magno tormentorum fragore irruunt, quibus ſe protinus adiunxerunt Fentonus, Southweilus, Beeſtonus, Croſſus Rimanus, & ſtatim ipſe Admirallus Thomas Howardus & Sheffeildus. Dux, Læua, Oquenda, Recaldus, & cæteri è breuibus eluctati, impetum, quantum poſſent, ſuſtinuerunt adeo vt pleræq; ipſorum naues admodum eſſent laceratæ & perforatæ, *Galeona S. Matthæus*, cui præerat Diegus Pimentelius, ſuppetias Fran. Toletano in S. Philippo a latura, à Seimoro & Wintero crebris tormentorum ictibus quaſſata, iuxta *Oſtendam* adacta, & denuo à Zelandis tranſuerberata, à Fluſſingenſibus caperetur. Vt etiam altera illa *S. Matthæus*, claſſiſque Hiſpanica toto die grauiſſime afflicta.

Die vltimo menſis, primo mane Caurus inualuit & Hiſpanica claſſis, ſatagens ad *Freti* anguſtias redire, Zelandiam verſus propellitur. Angli inſequi deſtiterunt, vt Hiſpani credunt, quia in exitium pene abreptas viderant. Cauro enim ſpirante, non poterant non in arenas & breuia iuxta Zelandiam impingere. Sed Cauro in Africum mox commutato, vento obſecundarunt, & è breuibus liberati, veſperi conſultant quid faciendum: communibuſque ſuffragiis decretum, in Hiſpaniam per ſeptentrionalem Oceanum redire, quandoquidem plura neceſſaria, inprimis pilæ tormentariæ, deeſſent, naues laceræ, & ſpes nulla Parmenſem ſuam claſſem poſſe educere.

Hiſpani fugiunt. Itaque iam in altum euecti, in Septentriones curſum dirigunt, Anglica claſſe perſequente, cui per interualla nonnunquam proras obuerterunt. Cumque redituros pleriq; exiſtimarent, Regina maſculo animo exercitum & caſtra ad *Tilburiam* luſtrauit, & per diſpoſitas acies Ductoris bacillo puro in manu, nunc greſſu militari, nunc muliebri obequitans, incredibile quantum ductorum & militum animos præſentia, & alloquio firmauit. *Regina caſtra adit.*

Eodem die, quo poſtremo pugnatum, Parmenſis, poſtquam

Digitized by Google

quam vota *B. Mariæ Hallenſi* fecerat, ſerius Dunkerkam venit, Hiſpanorum opprobrijs exceptus, quaſi in gratiam Elizabethæ pulcherrimam rei gerendæ occaſionem volens corrupiſſet. Ille, vt non nihil ſatisfaceret, in rei annonariæ curatores animaduertit, Hiſpanorum inſolentiæ tacite illudens, cum gloriantes audiret, quocunq; ſe inferrent, victoriam ſecum haud dubiam trahere, Anglos ne vultum quidem ipſorum, aut aciem oculorum ferre potuiſſe. Et triumphum ſane ante victoriam, editis libris Bernardinus Mendoza, vane & mendaciter in Gallia cecinit. Ne tamen Parmenſis è Dunkirka prodiret, Admirallus Seimorum, & Hollandos ad Flandriæ oram excubare iuſſit, ipſe Hiſpanos à tergo inſequutus eſt, donec *Bodotriam* Scotiæ (*Eden borrough Frith* hodie vocant) præteruecti eſſent. Subuerebantur enim nonnulli, ne ad Scotorum Regem, ob matris cædem iam infenſum, ſe reciperent. Certe Aſhbeius Reginæ in Scotia Legatus, vt eius animum leniret, luculentas hoc menſe illi obtulit conditiones, ſcilicet, titulum *Ducatus* in Anglia, annuam VM. librarum penſionem, ſtipatorum cohortem Reginæ ſumptu alendam, & alia; an ex ſuo ingenio, vel aliorum mandato, non facile dixero, nec rimari placet; culpa in illo reſedit, & conditiones nunquam impletæ.

M. D. LXXXVIII

Scotorum Regi conditiones oblatæ.

Hiſpani autem omni redeundi ſpe iam abiecta, non aliunde quam fuga ſaluti conſulentes, nuſquam ſtiterunt. Et ita claſſis toto triennio immenſis ſumptibus apparata, intra menſem ſæpe impugnata, & demum multis occiſis fugata, ex Anglis ne centum quidem deſideratis, nec nauicula, præter illam Cocki, amiſſa, (eiaculationes enim omnes ex altiſſimis Hiſpanicis nauibus Anglicas ſupeivolarunt) vniuerſam Britanniam per Scotiam, Orcades, & Hiberniam circumuecta, tempeſtatibus, naufragiis, & miſerijs omnibus grauiſſime conflictata, plurimumque acciſa, domum ingloria redijt. Vnde ſignata Numiſmata, alia, in rei memoriam, cum claſſe paſſis velis fugiente, & inſcriptione

Digitized by Google

M. D. LXXXVIII

Nummi in victoriæ memoriam.

Hiſpanorum miſeria.

VENIT, VIDIT, FVGIT. Alia in Reginæ honorem, cum incendiatijs nauibus & claſſe confuſa, inſcripta DVX FOEMINA FACTI. Interfugiendum certum eſt, plures naues in Hiberniæ & Scotiæ littoribus perijſſe, & ſupra ſeptingentos milites & nautas in Scotiam eiectos fuiſſe; qui intercedente apud Scotorum Regem Parmenſe, & Regina permittente, poſt annum in Belgium tranſmiſſi. At inclementius cum miſeris illis actum qui in Hiberniam tempeſtatibus adacti. Alij enim à ſylueſtribus Hibernicis occiſi, alij Proregis mandato. Ille enim, dum timeret, ne cum rebellibus Hibernicis ſe coniungerēt, & Binghamus Connacthiæ Præfectus, ſemel atque iterum iuſſus in dedititios ſæuire, abnuiſſet; *Fovvlum* Promareſcallum miſit, qui latitantes extraxit, & ducentos plus minus obtruncauit; quod vt ſæuitia plenum, Regina ex animo damnauit. Hinc reliqui perterriti, morbidi, & famelici, laceris nauigijs ſe mari commiſerunt, & plures fluctibus abſorpti.

Quibus cauſis cladem aſſignarunt.

Hiſpani reduces, hanc infœlicitatem Parmenſis incuriæ, & obſequioſæ ſuæ ipſorum prudentiæ imputarunt, qui mandatorum Religionem violare nefas exiſtimarunt. Illis etenim ſtrictiſſime mandatis imperatum erat, ne quid tentarent, priuſquam Parmenſis ſuas copias adiungeret, & nihil ipſorum iudicio, pro occaſione relictum. Alias, iactitarunt, ſe claſſem Anglicam facilime in portu opprimere potuiſſe. Et acriter diſputarunt virimilitares, an mandatis religioſe obtemperandum, quæcunque acciderint, ne obſequio neglecto, conuellatur Imperium. An ex neceſſitate mandata corrigant, & ad præſentem vſum pro re nata accommodent, ne occaſiones & rerum gerendarum momenta amittantur.

Quomodo Hiſpanus tulit.

Hiſpanus ipſe cladem acceptam, vt à Deo, compoſito animo tulit, Deoque & Sanctis; quod non triſtior fuerit, gratias egit, & per Hiſpanam agi iuſſit: afflictoſque milites & nautas ſubleuando, miſericordiam adhibuit ſingularem.

Eliza-

Elizabetha ſimiliter ſupplicationem & gratiarum actionem per omnes Angliæ Eccleſias decreuit, ipſaque quaſi triumphum agens, cum ſpectatiſſimo nobilium agmine per plateas Londini, cæruleo panno veſtitas, & ciuium ſocietates cum ſuis *Banneriis*, pulcherrimo ſpectaculo, vtrinque adſtantes, pilento bijugi (nec quadrijuga adhuc Principibus in vſu, vt hodie priuatis) Templum Paulinum adijt (vbi vexilla hoſti rapta propoſita) gratias diuino numini demiſſiſſime egit, & concioni, qua Deo ſoli gloria relata, interfuit. Admirallo quoſdam reditus, ob operam tã fœliciter nauatam, aſſignauit, eum, & nauium Præfectos, vt patriæ conſeruãdæ natos, ſubinde laudauit. Cæteros nominatim, quoties vidit, vt præclare meritos gratanter ſalutauit, (quod inſtar præmij illi habuerunt) ſaucios atq; egentiores penſionibus honeſtis remunerauit. Eruditi vero domi foriſq; animis lætitia prægeſtientibus victoriæ congratulantes TRIVMPHALIA omnibus linguis cecinerunt. M. D. LXXXVIII *Elizabetha Deo gratias agit.* *Claſsiarios laudat.*

Lætitiam hanc publicam adauxit Robertus Sidneius, qui è Scotia reuerſus, certo ſignificauit, Scotorum Regem Reginæ amicitiam conſtantiſſime amplecti, Religionem veram ſyncere colere, eandemq; propugnaturum. Ille ad eum miſſus erat, dum Hiſpanica claſſis adhuc Britanniæ immineret, vt eius erga Reginam beneuolentiam gratulando, gratiaſque agendo agnoſceret, alacritatem ad communem cauſam defendendam laudaret, & opem viciſſim promitteret, ſi Hiſpani in Scotia excenſionẽ facerent. Præterea, vt in memoriam reuocaret, quam ambitioſe Hiſpanus vniuerſæ Britanniæ inhiaret, vrgendo Pont. Rom. ad eũ excõmunicandum, quo & Regno Scotiæ exueret, & ſucceſſione in Anglia excluderet; necnõ vt ſubmoneret, cuiuſmodi minas Mẽdoza & *Nuntius Pontificius* in eũ ſpirarant; ideoq; ſibi à Scotis Pontificijs prouide cauendũ. Quo tempore, vt obiter adnotem, Rex facete dixit, *Se non aliud ab Hiſpano beneficium expectare, quam quod Vlyſſi Polyphemus promiſerat ſcilicet, vt cæteris deuoratis, poſtremus deglutiretur.* *Publica lætitia è Scotia aucta.* *Facetum Regis dictum*

Digitized by Google

M. D. LXXXVIII. Nec lætitiam imminuit mors Leiceſtrij (etſi Regina per moleſtiſſime tulit) qui ſub hoc tempus in itinere ad Killingvvortham ex febre continua quarto die Septembris expirauit. Filius ille erat quintus Ioannis Ducis Northumbriæ, Edvvardo Sexto ab interiori cubiculo, ſub Maria, quæ eum, fratres, & ſorores natalibus reſtituit, Machinarum Anglicarum in obſidione S. Quintini Præfectus: Elizabethæ, cui ob animorum coniunctionem, eamque fortaſſe, ex occulta ſyderum conſpiratione, (quam Synaſtriam Aſtrologi Græci vocant) longe chariſſimus. Præfectus equorum, in S. Georgij, & S. Michaelis Ordines cooptatus, *A Sacris Conſiliis, Regiæ Seneſchallus, Academiæ Oxonienſis Cancellarius, Forreſtarum citra Trentam fl. Iuſtitiarius, Locum-tenens & Capitaneus Generalis Anglicarum in Belgio copiarum, Gubernator & Capitaneus Generalis vnitarum in Belgio Prouinciarum*, & hoc anno *Generalis Exercitus Anglorum* contra Hiſpanos. Quique iam in vitæ exitu, nouam honoris & potentiæ ſpem inchoauit, de ſummo in Angliæ, & Hiberniæ Imperio, vicaria ſub Regina poteſtate. Quod quidē, Diplomate iam ſcripto, conſequutus erat, niſi Burghleius & Hattonus interceſſiſſent, & Regina, periculum nimiæ in vno potentiæ, tempeſtiue præuidiſſet. Aulicus habebatur omnibus numeris abſolutus, lautus, & largus, viris militaribus, & ſtudioſis beneficus, tempori & ſuo commodo inſeruire gnarus; ingenio obſequioſo, in æmulos inſidioſo, aliquandiu mulieroſus, demum ſupra modum vxorius. Cæterum, dum inuidioſam potentiam ſolidæ virtuti antepoſuit, obtrectatores amplam conuitiandi materiam arripuerunt, qui, cum maxime floreret, libellis famoſis, non ſine mendaciunculis, contumelioſe proſciderunt. Vt ſemel dicam, palam inter laudandos cenſebatur, arcana apud pleroſq; male audiebant. Cum autem in ære Reginæ eſſet, bona auctione diuendita. Nec illa, cætera facilis, ærario debita vix vnquam remiſit.

Eius honores.

Bona diuendita.

Parmenſis Bergam ad Zomam obſidet.

Parmenſis iam Conſilij Angliam inuadendi irritus, vt

cum

çum numeroſo tamen illo exercitu, in Angliam parato aliquam de Anglis gloriam reportaret, & ſimul viam in Zelandiam aperiret, Brabantiamque incurſionibus liberaret; *Bergam ad Zomam fl.* Brabantiæ oppidum, loci ingenio & propugnaculis circumpoſitis munitum, in quo præſidiarij plerique omnes erant Angli, obſidet. Sed vanus etiam hic fuit conatus prouidentia Baronis *VVilloughbei*, & virtute præſidiariorum. Etenim, licet obſidione feruente, diſcordia inter eos efferueſceret, dum alij Guil. *Drurio*, quē *VVilloughbeius* Anglorum *Generalis*, alij Morgano, quem Regina ſuis literis loco præfecit, fauerent: nihilominus ſinguli in commune conſulentes ſtrenue ſe geſſerunt. Eruptionibus vero & aſtu militari ita hoſtes exercuerunt, vt quadringentis, quos *Grimſtonus*, & *Redheadus*, ſe transfugas ſimulantes, multa pollicitando, proteſtando, & deierando, in propugnaculum illexerant cæſis captis aut ſubmerſis: Parmenſis omni ſpe portus occludendi, & oppidi potiundi excuſſus hyeme ingruente, & annona deficiente, obſidionem poſt duos menſes ſoluerit. *VVilloughbeius* autem, vt militarem virtutem præmio decoraret Franciſcum *Verum*, qui iam inclareſcere cœpit, Tho. *Knolles*, N. Parkerum, & I. Polium, ob fortitudinem, dignitate Equeſtri merito ornauit.

M. D. LXXXVIII

Obſidionem ſoluit

Vt externo bello, ita etiam interno ſchiſmate hoc tempor elaborauit Anglia, (Schiſmatica enim prauitas ſemper bello ardente maxime luxuriat.) Nec certe contumax in Eccleſiaſticos Magiſtratus impudentia, & contumelioſa improbitas inſolentius alias ſe exeruit. Etenim cum Regina, quæ *Semper eadem*, nouatores in Religione audire noluerit, quos Eccleſiaſticæ admirationis, & *Regiæ Prærogatiuæ* neruos ſucciſuros exiſtimauit; nonnulli ex ijs, qui Geneuenſis Eccleſiæ *Diſciplinam* vnice admirabantur, non aliam rationem conſtituendi eandem in Anglia excogitari poſſe putarunt quam Anglicam Hierarchiam inſectando, & Præſulibus inuidiam apud populum conflando. Hi itaque & in Hierarchiam, & in Præſules probroſis editis libellis quib. tituli

Nouatorũ inſolentia.

Digitized by Google

M. D. LXXX VIII. erant *Martinus* * *Præſulibus exitioſus, vel Præſulo-Maſtix, Mineralia, Diotrephes, Demonſtratio Diſciplinæ, &c.* calumnijs & conuitiis virulentiſſimis adeo ſcurriliter debacchati ſunt, vt authores, non pietatis cultores, ſed è popina ganeones viderentur. Authores tamen erant, *Penrius* & *Udallus*, Verbi Miniſtri; & Iobus Throcmortonus, vir doctus & facete dicax. Fautores Richardus Knightleius, & Wigſtonus, Equites aurati, viri alioquin boni, graues & prudentes, (ſed à quibuſdam Miniſtris ſibi ſapientibus circumuenti) qui crimen graui mulcta in *Camera Stellata* irrogata luiſſent, niſi Archiepiſcopus Cantuarienſis, qua fuit ille lenitate, Reginam ægre exoraſſet.

* *Marr-Prelat.*

Dum hi, inquam, calumniando viam ad illam *Diſciplinã* præſternerent, alij conſilii participes eandem per Angulos, ſpreta legum authoritate, exercere cœperunt, Synodos atque *Claſſes* certis locis habendo, & Presbyteria inſtituendo. Eoq; nomine in iudicium vocati erant Thomas *Cartvvrightus*, Edmundus *Snapus*, Andreas *Kingus*, *Proudlous*, *Painus*, & alii Verbi Miniſtri; ad quos è Magiſtratuum manu liberandos præferuidi qiudam conſpirarunt. Sed quanta fuerit horum petulantia, quam Archiepiſcopus ſua prudentia & patientia fregit, Eccleſiaſtico Hiſtorico, cuius intereſt relinquo.

Initium magnæ rebellionis in Hibernia.

Difflata iam erat tempeſtas illa, quæ tam minaciter ex Hiſpania intonuit, turbines tamen, quaſi eiuſdem reliquiæ, in Hibernia & Scotia eruperunt, & procella grauior ex Anglia Hiſpaniam perculit, vt poſtea dicemus. In Hibernia.n. dum Guilielmus *Fitz-VVilliams* Prorex, Hiſpanorum bona naufragijs eiecta indagat, & rigide exigit, eoque nomine, nonnullos vt Hiſpanorum fautores incarcerat; inter alia, turbulentis motibus, qui poſtea proruperunt, occaſio & data, & arrepta fuit.

Legatio in Daniam.

Daniel *Rogerſius*, qui in Daniam iampridem miſſus, ad condolendum Frederici II. morti, & priſtinam amicitiam cum filio ſucceſſore confirmandam, cum Regni curatorib. egit,

Digitized by Google

egit, Ne Dani contra Reginam Angliæ hoſtibus militarent, Ne *arreſtationes* nauium ob priuatorum delicta, in *Freto Danico*, ſiue *Sundenſi* concederentur, Ne piſcatio Iſlandica, cuius libertas ſingulo ſeptennio ex antiquo fœdere renouanda, nouis artibus interciperetur, Telonium in *Freto illo* ab Anglis non ſolueretur, niſi in reditu è mari Baltico; idque pecunia per Daniam vſitata, Ne Proprietarij luerent pœnas fraudium à Nauarchis committendarum, vt inuolucra pannorum libera eſſent à ſolutione vectigalium, & Telonium, Laſtgelt vocatum, Anglis remitteretur. Verum ob minorem Regis ætatem, hæc in aliud tempus reijciuntur. Dani enim paulo iniquiores erant Anglis, quod non iam per *Fretum* illud *Danicum*, ſed per Norvvegiæ, Finmarchiæ, Lappię, Scricfiniæ, Biarmiæque littora in Ruſſiam nauigarent. Ad *Boris Theodorides*, qui Theodoro Ioannidi, ſub principium huius anni defuncto, ſucceſſor in Ruſſiæ imperio electus, nullum Anglos iuuandi, leuandique locum prætermiſit, Reginæ amicitiam conciliare omnibus officijs ſedulo enixus.

M. D. LXXXVIII.

Ruſſi in Anglos fauor.

**
*

INDEX

INDEX.

A

A Succeſſore deſignato pericula. 122.
Abbas Martinegus. 84.
Abdal-Meleckus. 300
Abergeuennius Baro. 436. obit. 497.
Abbeuilla 82
Abingtonus. 26.
Academia Cantabrigenſis. 107
Academia Oxonienſis. 119
Achinus. 314
Adamus Smircoritus. 114.
Adolphus Dux Holſatiæ. 71.
Adolphus Merkercus. 288.
Adrianus Pointingus. 93.
Adrianus Stokes. 103.
Æris vena reperta. 86.
Agnus Mac-Conell. 370.
Aimouth. 69. 82.
A Laſco. 363
Albanus Dux. 65. 105. 163. 181. 243. 261. e Belgio reuocatur. 261.
Albericus Darcius. 99.
Albertus Gondius. 253. 256.
Albion Noua. 326.
Alencuſius Marchio. 61. 65.
Aldegondius. 342.
Alenconius. 248. 255. 266. & ſeq.
Angliam inuiſere cogitat. 266. 293. 295.
Alexander Areskinus. 256.
Alexander Briantus. 346.
Alexander Carrogh. 402.
Alexander Cosbeius. 293.
Alexandrinus Cardinalis 146.
Alexander Farneſius, vide Parmenſis.
Alexander Gordonius. 203.
Alexander Humius. 333.
Aloſtum proditum. 162.
Alphonſus Leua. 511.
Alphonſus Periſius Guſmanus. 105. 150. 509. vide Medinæ Dux.
Altercatio inter Scotos. 210.
Aluarus à Quadra. 96.
Aluarus Baſſanus. 500.
Amadis Oriana. 168.
Amadaus Sabaudiæ Dux. 503.
Ambroſius Caue. 34.
Ambroſius VVilloughbeius. 420.

Ambletum.

Ambletum. 62
Amias Preſtonus. 492
Amicius Povvlettus. 384.416.454
Amneſtia. 398
Anna Bolena nata. 3. Regina. 17. & ſeq. obtruncata. 19
Anna Cliuenſis Regina. 20
Anagramma. 384
Andinus Dux. 150. Ambit Elizabetham, ibid. 163. 176. 214. 255. In Angliam venit. 302. 338. Pericula ex eius nuptiis. 303. Commoda ibid. in Belgium nauigat. 348. Obit. 385
Andreas Gregoriuitzius. 171
Andreas Iuddus. 144
Andreas Kingus. 498
Anglia Eccleſiæ Romanæ reconciliata. 27
Angliam inuadendi conſilium. 298
Anglia Libripens in Europa. 290
Anglicarum nauium habilitas. 511
Angli in Belgio militant. 244. 294
Angli in Scotiam miſſi. 63
Angli in Hungaria. 119
Angli in Hiſpania, & Belgio duriter habiti. 105
Angli fuſi. 113. In Hollandia. 270
Angli è Belgio emoti. 272
Anglorum libertas in Ruſsia. 170
Angli milites. 243
Anglorum querelæ ad Danum. 350
Angli ſacrilegi. 316. Deficiunt. 349
Anguſius. 193. 337. 371. 378
Animaduerſio in Catholicos. 340
Anniuerſarium Regni Elizabethæ. 205.
An mandatis in bello obſequendum. 464.
Anto. Borbonius 90
Anto. Brovvnus. ibid.
Anto. Cocus obit. 284
Anto. Columna. 509
Ant. Forteſcuus. 89
Ant. Huſcius. 144
Ant. Ienkenſonius. 145. 172
Anton. Luſitanus in Angliam venit. 318
Antvverpia 142. Diripitur. 280
Apparatus in Hiſpania contra Angliam. 400 In Belgio. 502. In Anglia, 503.
Aquilanus Epiſcopus. 97. Obit. 102.
Araniæ Comes. 70. 128. 110. 277. 350. 382. 396.
Arbrothius. 247. 398
Archantus. 214
Archibaldus Douglaſsius. 336
Ardernius. 367
Arenbergius Comes. 506
Argathelia Comitiſſa. 130. Comes 132. 136, 191 202. 209. 296.
Armigillus VVaadus. 36
Articuli de coniugio Eliz. cum Carolo Auſtr. 143
Arthurus Baro Greius. 68. 69. 312 Hiberniæ Prorex. 312. 504
Arthurus Carterus. 307
Arthurus Coſſæus. 267. 338
Arthurus Gorgæus. 490

Digitized by Google

Arthurus Gregorius. 429
Arundelliæ Comes Henricus. 34. 43. 72. 118. 160. 162. 168. 174. 175. 179. Obit. 330. Philippus, ibid. 338. Fugam cogitat. 392. Mulctatur. 416
Arundell de Wardour. 365
Ashbeius. 516
Ashtonus. 31
Aſſaphenſis Epiſcopus. 53
Aſſociatio. 380. Sancitur. 391
Aſſonuilus. 106
Aſtronus. 410
Aſtracana. 172
Atholiæ Comes. 136. 158. 256. 296.
Atſlous Medicus. 261
Aubignius. 303. & ſeq.
Audleius. 313. 411
Aumalius. 84
Auraſionenſis Princeps. 244. 272. 294. occiditur. 386
Auſtriacus nuptias cum Scota ambit. 286. Diſſimulatio. 278. Obit. 295.
Authoritas Regia in Eccleſiaſticis explicata. 56
Axela capitur. 414

B.

Bacheruilius. 295
Bainus Epiſcopus. 43. 53
Ballardus. 424. 426. 434
Baltinglaſſus Vicecomes. 285
Baniſterus. 218. 232
Barbarica Mercatorum Societas. 410
Barhamus. 229. 234. 291
Barkerus. 211. 212. 217
Barones creandi forma. 207. Eorum dignitas, ibid. Creati. 235. Euocati ibid.
Barneius morte affectus. 234. 348
Barnevvellus. 427. 431. 434
Barth. Clericus. 495
Baſſettus. 411
Bathoniæ Comes. 88
Bealus. 279. 357. 378. 479
Bedfordiæ Comes. 34. 78. 110. 115. 125. 131. 227. 410.
Beeſtonus. 516
Belleuri pro Scota rationes. 445. Reſponſa.
Bellendenus. 394. 307
Belgæ portubus Angliæ prohibiti. 263. 272. ad fidem Gallorũ confugiunt. ibid. De Protectore deliberant. 273 Ad Anglam confugiunt. 274
Belgici belli initium. 165
Bellus. 121
Benſonus. 149
Berga ad Zomam obſidetur. 520
Berghanus Comes. 272
Bernardus Briſonius. 338
Bernardinus Mendoza. 329. 375.
Bertrandus Salignacus. 338. vide Motta-Fenellonus.
Bervvicum munitum. 86
Betonius Cardinalis. 108
Bexius. 342
Bushoppus. 337
Bodellanus. 418
Bodotria. 116

Bodleius

Bodleius. 325
Boidus Baro. 153.156.180.361.419
Boiſchotus. 271
Bolenorum Genealogia. 12
Bombardula in Reginæ phaſelum exonerata. 302
*Bononia capta.*21. *Gallis reddita.* 22
Boris Theodorides Imper. Ruſsia. 522
*Bothvvellius.*128.*&* *ſeq.* *Orcadũ Dux creatus.* 133. *&* *ſeq.*158.159.336. 397.119.
Bovves. 358
Brianus Mac-Phelim. 264. *&* *ſeq.*
Brianus Rori. 266
Brickvvellus. 192
Brimingbamus. 400
Briquemotius. 98
Bromfeldus. 99
Broſsius. 60
Brovvniſta. 367
Brovvnus. 217.237
Buchluius. 184.191
Buckhurſtus Baro. 213.227
Bulla contra Reginam. 197.503
Burchettus. 262
*Burghleius.*212.217.221.17.248.252 265.303. *Eius monita.* 333. 339. 417.*reſponſum.* 449.450
Burgoinus. 455
Burroughus Baro. 227
Buttonus. 252

C.

Cacofoga nauis. 326
Calaminaris lapis. 86
Caldvvellus D. obit. 410.*&* *ſeq.*
Calentura morbus. 406
Caletum amiſſum. 31.*repetitur.* 44. 138. 493
California.
Calthropus. 12
Campegius Cardinalis. 15.388
Cantiæ Comes Reginaldus. 227. *obiit Henricus.* 262
*Cantuarienſis Archiepiſcopus.*217.439 484.
Caput Bonæ Spei. 327
Caraqua S. Philippi capta. 492
Carellus. 181
Carmichellus. 275
*Carolus Archidux. Auſtriæ.*57.70. 92.100.141.*&* *ſeq.* 513
Carolus Arundellus. 373
Carolus Bailiſus. 209
Carolus Blounius.
Carolus Brandonus. 118
Carolus Hovvardus. 58. 204. *Admirallus Angliæ.* 411. 498. 503. *&* *ſeq. eius prouidentia.* 515
Carolus Nonus Rex Galliæ. 104. 118. 128.213.267.
Carolus Octauus. 123
Carolus Pagettus. 429
*Carolus Quintus.*13.20.21.40.85.151. 193.256.496.
Carolus Roahfoucaldius 69
Carolus Septimus Rex Galliæ. 303
Carolus Tilneius. 426.434
Carrus. 184.191.202.304
Carthagena expugnata. 407
Carualettus. 214

caruillus. 19
caſimirus 271.282.294.300. In Angliam venit. 301
caſtelerius. 166
catelinus. 228.233.334.
cathaneſſa Epiſcopus 304
catharina Caria. 125
catharina Greia incarceratur. 89. Moritur. 90
catharina Hiſpanica. 14
catharina Hovvarda Regina, 20
catharina Porra Regina, 20.21.196.
catharina Pola. 78
C aſſe, quid. 279
cecilius 340.34.64.107.110.120. 161.168.177.173. & ſeq. 201. Fit Baro. 207.259.284.
cecilia Suecica. 1 6
cœlum ardere viſum. 270
Cœte erectum 270
chadſeius D. 43
champernounus. 119.187
champignius. 274.506
Chandos Baro. 227
chapinus Vitellius. 181.185.239.251.
charnocus. 427.431
Chaſteau in Cambreſis. 47
chattertonus. 266
chidiocus. 426
chreictonus. 378.388
chriſtophorus Badenſis Marchio. 116
chriſtophorus Carlilus. 406
chriſtophorus Hattonus. 261.302. 339.443. Eius Oratio. ibid. 450. Fit cancellarius 498
chriſtophorus Marmeducus. 185
chriſtophorus Montius. 72
chriſtophorus Neuillus. 185
chriſtophorus Nortonus. ibid.
chriſtophorus Rokesbeius. 119
chriſtophorus VVraius. 439.484
Clandebo1a 148
Clan. Richard Comes. 249.278. 284.400.401.
Clarentia. 73
claſsis Hiſpanica profligata. 251. Inuincibilis. 502. & ſeq.
claudius Albeſpinaus. 48
claudius Pinartus. 338
clemens Septimus P. R. 14
clerus 13
clientela coercita. 249
Chlogher. 250
cobhamus. 35. 216. 218. 273. 294. 341 506.
Coches. 336
cockſonus. 99
cockus occiſus. 512
cockinus. 260
cognitores in cauſa Reginæ Scotorum. 156. Eorum authoritas reuocata. 161.
coldinghamus. 192
coldingknollius. 397.398.399
colierus. 499
colinius. 92.190.253.272
colmannus. 149
colonia. 142. In Ardes. 250. colonias deducere non facile priuatis. 365
colloquium de Nuptiis Scotæ cum Leice-

Digitized by Google

Leiceſtrio. 110. Simulatum. 382
De pace. 505
coluilius. 359
colus D. 43
comenſis Cardinalis. 390
commercia inter Anglos & Luſitanos reſtituta. 181
cometa. 349
comptonus. 444
concilium Tridentinum. 84
concilij conuocādi ius. 85. Septentrionis origo. 269
condeus Princeps. 92. 96. & ſeq. 110. 139.
Congregationis Domini. 60
coniugij externi incommoda. 142
coniuratio in Cecilium. 168. In Elizabetham. 423
connogherus O-Brien. 206
conſultatio de Scota. 134. De detinenda Scota. 154. De Legato. 219. De Scota liberanda. 358. De Pontificiis. 504. vid. Deliberatio.
corbettus. 273
corcellius. 418
cordalionus. 417
cormacius Mac-Teg. 312
cornishus. 348
corunna. 511
cosbeius. 312
cottonus. 259. 336
courtneius. 306
cralingum. 191
crawfordius. 398
crocus. 134. 246
Crokerus. 100
croſſius. 516
culenbergius Comes. 272
cumberlandia Comes. 148
curlus. 433. 447
curwenus. 202
cuſakus. 146
cuthbertus Amanuenſis. 217
cuthbertus Colinwoodus. 476
cuthbertus Mainus. 291
cuthbertus Scotus Ceſtrenſis Epiſcopus. 53
cuthbertus Tunſtallus. 48. 53
cuthberthus Vaughanus. 68

D.

Daluius 98
Daglishus, 137
daniel Rogeſius. 272, 286
danorum Rex Chriſtianus Elizabethæ fauet. 29. Fredericus Garterio donatus 349. Pro pace cum Hiſpano intercedit. 417
darcius Baro. 264
darlij de nuptiis cū Scota agitur. 111. A Scota adamatur. ibid. Eam ducit. 113. Inde turbæ. 114, 126, 128. Occiditur. 126, 162, 202.
dauentria prodita. 494
dauid Gwin. 509
dauid Lewiſus. 219, 220
dauid Polus Petroburgenſis Epiſcopus. 57
dauid Rizius. 115, 129, 130
dauid Spenſius. 222

Digitized by Google

Dauilius occiſus. 306
decima. 96
declaratio delegatorum pro Rege & Regina Scotorum. 157. *Contra eam.*158. *Replicatio.* 159
delegati pro Scotorum Rege. 156
deliberatio an Scotis ſubueniendum. 61. *De colloquio cum Scota.* 91. *De Regina Scotorum.* 154. *De nuptiis Norfolcij cum Scota.* 173. *De Anglia inuadenda.* 501. *De reſiſtendo Hiſpanis.* 504. *De protectione Belgarum.* 274, 403, 404. Vid. *Conſultatio, & Diſceptatio.*
delphinus Baro. 285
denius. 314
derbiæ Comes. 34, 248, 414, 454, 482
deſmonius. 117, 118, 147, 148, 263, 278, 285. *eius rebellio.* 309. *truci-datur.* 368
deſneuallus. 418
didacus Telles. 513
diegus Pimentellus. 516
dillonus. 401
dirria. 147
driburgius. 361
diſſentio inter Leiceſtrium & Suſſexium. 105
diſceptatio de Caleto. 44, 138. *de coniugio externo.* 142. *de Secretarij authoritate.* 372
diſputatio de religione. 42. *de ſucceſſione.* 121
diſſertatio Ridolfi. 212. *contra nu-ptias cum Alenconio.* 255. *de via ad Cathaiam.* 181
diſſertatiuncula Elizabethæ cum Gallis. 242
donaldus Mac-Cartimoræ. 116
donellus Mac-Gormus. 370, 402
D'oſellius. 79. & *ſeq.* 136
doughteus morte affectus. 324
downius. 398
drugo Drurius. 384
dudleius. 31, 101, 107. *Rob. commendatur Scotæ in maritum.* 100
duellum ridiculum. 337
duisburgum obſidetur. 414
dundalkia. 147
dunfermelinus. 361
dunganonus Baro. 78, 147, 149, 267, 277
dattonus. 121
dwina fl. 170

E.

Ebrietas in Angliam deducta. 337
Eboracenſis Archiepiſc. 484
Edenburgenſe caſtrum obſidetur. 157
Edictum contra diſputantes de Religione, contra Anabaptiſtas. 76. *Sacrilegos.* ibid. *de re nummaria.* 77. *in Poloni gratiam* 86. *pro Religioſis.* 87. *contra ædificia.* 315. *in Profugos.* 319, 320
Edmundus Anderſonus. 484
Edm. Bonerus. 52
Edm. Butlerus. 187
Edm. Campianus. 318, 343
Edm. Grindallus. 43. 54. *obit.* 365

Edm.

Edm. Scamlerus. 54
Edm. Snapus. 522
Edvv. Carnus. 27, 85
Edvv. Cheſterus. 270
Edvv. Clintonus. 43
Edvv. Courtneius. 28, 82
Edvv. Dacreus. 146, 185, 246
Edvv. Fittonus. 206, 249, 244
Edvv. Fitz-Giraldus. 179
Edvv. Fortunatus. 116
Edvv. Gueſtus. 43, 54
Edvv. Haſtingus. 202
Edvv. Horſeius. 255, 180, 286
Edvv. Neuillus. 505
Edvv. Randolphus. 99, 100, 147
Edvv. Rishtonus. 375
Edvv. Rogers. 34
Edvv. Seimorus Protector. 22, 89
Edvv. Sextus. 21, 118, 189
Edvv. St. Lo. 147
Edvv. Staffordus. 293, 375
Edvv. Stanleius. 201, fortitudo. 415
Edvv. Warnerus. 90
Edvv. Windeſorius. 426
Edvv. Wittonus. 395. 418. 434
Edvv. Sands. 43, 54
Egidius Fletcherus. 363
Egremondius Ratcliffus. 185, 294
Elienſis Epiſcopus. 217
Elizabetha Auſtriaca. 213
Elizabetha nata. 18. exagitata. 28. eius Conſiliarij. 34. ab Hiſpanis ambitur. 36. inauguratur. 40. Parlamẽtum habet. 41. ad nuptias ſuadetur. 40. reſpondet. 50. eius Symbolum. 56. Reſponſum de religione, ibid. à Ferdinãdo pro filio ambitur. 57. proci. 70. prouida cura. 87. ad nubendũ ſuadetur. 121. Oratio. 123, 131, 458. patris debita ſoluit. 252. Mortonio indignatur. 276. cur cœlibatum prætulit. 343. pacẽ Sueco impetrat. 362. in Pontificios clemẽtia. 374. Belgas in protectionem recipit. 405. ad Leiceſtrium litera. 412. reſponſum. 455. excitata ab Aulicis in mortem Scotæ rationib. 475. Exemplis. 476. 489. caſtra inuiſit. 517. de victoria gratias agit. 495. Claſſiarios laudat. 519. & paſſim.
Eleemoſynarius. 477
Elphenſtenius. 71
Elringhamus. 192
Emanuel Philibert. Sabaudiæ Dux. 31
Emblemata. 784, 406, 432, 467
Emporium Emdæ. 106
Entvveſſelius. 99
Epiſcopi abdicati. 99. ſubſtituti. 54. Eorum Ordinatio. 124
Erricus Rex Sueciæ. 70
Eringtonius. 304
Eſſexiæ Comes. 263, 265, 277. in Hibernia Anguſtiæ. 278. mors. 383. 410
Euerus Baro. 184, 429
Exoniæ Marchio. 505
Expeditio in Scotiã. 63, 191, 201, 259
Expoſtulatio cum Scota. 239
Exteri teſtimonium. 231, 233

Facul-

F.

Facultas Pontificiis conceſſa. 318
Familia Amoris. 320
Farnhamia. 177
Fœdus Berwicenſe. 64. Ruſſicum. 171. Bleſſenſe. 244. renouatur. 270. cum ordinibus. 288. cū Germaniæ Principibus. 394 expetitum cum Scoto. 395. Arctioris Amicitiæ. 419
Fekenhamus Abbas. 53
Felonia. 391
Fentonus. 516
Ferdinandus Imperator. 57.92
Feria Comes. 36,73.74.
Fernihurſtius. 184,191,212,304, 395. obit. 396
Fernihurſtia. 448
Fitz-Edmunds. 187,263
Fitz-Euſtatius Vicecomes. 312
Fitz Warin. Baro. 88
Fleccus. 357
Flemingus. 152
Flemingus Nauarchus. 510
Flerius. 248, 254.
Fletcherus. 325
Foxius. 100,104, 214,215, 244, 246.
Forteſcuus. 12.424
Franciſcus Angoliſmenſis. 122
Fran. Barkleius. 187
Fran. Bertius. 260
Fran. Borbonius. 338
Fran. Delphinus. 126
Franciſ. Dracus, eius origo. 321. orbem circumnauigat. ibid. Fit Eques. 328. in Americam miſſus. 406. in Hiſpaniam. 492. Subthalaſſiarcha. 503, 511
fran. Gerardus Luſitanus. 428,342
fran. Ingleſeldius. 53 384.430
fran. Knolles. 34, 152,253,164, 284
fran. Ruſſellus. 202, 437, 504. captus. 276. occiſus. 395
fran. Secundus Rex Galliæ Angliæ titulum aſſumit. 58. moritur. 76
fran. Throcmortonus. 373. & ſeqq.
fran. Toletanus. 346
fran. Verus.
fran. Vindocinus. 46
fran. Walſinghamus. 180, 216, 266, 271, 322. eius Legatio in Scotiam. 360, 389, 417, 429, 437, 446, 509, 510
franciſcopolis. 92. vide Newhauen.
fredericus Elector Palatinus obit. 282
fretum Danicum. 522
Fues regiuncula. 266

G.

Gainsfordus. 270
Galli de pace violata proteſtantur. 66
Gallouidenſis Epiſcopus. 208, 201
Gallus fit Eques Garterij. 386
Garnierus. 506
Gaſpar Heywoodus 375
Gaudius Seruiens ad Legem. 445
Gawinus Kilvvinini Commendator. 156

Geor-

Georgius Barneſius. 144
Geor. Bourchierus. 312
Geor. Bevves. 483 484
Georgius Buchananus falſi damnatus 126. 156. obit. 351. Quadam eius ſcripta Parlamento prohibita improbata. 182
Georgius Carius. 192, 259, 292, 510, 313
Geor. Douglaſſius. 151
Geor. Gordonius Huntleæ Comes. 128. 257
Geor. Heronus, 273, occiditur. 278
Geor. Heruaius. 147
Geor. Morus. 313
Geor. Shirleius. 429
Geor. Staffordus. 185
Gerardus D. Speſius. 166. 167
Gerardus Gorus. 410
Geruaſius Cliſtonus. 411
Gibſonus. 348
Giffardus. 424. 428. 432
Gilbertus Barcleius. 54
Gilb. Bournus Epiſcopus. 53
Gilb. Epiſcopus London. 16
Gilb. Girardus. 225. 231
Giraldus. Fitz Girald. vide Deſmoniæ Comes.
Glamius. 361. 371. 379
Glaſcuenſis Archiepiſcopus. 430
Glencarniæ Comes. 116. 136. 157. 192
Glichus Vexillifer. 511
Glaſtum. 410
Gonorus. 104
Goodalus. 100
Goodus Medicinæ D. 260
Gourius. 351. 361. 372. obtruncatur. 373.
Grangius Kirokaudius. 258. 159. 212. ſuſpenditur. 260
Granuellanus Cardinalis. 105. 261.
Gregorius Fines. 52
Grego. Martinus. 374
Grego. XIII. PP. 298
Greius Baro. 46 48. 63. 67. Prorex Hiberniæ. 311. & ſeqq. 436. 484. 486. vide Arth. Greius.
Greius ſupplicio affectus. 294
Greshami Collegium. 305
Gretzius. 143
Grimoſtonus. 521
Groome-Porter. 103
gualterus Haddonus. 106
guido Caualcantius. 46. 213
guil. A. Burgo. 308
guil. Alanus. 316. eius liber. 289. 428. & ſeq. Cardinalis, 494 502. 505
guil. Alleius. 54
guil. Aubreius. 220
guil. Babingtonus. 291
guil. Barlous Epiſcopus. 54
guil. Baro Pagetus. 102. obit ibi. 424
guil. Cornevvallius. 291
guil. Courtneius. 103
guil. Dauiſonus. 275. 301. 358 436. iudicio ſiſtitur. 484. Petitio. 488. Apologia ibid.
guil. Dormerus. 73
guil. Devvnhamus. 54
guil. Drurius. 99. 191. 220. 237. 259. 283.

285, *Momoniæ præfectus*, 285, *Hiberniæ Prorex* 300, 308 *obit*, 309
Guil Drurius de Havvſted. 521
Guil. FitzWilliams. 226, *Hiberniæ Prorex* ibidem 263, 499, 505
Guil. Fleetvvoodus 219
Guil. Geraldus Londinenſis. 144
Guil. Gorgeus. 119
Guil. Hattonus. 514
Guil. Hiltonus. 202
Guil, Holſtockus. 254, 272
Guil. Hovvardus Effinghamius Baro 34, 36. 47, 59. 227. *Obit.* 262
Guil. Hovvardus filius Th. Ducis Norfolciæ. 374
Guil. Keithus. 464
Guil. Killegraus. 157
Guil. Kircaldius. Vide *Grangius.*
Guil. Knolles. 192, 259
Guil. Maitlandus. 60
Guil. Marckhamus. 294
Guil. Nevillus. 274
Guil. Norriſius. 264
Guil. Pageus. 345
Guil. Parr Marchio Northampton. 74. *Obit.* 225
Guil Parrius. 387, *Suſpendicur.* 390
Guil. Pelhamus. 310, 414
Guil. Periamus 437
Guil. Petrus obit. 248
Guil. Pickeringus. 72
Guil. Ruſſellus. 410, 496
Guil. Ruthuenus. 350
Guil. Sanderſonus. 409
Guil. Staffordus. 449, 450
Guil. Stangleius. 248, 310, 416, 470, 479
Guil. Stuartus. 359
Guil. VVadus in Hiſpaniam *miſſus.* 376, 378, & *ſeq.* 431
Guil. VVinterus. 63, 138, 166, 279, 312, 313, 325
Guiſiorum in Elizabetham maleuolentia. 66. Excommunicationem *urgent*, 84. 350. 468. *In Scotorum Reginam charitas.* 480

H

Haius. 93
Hallinghamus. 149
Hallus. 201, 240, 367
Hamiltonium Caſtrum. 192
Hamiltonii deiecti. 504
Hamontii impietas 504
Hannibal Gonzaga. 415
Harcourtus. 391
Harpsfeldus D. 43
Hauraus Marchio. 288
Hanſius. 318
Hemartus. 414
Henricus Balnauius. 156
Henr. Broockus. 514
Henr. Candiſhus in Belgio militat. 293, 294
Henr. Carius. 259
Henr. Cheneius. 437
Henr. Cliffordus obit. 205
Henr. Darlius. 296. Vide *Darlium*
Henr. Daulius. 306
Henr. Dunus. 427, 431, 433
Henr. Fenvvicus. 276, 396

Hen-

Digitized by Google

Henr. Gates. 54
Henr. Goodierus. 218, 261
Henr. Harringtonus. 263
*Henr.Hovvardus.*54,217,260,374 428
*Hen.*Hunſdonius*Baro.*104,179,184, 185,191,248,372,388,410,504
Henr. Iones. 220
*Henr. Killegraus.*36,110,257, 284
Henricus Knolles. 97,264
Henr: Leius. 236,260
Henr.Luſitanus Cardinalis. 85
Henr. Manours. 103
Henr. Midlemorus. 463
Henr. Morleius Baro. 53
Henr. Neuillus. 201, 218
Henr. Norriſius. 138
Henr. Octauus Rex *Angliæ.* 12, & ſeq. *Eius luxus.*78, 119, 151, 256
Henr. Percius. 61, 212, 218
Henr. Ramelius *Danus.* 417
Henr. Seimorus. 504
*Henr.Septimus Rex Angliæ.*122,396 417, 439
*Henr.*Sidneius *in Galliam, & mox in Scotiam miſſus.* 90, 116, 147, 227, *Hiberniæ Prorex.* 268, 283, *Hiberniæ valedicit,* 301. *Obit.*415
Henr.Tertius Rex Galliæ. 267
Herb*ertus* Baro. 196
Herefordiæ Vice- *Comes* 227. *Comes Eſſexiæ.* 335, Vide *Eſſexiæ Comes.*
Heriſius *Baro.* 152, 153, 155, 202, 209, 217, 228
Herlus. 234
*Hertfordiæ Comes.*40.*Incarceratur.* 89. *Mulctatur.*90, 112, 172, 208
Heydonus. 12,179
Hibernia in Regnum erecta. 28
Hiberniæ Proreges & Iuſtitiarii. 117
Infœlicitas. 188 *Hibernici belli difficultas* vnde 499
Higfordus. 211, 218
Hieronymus Bellamius 434
Hieronymus Bovves. 192, 363
Hieronymus Catena. 163, 237, 239,
Hiſpani & Itali in Hibernia. 313. *Eorum terror.* 514, 515
Hiſpanica Claſſis. 488
*Hiſpaniarum Rex Elizabethæ fauet.*31 *Ambit.*36. *Eius grauitas laudata.*37 *Anglorum apparatum detinet.*65. *Fœdus renouare recuſat.* 72. *Excommunicationem contra Elizabetham impedit.* 73 *Repulſam in paruis ægre fert.* 73 *Garterium remittit,* ibid *Offenſior.* 85 *In Anglos Commotior* 102, 142, 143, 219, 228, 239 *Elizabethæ titulos admitti iubet.* 180, 312 *Quæ proprietas in America.* 329 *Luſitaniam occupat.* 337 *Eius potentia.* 386 *Claſſem invincibilem parat.* 509 *Quomodo cladem tulit.* 519
Hodgſonus. 424
Hobenl[illegible]*s C*[illegible]*mes* 413
Hothu[illegible] *B*[illegible]*ro.* 285
Holy Maide of Kent. 18
Hoo & Haſtings *Baro.* 12

Digitized by Google

Hoptonus. 90.230
Horatius Pallauicinus. 342.417
Horſeus. 99
Hugo Moncada interfectus 515
Hugo O-Mol. 331
Hugo O-Neal. 148. Vide Dunganoni Baro.
Hugo Povvlettus. 99
Hugo VVilloughbeius. 144
Huicus Medicus. 120
Humfredus Gilbertus. 188.244.365
Humius Baro. 48,157,192.209,258 240,241,377
Huntingdoniæ Comes. 78 162,184 195,259,268,285
Huntleius Comes. 131,132,191,293, 201,209,247.257

I

Iacmanus. 330
Iacobus Albonus. 47
Iab. Boncampagnus. 298
Iac. Boſgrauius. 375
Iac. Cockburnus. 211
Iac. Crofius. 28, 48, 52, 62, 68, 437 484, 486, 505
Iac. Fitz. Euſtacius. 369
Iac. Fitz-Moris. 187,126,264,705 306. Occiſus. 307
Iac. Hamiltonius Dux Caſtri-Heraldi. 60, 100,108,114,128,136, 137, 162, 172,190, 192,201, 209,247.257, Moritur. 277
Iac. Humius Baro. 419
Iac. Mac-Conel. 78, 145,148
Iac. Mac-Guilli. 156,208
Iac. Meluinus 119
Iac. Oglus 276
Iac. Pilkintonus. 53,223
Iac. Prior S. Andreæ, 60, 64, Vide Morauii Comitem.
Iac. Quintus Rex Scotorum. 128,134, 191
Iacobus Sextus Rex Scotorum natus. 119 Baptiſatur, 126 Inauguratur, 136, Elizabethæ fidei commendatur, 137. Eius in literis progreſſus, 295. Patrimonium in Anglia petit. 297 A ſuis interceptus, 350 Se Elizabethæ applicat. 358. Se liberat. 360 VValſinghamo libere reſpondet ibid. In interceptores clementia. 158. Duci Lenoxio famam reſtituit. 362 In eum coniuratio. 371 Coniuratos diſſipat. ibid. Eos ex Anglia repetit. ibid. Leges Eccleſiaſticas ſancit. 381 Et Amneſtiam. 398 Fœdus Arctioris amicitiæ cum Anglis init. 419 Pro matre intercedit literis, & nuntiis. Literæ eius. ibid. Ex matris morte dolor & indignatio. Conſilia ei ſuggeſta. Dolorem eius Angli placare adlaborant. ibid. Eius contra Hiſpanos alacritas. 504 In Maxvvellum Hiſpanizantem mouet & capit. 505. Conditiones ei oblatæ. Hiſpanos naufragos Parmenti roganti remittit. Auget Anglorum lætitiam. Eius dictum facetum.

Digitized by Google

facetum
Iac. Stuardus. 332.
Iac. Turberuillus Epiſcopus Exon. 53.
Iac. Wingfeldius. 312.
Iac. Wratus. 338. 345.
Iana Greia. 22.
Iana Seimora Regina. 19.
Ianus Douza. 273.
Idiacius. 376.
Ieſuitæ in Angliam ſubrepunt. 318.
Ioachimus Ægidius. 106.
Ioannes Auſtriacus 275. In Belgium venit. 181. 286. 287
Ioan. Baſilides Ruſſorum Imper. 143.
Ioan. Beſt. 54.
Ioan. Betonius. 152.
Ioan. Binghamus. 400.
Ioan. Biſhopus. 346.
Ioan. Borroughus. 415.
Ioan. Caius Medicinæ D. 362.
Ioan. Carius. 264.
Ioan. Charnocus. 426. 435.
Ioan. Checus. 314.
Ioan. Chriſtopſonus Epiſcopus. 53.
Ioan. Dauerſius. 291.
Ioan. Daniſius Nauarchus. 408.
ioan. Deius. 250.
Ioan. De-la-Pole. 123.
Ioan. Deſmonius. 306. 308. 309, captus, 311
Ioan. Dux Finlandiæ. 71.
ioan. Elmarus 43.
ioan. Faltonus. 200.
ioan Forſterus. 275. 276. 395.
ioan. Fulthropus. 185.
ioan. Gageus. 53.
Ioan. Gordonius. 128. 156.
ioan. Greius. 52.
ioan. Haleſius, 89. 107.
ioan. Hamiltonius Archiepiſcopus S. Andreæ, 210. ioan. Hamiltonius 378. 398.
ioan. Hartus. 375
ioan. Haſtingus. 262.
ioan. Havvkinſus, 150. male tractatus. 151. 322. 510.
Ioan. Hepburnus 127. 158.
ioan. ioneſus. 326. 433.
ioan. itclauus. 400.
ioan. iuellus. Epiſc. Sarisb. 43. 54. obit. 225.
ioan. Leslæus. 156. 260.
ioan. Manerius. 422.
ioan. Martinus Recaldus 509.
ioan. Maſonus. 341. 124.
ioan. Medices. 502.
ioan. Mendoza. 187.
ioan. Monlucius 66.
ioan. Moruillerius Aurelianenſis Epiſcopus. 48. 104.
ioan. Neuillus. 184.
ioan. Nogentus. 331.
ioan. Norriſius. 264. 494. vincit & vincitur. 336. 413. 495. 503.
ioan. Northus 294.
ioan. Parkhurſtius. 54.
ioan. Perenottus. 274.
ioan. Perottus. 226. 263. Hiberniæ Prorex. 370. 401.
ioan. Ribaldus. 97.
ioan. Rogerus. 506.

Ioan. Smithus. 273. Legatus in Hiſpania. 286

ioan. Somerus. 341.

ioan. Storius LL.D. 29. 54 169. 224.

ioan. Stubbus. 345.

ioan. Suffraganeus Bedfordienſis. 54.

ioan. Svvinbornus. 185.

ioan. Throcmortonus. 200.

ioan. Trauerſius. 426. 435.

ioan. VVitgiftus. 252. Archiepiſcopus Cant. 367.

ioan. Vvolleius. 437.

ioan. Zoucheus. 99.

iobus Throcmortonus. 498.

incurſiones inter Scotos & Anglos 191. 383.

indica Mercatorum ſocietas. 493.

iudicium contra Scotorum Reginam. 444.

iudicia de eius cauſa. 463. & ſeq.

ius Caſtrenſe. 262.

K

Keius. 103.

Kelvvaius. 259.

Kemiſius. 99

Keſvvicus oppidum. 86.

Kildariæ comes. 78. 265 312.

Kilkennia. 187.

Knoxius. 127. 134. 136.

L

La-Mottus. 181.

Lana Anglica. 106.

Langdallus D. 43.

Lantena Pariſienſis. 247.

Laſtgelt. 350. 523.

Latimerus baro. 291.

La-VVarus baro. 227. 239. Obit 291.

Legato quousq; iniuria ferenda. 86. Legatio à Moſco. 144. 171. Legatus in Hiſpaniam. 150.

Legatio Setoni. 194. buckhurſti. 213 De Legato conſultatio. 219. Legatio Gondii 253. comitis vvigorniæ. ibi. baronis Northi 267. Legatio I. Smithi. 286. VVilkeſii. 288. legatio irrita. 294. Patricii Graii. 385. legatus an Principi inſidietur. 473. legatio in Daniam. 522.

Leges Sex Articulorum 19. 95. In turbulentos 222. in Pontificios. 347. Eccleſiaſticæ in Scotia 382. Rogatæ contra Epiſcopos 390. contra Ieſuitas 391.

Leiceſtriæ comes 107. 110. 120. 141 161. 162. 168. 175. 177. 179. 216 223. 226. 247. 264. 283. 295. 301. Nuptiis Andini ſe opponit. ibid. 339. 389. 409. in Hollandiam miſſus. 411. Ab Ordinibus exagitatus. 416. 335.

Leiceſtriana factio in belgio. 496. 497. reuocatur. ibid. 501. Obit. 502.

Lenoxiæ comitiſſa. 88. 128. comes 108. 113. 132. 135. 163. 172. Prorex Scotiæ. 192. Occiditur. 229. Eſmaus Lenoxiæ Dux. 303. 332. 350 in Galliam redit. 358. obit. 359.

359. Liberi in Scotiam vocati. 361. & ſeq.
Leonardus Dacræus. 177.
Letha 67. Obſidetur. 68. & ſeq.
Leuingſtonus. 156. 203. 208. 210.
Libri de nuptiis Scotæ cum Norfolcio. 181. Contra nuptias Andini. 343.
Lindingtonus. 60. 83. 110. 111. 131. 134. 138. 156. 159. 164. 174. 176 158. & ſeq. Moritur. 260.
Lingnerolius. 219
Ligonus. 164.
Limitaneæ probationes. 396.
Limnuchum. 189.
Lincolniæ Comes. 122. 184. 227. 246. 339. 480. 336. 484.
Lindſeius Baro. 131. 156. 157. 160. 162. 192. 359.
Lites inter Anglos, & Luſitanos. 225.
Lixnavv. Baro. 311.
Lochleuinus. 361.
Ludouicus. Aurelianenſis. 122
Ludouicus Luſignianus. 338.
Ludouicus Malanus. 107. 262.
Ludouicus Zuniga Requeſenius. 232. Obit. 274.
Londinenſis Epiſcopus. 189.
Lotharingus Cardinalis. 46. 47. 61. 69. 79. 92. 101.
Lovvderus. 153. 219. 216.
Lucas Kirbius. 346.
Lumleius Baro. 176. 217. 218. 428. 436. 484. 486.
Luſerinæ pelles. 144

M

MAc-Arti-More. 187
Macleña Saga. 172.
Machlis Animal. 162.
Mac-Genis. 146.
Mac Gilleſpic. 148.
Mac-Guilli. 264.
Mac-Guir. 146. 278.
Mac-Mahon. 278. 279.
Mac-VVilliam. 400. 401.
Mackvvorthus. 314.
Madridum. 151
Magellani Fretum. 324. Nubecula. 325. 493.
Mahonus O-Borean. 399.
Mainus Sacerdos. 291. 317.
Maitlandus. 397.
Maeſius D. 506.
Malbeius. 250. 308.
Manninguillus. 352. 359.
Mannus Legatus in Hiſpania. 150.
Mansfeldiæ Comes. 413.
Marcanus Lumæus Comes. 143. 272
Marchio à Burgan. 502.
Margareta Douglaſſia 109. vide Comitiſſa Lenoxia.
Margaretha Goldinga. 93.
Maria Ducis Bauariæ filia. 144.
Maria, Regina Anglorum. 25. Obit. 31. 123. 141. & ſeqq.
Maria Scotorum Regina. vide Scotorum Regina.
Maria Sidneia. 73.

Digitized by Google

Markenfeldius. 228.

Marriæ Comes. 128. 136. 157. 192. Prorex ſtatim obit. 222 ioan. 136 350. 361. 371. 378. 398.

Martinus Forbisherus. 282. 510. 513. 514.

Matherus morte affectus 234.

Matrimonii cum Andino pacta, 339. Differendi cauſa. 341.

Matthæus Parkerus Archiepiſc. Cantuarienſis. 54. 154.

Maueſeirus. 215 266.

mauritius barkleius 68.

mauritius Dennis. 99.

mauritius Naſſouius. 496

maximilianus imperator. 26. 115. 141 Obit. 282.

Maxvvellus Baro. 151. 163. 121. 397.

miſſam erigit. 398.

mechlinia capitur. 316.

medina cœli Dux. 211. 251.

medina Sidoniæ Dux Præfectus claſſis inuincibilis. 509.

meilerius. 398.

melſenus D. 274

michael carius. 264.

mich. Hoſpitalius 241.

mic. Seurius. 66.

mic. Tempeſt. 185.

milo couerdalus. 400.

miniſtri illuſi 270. Scoti Regi ſe oppo nunt. 362.

modius.

moguntia 142.

Momoniæ Præſes. 117.

monſonus. 121. 345.

montgomerii comes. 186. 254.

montignius. 106.

montioius baro. 227.

montlutius. 195.

montmorentius. 46. 47. 59. 98. 140. 181. 246. 247.

montpenſieriani Ducis filia charlotta. 267.

montiſ-acuti Vice-comes. 28. 42. 87. 435.

montiſacuti baro 503.

montroſiæ comes. 398.

morauiæ comes. 69. 101. 110. & ſeq. 126. Ambitio. 127. 128. 130. & ſeq. 134. & ſeq. 152. 156. 158. 162. & ſeq. 184 Occiditur. 189. De eo iudicia. 100. 212. 257.

mordantus baro. 237. 436.

morettus. 129.

morganus Phelipps. 180.

morleius baro. 436.

mortonius comes. 48. 127. 129. & ſeq. 137. 156. 192. 208. Scotiæ Prorex. 256. 257. Loco mouetur. 297 Admirationem reſumit. 298. incarceratur. 333. Obtruncatur. 336. 396.

Mopus. 273.

moſcouia detecta. 144.

moſcus moritur. 363.

mota Fenelonus. 214. 246. 248. 255 228. 351. 358.

mulleius Hamet. 410.

Nauigatio

Digitized by Google

N.

Nauigatio ad Indiam. 329
Nauis Draci quaſi conſecratur 228.
Nauus Secretarius Reginæ Scotorum. 281.426.433.447. Eius Apologia. 454.477
Nealus Brian. 250
Negotiatio in Belgio reſtituta. 251
Nelſonus. 317
Neuillorum familiæ nobilitas. 385
Nevv found-land. 364
Nevv hauen. 92.98. Obſidetur. 99
Nicholaus Arnoldus Hiberniæ Iuſtitiarius 116
Nic. Baconus. 35.200.161.187.209. Obit. 305
Nic. Baskeruillus. 495
Nic. Bulinghamus. 54
Nic. Guldenſtenius. 71
Nic. Heathus Archiepi. Eborac. 33.38
Nic. Mortonus. 183
Nic. Parkerus. 521
Nic. Sanderus. 99.141.304.307.310 318. Fame perit. 369
Nic. Throcmortonus. 59.76.79. & ſeq. 85.98.99.104.112. Reginæ Scotorum cauſam defendit. 133. & ſeq. 162.168.175.177.179. & ſequen. Obit. 205
Nic. VVoottonus 34.35.47.39.69.106 Obit. 145
Nobiles reſtituti. 52
Non Pariglia nauis. 514
Norfolciæ Duciſſa. 145. Obit. ibid. Dux 43.64.68.69.77.113.120.156. 162.163.165.168. Se ſubducit. 178. Redit. 179. Cuſtodiæ datur. 180. Liberatur. 280. Iterum incarceratur. 218. In iudicium vocatur. 227. Condemnatur. 234. Obtruncatur. 235
Northamptoniæ Marchio. 34.48.72. Obit. 225
Northumbriæ Comitiſſa. 233.240
Northumbriæ Comes. 48.162.168. 174.180. & ſequen. 198.227.238. 248.291. Capite plectitur. 249. 374.296. Mortuus repertus. ibid. 513.
Northumbriæ Dux. 22.23.72
Northu. Baro. 141.227.267.411
Nouatores Eccleſiam turbant. 251. Eorum petulantia. 522
Novvellus S. Pauli Decanus. 235.238
Numiſmata honoraria. 518
Nuptiæ cum Alenconio propoſitæ. 247
Nuptiæ cum Andino propoſitæ 214. Norfolcio cum Scota. 265

O.

O Bignius. 280
O Conor. 263.292
Odetus Caſtillionæus Cardinalis. 166
O Donell. 78.146.148
O Hanlan. 266
Oliuarius Manours. 99
Oliuarius Templeus. 316
O-Mores. 250.463.292

O Nea-

O-Neale. vide Shanus.
Orcadum Epiſcopus. 156
Ocranum Promontorium. 510
Ormesbeius 99
Ormoudiæ Comes. 12. 117. 147. 170. 187. 310.
Oquendæ nauis capta. 511
Oſvvaldus. 182
Ovvenus Hoptonus. 227
Ovvenus Oglethorpus Epiſcopus Carliolenſis. 52
Ovvenus. 194
Oxoniæ Comes obit. 93. 435
Oxenhami nauigatio. 322

P.

PActum cum Proteſtantibus Galliæ. 522
Painus 522
Parlamentum. 95. 119. 222. 235. 247. 386. 484
parmenſis. 281. Antvverpiam deditione capit. 300. 413. & ſeq. Scluſam obſidet. In Angliam bellum apparat. 503. Pacem tamen ſimulat, 585 Imparatus 493. Bergam fruſtra obſidet. 520
paſtrana Dux. 502
patricius Graius. 395. 397. 466. 473
paulus Buſius. 271
paulus Foixius. 93
paulus Tertius, PP. 18
paulus VVentvvorthus. 121
pax cum Scota. 44. Inter Gallum & Anglum. 260
pax cum Scotia parta. 260
pecunia repurgata. 77. Detenta. 166
pelham. 99. Hiberniæ Iuſtitiarius. 210
penbrochiæ Comes. 120. 68. 175. 177. 160. 198. 225.
pericula in mutanda Religione. 38
perſonius Ieſuita. 318
peſtilens ex pedore morbus. 291
peſtis Londini ſæuit. 100
petcaruius Dunfermilini Abbas. 208
petrus Botelerus. 214
petrus Carevvus ſenior. 28. 187. 226. Obit. 314. Petr. Carevvus iunior. 278. 311.
petrus Clauſtus. 338
petrus Mevvtas. 76. 84
petrus Sarmientus. 326
petrus Sebura. 329
petrus Valdeſius captus. 511
pettus. 330
pheogus Mac-Hugh. 312
phetiplacius. 290
philippus Butshidus. 119. 178
phil. Hiſpanus Rex, vide Hiſpaniarum Rex.
phil. Lantgrauius Haſſiæ. 71
phil. Marnixius. 171
phil. Sidneius. 282. 393. occiditur. 415
phil. Stauelius. 65
philippinæ Inſulæ. 493
pigottus. 470
pirata coerciti. 243
pius Quartus PP. 74. 84
pius Quintus PP. 164. 196. 206. Lite-

ra ad Scotum 208.219.228.236.
Machinatio. 237. Bulla 423
plomtreus ſacerdos. 148
plovvdenus obiit. 385
poli in iudicium vocati. 88
pollius. 433
polus Cardinalis. 25. obiit. 32.53.78
pomponius Belleiurus. 294.468
pontificii abſoluunt. 149. Remp. turbant. 252. 367. Eorum querela. 373. In Reginam malitia. 374
pophamus. 393.484
portus Gratiæ, vide Nevv-hauen.
povvellus. 112.218
povvlettus Baro. 227
pramunire. 112.391
preſtallus. 224
proditores odioſi. 368.494.502
profugi repetiti. 375
promotores. 124
proteſtantes Galli Anglos diſtituũt. 97
proteſtatio de cæde Darlij. 131
proudus. 99
prouidentia diuina. 483
provvdlous. 522
pruneus. 403
puckeringus. 457
pyramis Paulina deflagrauit. 88

Q.

Quæſtio de Adminiſtratione Scotiæ. 162
Quindena. 96

R.

Radeſianus Comes. 253.256
Radulphus Camberlanus. 49.71
Radul. Lanus. 408
Radul. Roulettus. 284
Radul. Sadleirus. 60. 156. 161. 209. 218. 436. obit. 498.
Radul. Shervvinus. 345
Rambouletus. 119.294
Randanus. 136
Randolphus vide Tho. Rand.
Red-headus. 526
Rebellio Septentrionalis. 182. Rebelles proſcripti. 185. 186. In Hibernia, 187. In Norfolcia 200. Rebellio oritura cadit. 206. 249. 292. 297. 305.
Regens Scotiæ obit. 69
Religio mutata, 22. 25. 38. 41. 54. 56. In Scotia. 60
Religioſi ſubleuati. 87
Renatus Biragus. 244
Reuuennus Baro 63. 119. & ſeq. 157. 188.
Rex Daniæ fit Eques Garterij. 349
Richardus Bagottus. 431
Ric. Binghams. 294.503.518
Ric. Candiſhus. 175.176.230
Ric. Chancellerus. 144
Ric. Choneius. 54
Ric. Coxus. 43.54
Ric. Daucis. 54
Richardottus. 586. & ſeq.
Ric. Greonuillus. 119
Ric. Hacluitus. 493

Ric.Harriſonus. 367
Ric.Knightleius. 522
Rich.Nortonus. 118.184.185
Ric.Patus. 43
Ric.Sackuillus. 34.88.125
Ric.Secundus Rex Angliæ. 122
Ric.Shellius. 73.102
Ric.Tertius Rex Angliæ. 122
Richus Baro. 227.264
Rimanus. 516
Robertus Bellus. 290
Rob.Bovves. 298.333.
Rob.Carius. 489.514
Rob. Cecilius. 514
Rob.Conſtable. 192.202
Rob.D'oilius. 290
Rob. Dunfermilinius. 156
Rob.Gageus 426.433
Rob.Gamus. 192
Rob.Hornus,27. Epiſ. VVint. 54
Rob.Meluinus.151.163.175.259.466 476.478.
Rob.Peckhamus 52
Rob.Penemanus. 185
Rob. Ridolphus Florentinus 163. 280. 287.211.217.218.237.239.
Rob. Siculus. 465
Robertus Sydneius. 519
Rob.Stapletonus. 202
Rob.Tempeſtus. 184
Robinſonus. 100
Robſertus. 100
Rodericus Gomezius. 105.261
Rodolphus Rex Romanorum. 180
Rodericus Telius. 510
Rogerus Aſchamus. 168
Rogerus De Mortuo mari. 122
Rogerus Manvvoodus. 440.484
Rogerus Tovvnſendus. 513
Rogerus VVilliams. 336. 414.496. 504.
Rohanus. 92
Rolſtonus. 201.217.240
Rorius Oge. 292
Roos Baro. 13
Roffenſis Epiſcopus. 180. 183. 189. 195.201.208.112.216. In cuſtodiam datur, 217. Anglia expellitur. 260
Rotheſius Comes. 398
Rovvlandus Ienkus. 290
Rovvlandus Meric. 54
Rovvlandus Yorcus. 213. 493
Rumores contra Moranium. 172
Ruſſelli cades. 395
Rutlandiæ Comes.72.obit. 101. 184. 414 435.437.

S.

Sackuillus. 12
Saffron VValden. 292
Salmon Caſtrum. 148
Salopiæ Comes.34.42. 63.162. 164. 184.195.226.435.
Samierus. 418
San Ioſephus. 314
Sandes Baro. 227.246.436
Sauagius. 426 430.433
Saulus 99

Scotæ

Scotæ Commentarium. 211
Scoti profugi domum remiſſi. 397
Scotorum Regina Maria.31.Regnum Angliæ vendicat.58. Inſignia aſſumit, ibid. & ſeqq. Tractatum confirmare abnuit.75. Trāſitus in Scotiam ei negatur. 80. Cum Throcmortono diſceptat.81, Domum redit. 83. Hæredem Angliæ declarare petit. ibid. Eius proci. 110. Sui inſultant. 101. Darlio nubit.113. Rebellantes fugat.114. Sclopetū grauida intētatur.129 A ſuis circumuenta.130. In carcerem truditur. 133. Regnum reſignare cogitur.135. E carcere euadit.151. In Angliam venit.152. De ea deliberatur.155. Cauſa Eboraci audita.157. Nouos cognitores recuſat. 162. Ei nuptiæ cum Norfolcio propoſitæ.163. Salopiæ Comiti in cuſtodiam committitur.164. De eius nuptiis cū Norfolcio occulte tractatur.173,176. De ea liberanda conſilium. 177. Cum ea tractatus.202. De ea liberanda tractatus 208. Commentariolum ad Norfolcium ſcribit. 209,217. Lex in eam rogata,224. Cum ea expoſtulatur. 239. De ea diſſertiuncula. 242. Literas querulas ad Elitz. ſcribit. 352. De ea liberanda iterum conſultatur.358. Nouus cum ea tractatus.379.380. Nouis Cuſt[illegible]ib. cōmittitur. 384. Literæ ablatæ. 431. Amanuenſis. 433. Sententia in eam. 452. Promulgatur.461. Ad Elizabetham literæ poſtremæ.462. Mors.477. & ſeq. Epitaphium 479. Elogium. 480
Scotorum indignatio. 492
Scoticorum Miniſtrorū inſolentia.382
Scriptū contra poteſtatē Regiam. 208
Scropus Baro. 184,190,201
Scudamorus. 430
Sebaſtianus Cabota. 365
Sebaſt. L' Aubeſpinæus.242,461.471
Sebaſtianus Martiguius.65,68,186
Sebaſtianus Rex Luſitaniæ.225,300
Seminariorum initium. 316
Sempillus. 157
S. Anna Nauis. 513
S. Clerus. 48
S. Crucis Marchio. 509
S. Ioannis Baro. 227.436
S. Michaelis Equites. 118
S. Mariæ Halenſis. 517
Setonus Baro. 193,243
Shanus O-Neale. 78. In Angliam venit.94 114,145. & ſeq. O.ciditur.ib di119.502
Scheffeildus Baro. 513
Sheltonus. 12
Sir Woodus. 317
Signa Hiſpanorum capta, & propoſita. 59
Simierus. 295,301
Simon Digbeius. 185
Simon Muſgrauius 202
Singletonus. 344

Sixtus Quintus P. R. 502,508
Skenkius Friſius. 414
Somerſetti Dux. 122 *Duciſſa obit.* 497
Someruillus. 367
Southamptoniæ Comes. 174,201,218 260 *Obit.* 365
Southvvellius. 414
Staffordus. 31
Standenus. 114
Statuta in Parlamento primo. 52
Stephanus Tvverdicus. 147
Stellæ Auſtrina. 324
Stella Noua. 250
Sterlinium. 222
Stipendia Iuſtitiariorum. 87
Stolbergenſis Comes. 141
Strangius Baro. 248
Strangvvaius. 103
Strozius. 257
Stuartus. 291,398
Sturtonus Baro. 436
Subſidii pars remiſſa. 123
Succeſſio Regni controuertitur. 210
Suffolciæ Duciſſa obit. 103
Surly Boi. 78,148,370
Suprematus Titulus, 17, 41. *Explicatus.* 55
Surriæ Comes. 12
Suſſexiæ Comes. 34,35, 63, 141,143, 156,162,174,178,180, & *ſeq.* 191. *In Conſilium adſcitus.* 201, 211, 220, 238,264,292
Suttonus. 259
Schvvartzenbergius Comes. 294
Symbolum Leiceſtrii. 496

T

TAbacca. 407
Talbottus. 246
T*amaricum in Angliam illatum.* 335
T*amiſis fluxus inſolitus.* 270
T*amvvorthus in Scotia Legatus.* 115, 228.
T*anergius Corcongius.* 338
T*aniſtria Lex.* 94
T*aylorus.* 368
T*egus.* 116
T*eiſa fl.* 223
Tempeſtas. 348
Terræ-Motus. 213,215,364
T*euderius.* 302
Theodorus Ioannides Imp. Ruſſorũ 363
T*heodorus Pogorella.* 143
The Lyzard. 508
T*ho.* Andrevvs. 478
T*ho. Benthamus.* 54
T*ho. Biſhopus.* 184
T*h. Bromleius.* 133, 239. *Fit Cancellarius.* 505,293,435. *Obit.* 498
T*ho. Candiſhus orbem circumnauigat.* 493
T*ho. Cartvvrightus.* 344,512
T*ho. Cecilius.* 514
T*ho.* Chalonerus. 35, 57, 81, 96, *Obit.* 117
T*ho. Chambarlanus.* 67, 85
T*ho. Cheneius.* 34
T*ho. Copleius.* 169, 287. *Factus Baro à Gallo.* ibid.
T*ho. Cornvvallius.* 31,179.

Tho.Cottonus. 119.
Tho.Digſeius. 250.
Tho.Finche. 98.
Tho.Fines. 52.
tho.Gargrauius. 49.
tho.Gavvdy. 437.
tho.Gerardus.201.217.513.518.
tho.Goldvvellus. 53.
tho.Gorgius. 432.
tho.Greshamus. 207.308
tho.Hardingus. 112.149.299
tho.Harueius. 72.
tho.Hobeius. 284.
tho.Hovvardus. 513.516
tho.Knolles. 521
tho.Leightonus. 99.286
tho.Manours. 192.
tho.Markenfeldus. 185.
tho. Morganus. 144. 260.283.375. 424.448.451.
tho.Nevvdigatus. 73.
tho.Nortonus. 185.
tho.Pagettus, Baro. 377.
tho. Parrius. 34.
tho. Philipps. 429.
tho.Randolphus.79.92.110.170.191 267.295.334.418.499.
tho.Ratcliffus. 339.
tho. Roe-Burke. 394.
tho. Sackvillus. 213.495.
tho. Salusburius. 426.433.
tho.Seimorus. 23.
tho. Shelleius. 53.
tho. Shirleius. 374.411.
tho.Smithus.104.128.139.& ſeqq. 226.244.250.Obit.291.
Tho.Stanleius. 201.217.299.
Tho.Starkius. 410.
Tho.Strangius. 284.
tho.ſtucleius. 260.239.
tho.Wiattus. 26.122.196.
tho.Wilkeſius.266.288.290.293.
tho.Wilſonus. 292.
tho.Yong. 54.
thorntonus. 124
thurbeius.Epiſc.Elieſis.28.35.47.53.
tichburnus. 426.434.
tilburia. 519.
tina fl. 223.
Tir-Oeniacomes. 147.149.
toletanus Archiepiſcopus. 280.
topcliffus. 284.
tormenta maiora fuſa. 86.
tractatus cameracenſis 44. 47. Edenburgenſis 60.cum ſcota. 202.De ſcota.209.378.380.
trappius. 471
tremainus. 99.
trimleſtonius. 285.
triumphalia. 519.
trugionus. 291.
tuamenſis Archiepiſcopus. 400.
tullibardinus. 159
tumultus in Hibernia. 282
tunſtallus Epiſcopus Dunelmenſis 268.VideCuthbertus.
turba in Hibernia. 263. In Scotia, 371.
turcica Mercatorum ſocietas. 304.
turloghus Leneigh. 17. 188. 304.

V

Valentinus Brovvnus. 202
Valentinus Dalus. 219. 266. 270. 506. Cum Parmenſi expoſtulat. 507
Valentinus Epiſcopus. 69. 76
Vanghanus. 99. 182
Vellus aureum Burgundiæ. 106
Venlo amittitur. 414
Veſpaſianus Gonzaga. 497
Veſtium luxus. 269. 315
Via in Indiam quæſita. 409
Vidamus Carnutenſis. 93. 254
Villeroius. 134. 272
Vinoentius Proditor. 368
Vincentius Parpalia. 76
Vineolæ Marchio. 298
Virginia. 408
Vlma. 142
Vlſtropus. 182
Vologda. 170
Vpnora. 86

W

VValshus. 114. 367
Walterus D'euereux. Vide Eſſexiæ Comes.
Walterus Kittagh. 404
Walterus Mildmaius. 125. 203 217. 350. 379. 338. 484.
Walterus Raleghus. 187. 312. 314. 408.
Walterus Scotus. 191
Walterus Wallerus. 411
Warhams S. Leger. 103. 117. 123 31
Warwici Comes. 93. 107. 162. 184. 227. 402. 436.
Watſonus Epiſcopus. 43 53
Wenemanus. 291
Wentvvorthus Baro. 49. 228. 436
Weſtmorlandiæ Comes. 93. 162. 168. 174. 180. & ſeq. 228. 238. 272. Obit. 385.
Weſtmonaſterij Eccleſ. Collegiata. 76
Wheelerus. 453
Whitheadus. 43
VVhites Caſtle. 847
VVigorniæ Comes. 162. 184. 253. 426
VVilbrahamus. 233
VVilloughbeius Baro. 93. 185. 349. 414 521.
VVilſonus D. 218. 272. 279. 297.
VVindeſorus Baro. 93
VVintonienſis Epiſcopus. 43. 53
VVintoniæ Marchio. 34. 168. 248. 435.
VVittinghamus. 336
VVolſæus Cardinalis. 13. 16
VVormeſtonius. 222

Y

Yaxleius. 114
Yeraslania. 170
Yeſter vvemmius Baro. 361

Z

Zelandi Anglos infeſtant. 279
Zibellinæ pelles. 144
Zouchæus Baro. 212

SOLI DEO GLORIA.

EMANUELE ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google